This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

Ital 7208. 2.33

HARVARD COLLEGE
LIBRARY



FROM THE LIBRARY OF
JOHN ALLAN CHILD
Class of 1900

The Gift of his Sister
MRS. HAROLD RICE
of Arlington, Massachusetts

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SOCIETÀ FILOLOGICA

ROMANA

I

Documenti d'Amore

DI FRANCESCO DA BARBERINO

secondo i manoscritti

originali

A CURA DI

FRANCESCO EGIDI

VOL. II.

IN ROMA

Presso la Società

·M·DCCCC·XIJ·

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SOCIETÀ
FILOLOGICA ROMANA

DOCUMENTI

DI STORIA LETTERARIA

Digitized by Google

Digitized by Google

I DOCUMENTI D' AMORE

DI FRANCESCO DA BARBERINO

SECONDO I MSS. ORIGINALI

A CURA

DI

FRANCESCO EGIDI

VOL. II.

IN ROMA: PRESSO LA SOCIETÀ.

·M·DCCCC·XIJ·

Digitized by Google

Ital 7202.2.38

HARVARD COLLEGE LIBRARY
FROM THE LIBRARY OF
JOHN ALLAN CHILD
AUGUST 14, 1930

Digitized by Google

LIBER
DOCUMENTORUM
AMORIS

PARS SECUNDA, TERTIA, QUARTA
ET QUINTA

Digitized by Google

Digitized by Google

INCIPIT SECUNDA PARS DOCUMENTORUM AMORIS SUB INDUSTRIA QUE HABET DOCUMENTA .VJ. PROHEMIUM AD HANC PARTEM. (1) c. 32 b.

Industria ci manda il nostro sire
e vien per insegnare
nele vertu intrare

PROHEMIUM (2) c. 32 b.

Industriam noster dominus ad nos mictit .
℄ *Et venit ut doccat, introitum in virtutes .*

Sequitur nunc de secunda parte videre cui adaptatur industria unde videndum est primo quid sid industria . Secundo que sibi forma datur et quare Tertio que sit eius effectus . Quarto quare huic secunde parti potius adaptetur et (2) munquid ad partes huius libri alias pertineat et ad quas . Redeamus ad primum . circa quod dic quod industria est providentia quedam . qua aliquid volumus scire vel facere . quia siquis velox aut acuti ingenij est tunc argumento ex hiis sumpto a natura est . Si autem hec acquiratur c. 32 c.

(1) *B* PARTEM . VULGARE. (2) *B* PROHEMIUM LATINUM. (3) *Segue* quare *cancellato.*

Digitized by Google

iovane porta
etate accorta
leggiera in carni per me sofferire

¶ *Iuveni atque apta, potitur etate* ¶ *Agilis carnibus, ut possit melius tollerare, quod imminet .*

arte vel exercitio tunc est argu . (1) ab habitu . Hanc credo posse taliter diffiniri . Industria est virtus habilitans ad inquirenda et investiganda subtilia, et in ipsa inquisitione et investigatione subtilians et in subtiliatione confirmans . Et potest dici quod habere hanc dominam a natura et ex ingenio gratia est . Sed habere eam in actu virtus est . Aliqui dixerunt industriam et ingenium nomina quidem habere diversa effectus autem prorsus eosdem . Nam ingenium est vis quedam causas insitas suis viribus prevalens vel ingenium est vis anime naturalis ad aliquid cito percipiendum . unde qui cito quod audiunt intelligunt boni et acuti dicuntur ingenij qui autem tardi duri et hebetes dicuntur . Ad que crederem respondendum quasi ut dictum est . quod ingenium sit vis tantum . Sed industria vis informata ut postquam nomina inventa sunt ex differentia insita videantur adducta . Et sic ingeniosos dicam habiles industres habiles et agentes ea pro quibus nobis ingenium est collatum . quare ex ipso actu qui est ultra solum habitum et potentiam dico industriam esse virtutem . cum ingenium sit vis tantum . Et ob hoc hic amorem industriam posuisse que habet habitum potentiam atque actum docendi, ut nobis mundis prime partis obtentu, paret introitum in virtutes . Et dicitur industria secundum quod decet ad eius officium loco isto exponi ab indumentis que induit per que fit potens ingenium . exemplo nudi . qui licet habeat pedes et habilitatem eundi non tamen (2) sine vestibus intrare permicteretur ad regem . de secundo ammodo est videndum . Que sibi videlicet forma detur et quare quod totum habetur infra incontinenti cum ad expositionem lictere revertemur . Decet ergo de tertio nos videre scilicet de ipsius effectus de quo dic quod possessores eius per eam scientiis facilius imbuuntur . et eius iuvamine in virtutum secreta transimus . et ipsius artificio delectabiliter applicamur, hiis que rudibus dissipida quasi esse probantur . de quarto vero dicendum est

(1) *Così nel ms., forse* argumento ex hiis sumpto (2) tamen *nel ms. è ripetuto, ma la seconda volta è cancellato.*

Digitized by Google

Et e di comunal grandeça tracta
nela qual piu si vede
chela sua ovra sede
veste a rosata
che assai laudata
figure in borsa asottiglieça adapta

℄ *Tracta est, comuni magnitudine forma eius . in qua videtur eius exercitium magis consistere .*
℄ *Vestem habet rosaceam, que plurimum commen-*

quod cum ingenium sit pars industrie Iuvenes facti mundi avitiis, prime partis auxilio et doctrina, ipsa vi ingenii ad introitum in virtutes facti potentes faciliores et habiliores existunt . quare hic ponitur ut eius monitis inherentes virtutum habeamus ingressum . utrum autem ad alias partes pertineat est dicendum . quod ad omnes actus adaptari potest partium agentium in hoc libro . ut industriose agere ad nostram instructionem videantur Que autem nobis premia conferunt etiam per industriam ad ea conferenda moventur . Que autem ex hiis partibus penam inferrent hoc idem . Dicto itaque breviter de predictis ad licteram descendamus *Industria* vide eam . *Iuveni etc* per hec significatur quod qui volunt discere et in virtutes intrare (1) debent iuvenes studio superesse . *Agilis carnibus* per quod nota quod non debes studere ut pinguefias si proficere forte vel ut infra latius hoc dicetur . *comuni magnitudine forma etc .* quia comunis stature homines magis industriosi reperti sunt licet regula fallat . *vestem habet rosaceam .* color iste pannorum dictorum solet esse virorum qui cum possint in vestibus apparere si se amplius non restringant . adminus infra rubeum se restringunt . Preterea color est placitus multum et oculus humanus fertur amenus . Equidem ut crossi displicent industriosi placent . color etiam est qui cito dispergitur ad notandum quod parum est homini gratiam habere ingenij et industrie si studium non haberet, opportet nanque sicut vestis hec magno studio conservatur sic nos quod per ingenium et industriam capimus magna convenit studij continuatione reservare . *in bursa figuras .* Ingeniosorum est magis ars illa . et sic sibi per similitudinem adaptata Et nota licet testus non dicat quod

(1) *Segue* no *cancellato.*

Digitized by Google

c. 33 a. Or ci convien tener meglio agliarcioni
chel suo tractato astile
alquanto piu sottile
et e menleve
per che breve
eper che parla non pur agarçoni

datur . ¶ Adaptatque subtiliter, in bursa figuras . ||
c. 33 a. *¶ Nunc itaque conuenit nos tenere, fortius ad arciones . ¶ Nam tractatus ipsius, stilo fungitur, aliquantulum altiori . minusque levi, quia brevis, et quoniam, non solum iuvenibus dat sermonem . ¶ Scd*

fit capite discoperto ut notetur quod domini dotati gratia securiores redduntur et clariores incedunt . Item habet iuxta se sirici varias cannellas (1) sicut varie sunt scientie et ar-
c. 32 d. tes ad quas tendere homines per hanc industriam || sunt reperti . Dicto de forma convenit ut ad expositionem sequentis lictere veniamus . *Nunc itaque etc* . iste .℣. nichil aliud dicere vult nisi quod cum admodo subtiliora tractantur . opportet nos ad intelligendum vigilanter intendere *altiori* dic ab hiis que in prima parte superius dicta sunt . *quia brevis etc* . Nota quod sermo brevis obscurior est quam longus . Sed apud quosdam longus oscurior reperitur . de hiis plenius est tractatum superius parte prima documento .v°. in testu et glosa . *non solum Iuvenibus etc* . argumentum quod etiam senes qui non didicerunt debent dare operam ad discendum . *Scd ante quam etc* . vide quod adhuc est prohemium non verba ipsius industrie vel Amoris . *dixit michi* vide quia licet me referente verba sunt hec industrie . usque ibi *diversis carum etc* quod colligitur ex ipsa tertie persone assumptione (2) . Sed est verum quod dicit hic testus precedens quod altera alterius dicta contineat , de hoc vide superius . ubi queritur utrum hec domina ad alias pertineat et ad quas . et sicut optime dicunt quattuor gobule sequentes et .℣. quoniam . cum sequentibus que optima istius questionis sunt claritas ¶ Non quod amor non potuerit documenta partis huius cum documentis precedentis partis miscere . sed quia voluit amor inter principium habituandi et finem habilitatis collate differentiam adhibere . Iuvenes enim voluit prius mundos asua natione

(1) *D' incerta lettura.* (2) *Il ms.* assuptione

Digitized by Google

Ma prima chella parli alquanto modi
chessa ma detto bene
docilita contene
quasi quel chio
equel chessa io
ma dicon cio per lor diversi modi

ante quam incipiat, ipsa loqui, modicum me audito . ℭ Ipsa siquidem dixit michi, docilitas quasi idem continet quod et ego . ℭ Egoque quod ipsa . ℭ Diversis earum hec attamen, dicunt modis .

perseverasse vel mundari avitiis et in ista habitudine illis inventis voluit eos esse potentes ad hanc dominam audiendam . per quam haberent et actum si eius monita sequerentur . *ex vitiis exitum etc* licteram totam istius .℣. quoniam qui continet hanc licteram signatam vide totam et dic quod optime loquitur Nam posset aliquis mundari ab aliquo vitio esset habilis ad virtutem et tamen virtutem non exequi ad quod facit illud Non sufficit abstinere amalo nisi facias quod bonum est .lxxxvj^a^. distinctione non satis . cum similibus . *Sed quia etc* lictera istius .℣. declaranda est ad precedentia . *Et actendas etc* . tollit obiectionem que frivole fieri posset quod docere fieri virtutem sit diversum ab introitu in virtutem . quod respectu .... (1) actus virtutis qui idem est . cum introitu in virtutem penitus falsum est . *volo etiam etc* (2) Ista gobula solum dicit quod glosatum est quomodo ex effectu colligitur quod ad partes alias pertinere censetur . *Nunc quidem . etc* . prohemium est sequentium . *que spetiosa hec et apta domina etc* . Per istam licteram dixit dompnus maleficus yrcus monachus quod ista erat domina cuius effigiem amore cohactus induxeram . Sed hoc faciliter tollitur primo illa ratione qua liber fundatur quoniam ipsius amoris actus non sunt actus glosantis sed sicut dicimus spiritus ubi vult spirat et nescis unde venit aut quo vadat et immo non est qui possit vias illius spiritus perscruptari propter quod secure possumus dicere qui spiritu dei aguntur non sunt sub lege quia lex non est imposita iusto eo quod ubi spiritus ibi (3) libertas ita de intentione istius nostri superioris amoris

(1) *Forse* veri; *ma non è punto chiaro.* (2) *Nel ms. non è sottolineato.*
(3) ibi *nel ms. è ripetuto.*

Digitized by Google

Che ben sai chi luscir (1) de viçi insegna
li remedi mostrando
e sor cio consigliando
e una cosa
con chi prosa
dintrar nele vertuti ci disegna

¶ *Quoniam non ingnoras quod qui docet ex vitiis exitum, hostendendo remedia, et super hoc etiam consulendo, idem est, cum qui, nobis prosam ingressus*

cuius spiritualia ob nostram crossitiem materialiter non videmus, dicere ita est vel non est nequaquam sufficeret nisi id apertis rationibus comprobetur Et licet amor hanc effigiem ad mei preces posito induxisset credendum est hoc non procedere quod ipse obiecit primo ratione loci . secundo ratione artis tertio ratione status Quarto ratione habitus quinto ratione officij Sexto et ultimo ratione participationis ad plures . De quibus omnibus per ordinem est videndum . Et tu dompne malefice qui sic subtiliçare niteris si poteris capere capias Nam non omnes capient verba ista ut dicitur .xxiij^a^. questione .v^a^. in capitulo qui sitit veniat et bibat qui potest capere capiat etc . ¶ De primo dic quod sincero potest animo responderi quod locus eius est infimus non supernus . ¶ De secundo dic quod ars non est artificium si excellit . ¶ De tertio dic quod solutio non ligavit . ¶ De
c. 33 a. .iiij^o^. dic quod lex consuetudinis || non mutatur ¶ De .v^o^. dic quod qui presidet non inquirit . Et qui vigilat non laborat quod verum est . ¶ De .vj. vero et ultimo dic quod que unius est omnium est et igitur non unius.

Cum fueris etc . primum documentum est partis huius industrie . circa modos intrandi multa continens de quibus per ordinem est videndum . Et istud documentum non habet ex verbis mei glosantis prohemium . Sed incontinenti incipiunt verba amoris qui refert et aperit nobis ut magistra nostra hec domina industria ab hoc amore transmissa . Sed ante quam ulterius procedamus bonum est videre quem modum incipiens hec domina tenuit nobis pluribus ad scolas venientibus et coram vel sub ea sedentibus .

(1) *B* loscir

Digitized by Google

Ma per chassai son casi che talora
alchun da viço parte
ne sa per cio ben larte
come si face
vertu verace
amor lo libro desta donna honora

preparat in virtutes . ℭ *Sed quia casus sunt plurimi, quibus aliquando se avitio removet aliquis, nec bene propter ea, velut virtus verax efficitur, novit artem, hunc honorat de hac domina, librum*

Et dic quod licet non dicatur in testu tamen in dei nomine inquohavit Postea ut alliceret animos Iuvenum ad discendum facilius et intrandum quoddam novum quod infra sequitur recitavit . Audite illud ℭ In etate .iiij°. tempore davit cum claruisset homerus iamque subtilissimus haberetur, die quadam scolares plurimi accesserunt ad illum qui antea sub claritide anno medio sederant ad discendum ℭ Petebant ab hoc homero cum pro subtiliori hunc haberent Nunquid dignaretur eis anni partem sua lectione complere ℭ Qui ait ad eos Quis vobis precedentem medietatem inquohavit ℭ Responderunt Claritides ℭ Quibus iste homerus inquid Admisistis monita eius circa modos adipiscendi que cupitis ℭ Dixerunt hec est causa potissime quare nolumus anno toto magisterio subesse illius Tenuit enim nos anno iam medio in hiis solum continue predicans decet vos esse tales ut possitis leviter scientie nostre subtilia pertingere ad que adhuc nos non novimus esse aptos . cumque monita de die in diem omnia impleremus ipsius, hiis alia subiungebat sicque iam diu perdidimus in solis prohemiis tempus nostrum . Vellemus istius scientie medullam exquirere ℭ Respondit homerus Iuvenes estis pullis similes nidum adhuc colentibus carne nuda qui videntes parentes eorum in altum tolli, nec antendentes (1) quod ipsi pennea veste carent ad volatum surgunt Et de alto rocche cacumine in quo ab ipsis parentibus ob tutele presidium fuerant collocati, pondere suo quod adhuc nullo iuvatur nature armamine in serpentium emergunt ingluvie . Scitote . quod sub Iosaphat, etate hac eadem cuius tempore prophetabit Elyas non (2) pluet annis

exemplum

(1) *Così il ms. evidentemente per* intendentes (2) non *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

Eporrai cura aquesta cosa in pria
che in vertu entrare
vertu e coninciare (1)
dunqua chi parla
como farla
dea ciascun ci mette assai in via

amor . ¶ Et actendas primitus ad rem istam . quod virtutem ingredi, virtutem est procul dubio inquoare . ¶ Satis igitur dirigit nos in viam, qui prout illam debet quisque facere, dat doctri-

tribus nec preterea desiccabitur inflata crossities aliquorum . Ite ad claritidem et sequimini iussa eius . Non enim minor est ars nec brevior scalas ad turris altissime fabricate adscensum quam adscensus et descensus postea ordinati laudabilem nosse modum . Cum quippe claritides noverit vos pennatos, volandi vobis tutissimum ordinem demostrabit . vobisque secundum cursum suum volantibus, si ex nostra volueritis ali quid reportare doctrina, parati sumus hanc vobis sine invidia predicare . ¶ Laudaverunt in se Iuvenes dicta hec alter contra alterum de ipsorum iam proposita petitione murmurantes et redierunt ad claritidem hec omnia recitantes ¶ Rixit claritides et nil aliud dixit eis nisi quod cum dies esset lectionis et ora, solitam lectionem circa solitas monitiones complevit . denique intulit ¶ Vidistis ammirabilem virum ¶ Vidimus Responderunt ¶ Tunc ille dixit Infans non nascitur puer nec puer adolescens nec adolescens Iuvenis nec iuvenis senex . Nudus nascitur quis demum induitur et Indutus non dum propterea usum vestium novit dirigere, nisi longo tempore a nutrice qualiter vestis trahitur et immittitur instruatur . Creditis vos quia formam habetis humanam inquid iste claritides esse homines . vel scire qualiter pervenitur ad insulam in medio maris, cum non dum intraveritis aquam . Illi enim qui ad insulam pervenerunt per vias varias et diversas nosse possunt que multarum tutior sit via . Induimini ergo vestem et modum usus vestis adiscite, ut ego postea et vos simul ad istum virum eloquentissimum accedamus . ¶ hiis dictis de cathedra descendens amplexus est Iuvenes ut non forsitan ex hiis dictis terrore fierent ad sequentia de-

(1) *B* cominciare

Digitized by Google

Et ancor vo che qui ponga intellecto c. 33 b.
che molte deste parti
se tu ben le comparti
insieme vanno
acio (1) che danno
di lor doctrina ecio mostra leffecto

nam . ‖ ¶ Volo etiam te hic ponere intellectum, c. 33 b.
quod harum plures partium, si tu eas sciveris comparare, ad quicquid sue doctrine porrigunt, simul vadunt, et indicat hoc effectus . ¶ Nunc quidem,

biles . hoc novo sic per ordinem ab ista domina recitato inquid illa carissimi ad propositum redeamus . Audivistis a domina docilitate precedentem partem . primam libri huius . per quam vel debuistis munditiam servare vestram vel aliqui forsan olim ex vobis immundi mundari . Nolumus ergo vos decipere Iuvenes, Estis induti sed non dum vestium usus modum habetis, Credo quod veneritis ‖ ut possitis ingredi c. 33 b
in virtutes placet michi Sed deprecor non curratis . Intendit enim vos amor diversis modis instruere ¶ primo quidem ad mores quod ut breviter explicemus tangit infra pars nostra tota et reducenda est ad vestram memoriam pars precedens (2) ¶ phylosophi enim antiqui suos discipulos instruebant ad mores ut ait (3) Ieronimus epistula .xxx^{a}iiij^{a}. quod ypocras adiurat discipulos ante quam doceat et in verbis suis iurare compellit Sacramento extorquens silentium sermonem incessum mansuetudinem moresque describens . Quanto magis nos ut ibi concludit . universam enim phylosophiam revocavit socrates ad componendos mores ut ait seneca epistula .lxxviij. • Et idem Augustinus .viij. de civitate dei capitulo .iij^{o}. Et idem tullius tusculanorum questionibus . libro .v. Et de hiis que vobis necessaria sunt enarrat multa Boetius et infra habebitis adeo ut istud preponere necessarium forsitan non fuisset cum liber iste quasi totus loquatur de moribus sed hoc dicimus propter aliquos qui licet mores aperte primo audiverint eis forte insistere non intendunt . Noscant penitus quod in scolis nostris non poterunt conversari . cum nostre partis natura talis sit ut qui

(1) *B* accio (2) *Il ms.* precedes *senza segno d'abbreviazione.* (3) *Segue* dise *cancellato*

Digitized by Google

Mo troverrai li cari insegnamenti (1)
che questa donna porta
cosi bella et accorta
se ben attendi
ellor comprendi
equi conincia lun de documenti

cara invenies documenta, que spetiosa hec, et apta domina secum portat, si bene actenderis, et comprehendere illa voles . ¶ *Hicque primum ex suis incipit documentis.*

didicerit in virtutes introitum ipso facto intret in illas videte igitur quomodo pateremur quod intraret immundus ¶ Secundo intendit instruere per spetialia monita et expressas cautelas que habebitis infra usque ad finem .iiij^{ti}. nostre partis documenti . ¶ Tertio intendit nos instruere per regulas et mottetos de quibus habebitis infra penultimo nostre partis et ultimo documentis per totum ¶ Sed quare dixi ego ad istam industriam, gravas nos adhuc regulis cum novitij simus ¶ Respondit non gravo . Immo ut facilius et cel-
de regulis thichionis lerius intrare valeatis hoc facio . Cum regulas Thichionij . ponat papias quibus ad intelligendas scripturas (2) studiosos plurimum dicit (3) adiuvari . ¶ Primam de domino et eius corpore ¶ secundam de domini corpore vero atque mixto idest simulato ypocritarum ¶ Tertiam de promissis et lege . que potest alio modo dici de spiritu et lictera vel de gratia et mandato de qua Thyconius licet plene sed non bene dixerit disputando enim de fide et operibus opera non dixit adeo dari merito fidei ipsam vero fidem a nobis nec adeo esse cum apostolus pax fratribus et caritas cum fide adeo patre et domino jesu christo . ¶ Quartam de specie et genere volens intelligere partem et totum sicut et unaqueque civitas vel regio pars est universitatis gentium unde etiam vulgo intelligitur cum specialiter vel generaliter aliquid institutum dicatur fit etiam hoc de omnibus sicut que de salomone dicuntur excedunt eius modum et ... (4) ad ... (5) et ecclesiam cuius ille pars est relata clarescunt . nec species specie exceditur . Specie enim talia dicuntur que vel ei fortasse tantummodo con-

(1) *B* insengnamenti (2) *Segue* du *cancellato.* (3) *Dopo* dicit *segue nel ms.* adiuiari *cancellato.* (4) *Il ms.* p' (5) *Il ms.* . x'.

Digitized by Google

DOCUMENTUM PRIMUM SUB INDUSTRIA

Quando serai da tutti viçi netto (1)
acio (2) che possa intrare
avertu operare

PRIMUM

Cum fueris ab omnibus vitiis plene mundus,
ut in operationem valeas introire virtutum,

gruant sed cum aspecie transitur ad genus quasi adhuc de specie loquente scriptura invigilare debet lector ne querat in specie quod in genere potest certius invenire ut illud eçechie domus ysrael habitavit in terra et polluit illam in sua via idest in ydolis et peccatis suis . quod de illa domo ysrael quam carnalem vocat apostolus facile est intelligere sed cum cepit dicere et santificabo nomen meum illud magnum etc . Et congregabo vos de omnibus terris et inducam vos in terram nostram et dabo vobis cor novum et spiritum novum facile intelligitur hoc de novo testamento dictum ad quod pertinet non solum illa gens in reliquis suis sed et cetere gentes que premisse sunt temporibus eorum . Quintam de temporibus qua temporum quantitas in scripturis latens connici possit hanc (3) duobus modis dicit vigere . aut tropo sinodoce cum atoto pars vel aparte totum intelligitur sicut quod unus evangelista post .viij. dies a... post .vj. dicit esse factum Ille aperte .vj. Iste tamen ex integro sex dies intelligens . et sic dominus post tres dies resurgam . Alio modo per egiptios numeros illos videlicet quos scriptura divina commemorat sicut septenarium denarium duodenarium et alias hii enim plerunque pro universo ponuntur tempore . sicut septies in die idest semper . tantundem valent quantum multiplicantur sive per se ipsos sive per denarium . sicut .lxx. et .dcc^{ti}. et .x. per .x. sunt .c. et .xij. per .xii. sunt .clxiiij^{r}. quo numero designatur universitas sanctorum in apochalipsi . Sextam recapitulatur in obscuritate scripturarum satis diligenter inventam . sicut enim dicuntur quedam quasi sequantur in ordine tanquam cum ad priora que pretermissa sunt latenter narratio revocetur sicut in genesi plantavit dominus ..... paradisum . in eden et posuit

(1) *B* necto (2) *B* accio (3) *Segue* de *espunto.*

Digitized by Google

convienti certo
aver che sperto
possa venir dogni (1) sottil effecto

habere te convenit pro constanti, quod effectus cuiuslibet, quantuncunque subtilis, efficiaris exper-

ibi hominem quem formavit . Et produxit (2) de ... adhuc de terra omne tignum spetiosum . ita videtur hoc dictum tanquam hoc sit fa..... postquam hominem posuit in paradiso cum breviter in utroque [commemorando] plantum paradisum et hominem ibi positum recapitulando redeat dicat quod preter noscerat . quomodo scilicet paradisus fuerit plantatus etc . Septimam regulam eandem .....mam de diabolo et eius corpore quorum ipse est capud sicut christus est capud ..... in prima regula vigilandum est ut intelligatur cum de una eademc. 33 c. que persona loquatur || scriptura quid conveniat capiti quid corpori . ita et in ista novissima aliquando in diabolum dicitur quod non in ipso sed potius in eius corpore possit agnosci . qui sunt in manifesto vel adhuc in occulto ecclesie sicut in ysaie . quomodo cecidit de celo lucifer mane oriens etc. que sub figura Regis babillonie de diabolo intelliguntur . Et tamen quod ibi dicitur contentus est in terra qui mictit ad omnes gentes non totum ipsi congruit capiti Nam et si mictat ad omnes gentes diabolus angelos suos tamen intra corpus eius non ipse contenitur . nisi quia ipse in corpore suo . ¶ Subiunxit etiam in exemplum hec domina quod magistri gramatice Iuvenes ad subtilia quo ad illos inducunt per regulas per quas colligentes possint melius memorie commendare . ratio vero quare iste regule ipso loco ubi infra ponuntur locantur et non alibi dicitur cum alias multis adtractatum regularum pertinentibus infra eadem nostra parte documento .v°. de regulis circa principium et in fine .iiij". ¶ Mottetti vero quid sint et ad quid prosint habes infra eadem parte documento ultimo in testu et glosa in ipsius prohemio documenti . Dictis hiis per industriam ut predicitur benedixit scolaribus suis et dixit cras venite ut ad sequentis lictere veniamus expositionem et probationem similitudinibus intermixtis et notate quia finem ad presens facimus super lictera *cum fuerit etc.* redeuntibus nobis ordinata die dicta domina industria resumpsit licteram in hoc primo documento quod de modis loqui-

(1) *B* dongni (2) pro *iniziale è ritoccato.*

Digitized by Google

Quando non sai lo dimandar frequenta
continua che imprendi
una doppo altra prendi
che sai rivedi
li maggior credi
ecome gli studianti fanno tenta

tus . ¶ Cum nesciveris, interrogationes frequenta . ¶ Quod didiceris, continuate prosequere . ¶ Unum summe post alterum . ¶ Quod iam nosti repete . ¶ Tuis crede maioribus . ¶ Velud alij se studentes habuerint, presentabis . ¶ A cibo vaca

tur intrandi et dic cum fueris scilicet tu qui stetisti (1) ad scolas docilitatis . *ab omnibus vitiis etc.* Et quis est hic et laudabimus eum fecit enim mirabilia in vita sua de hoc habebis notatum infra parte eadem documento .iij. ℟ quoniam . *introire etc.* et dic in virtutes . scilicet . et scientias per quas cognoscimus et virtutes . ¶ Super lictera ista ut facilius postmodum perpendere valeas que pertinent ad intrandum, recolligam dicta multa que non sic dispersa per diversas gobulas partis huius haberes Et primo quidem si es mundus avitiis, in virtutes tibi facilis est ingressus ut inquid Massenius Sed quoniam virtus non esset in homine qui virtutem penitus ingnoraret, posito quod virtutis actum haberet ut bestia Igitur ad cognoscendas illas expedit quod diversas perlegas scripturas, et in legendo assiduitatem ponas per quam reperies scientie margaritam Et illud oratii Inter cuncta leges et percontabere doctos Nec velis cuncta comprehendere ictu uno . Monente gregorio in verbis subiunctis Multum est quod uniuscuiusque presulis mentem curarum densitas vastat cumque animus ad multa dividitur sit minor ad singula tantoque ei de unaqualibet re surripitur quanto latius in multis occupatur . Et Ieronimus cum legere non possis quantum habeas satis est habere quantum legas probatos itaque semper lege et si quando (2) ad alios diverti libuerit ad priores redi et cum multa percurreris unum exscerpe quod illa dia conquoquas illudque bonum curandum est quod vetustate sit melius Et Augustinus siquis totus vix aliquid capit qui se per cogitationes diversas dividit Nonne quod ceperit

ad intrandum

lege

(1) *Il ms.* stestisti (2) *Segue* al *cancellato.*

Digitized by Google

Vaca da cibo soverchio edaposa
pensa fama et honore
claudato ricchore
chesi vede
chi procede
siche vertute sia sua vera sposa

nimio et quiete . ℭ Famam insuper et honorem, laudatasque divitias, quos qui sic processerit, ut vera eius, sit nobilis sponsa virtus, se habere vide-

fundit Et Ysidorus plerunque dum mutatur locus mutatur mentis effectus Et hugo de sancto victore homo adversus ab ymo . ad multa evanuit conversus ad ymum amultis vitam invenit, Et seneca Incipit esse fortune subiectus qui partem sui foras querit Et proverbiorum .xvij°. capitulo sicut avis transmigrans de nido suo sic vir qui reliquid (1) suum domus que non inhabitatur, cito corruit ita conscientia que non inhabitatur acorde suo . que faciunt ad idem et ad hoc accedit si recte consideres illud senece quotiens inter homines fui minus homo redii . Et Ieronimus super illud Mathei .xxij°. et ratis nescientes scripturas etc. primo inquid arguit stultitiam eorum quia non legerant secundo ingnorantiam quia deum non cognoscebant, nam ex diligentia lectionum nascitur scientia dei, Ingnorantia autem negligentie filia est Si enim non omnes qui legunt cognoscunt deum quomodo cognoscet qui non legit . qui legens de deo vult invenire deum festinet vivere digne deo . Ipsa bona conversatio sit ei lampas luminis in veritatis viam qui legit scientiam dei ad gloriam vanam, etiam si semper legat nunquam inveniet etc. Et bernardus lectio pariter cognitionem cognitio amorem amor frequentationem frequentatio
doce familiaritatem familiaritas fiduciam fiducia facit impetrationem . Item optimum est ad intrandum docere Seneca in libro de .iiij°. virtutibus testante Esto inquid sapientie cupidus ac docilis que nosti sine arrogantia impartiri postulanti que non nosti sine occultatione ignorantie tibi postula impartiri hec tam ultima dicti eius pars pertinet ad interrogandum . de quo subditur infra magis Et augustinus in epistula de orrigine anime ad discendum quod opus est nulla michi etas sera vide-

(1) *Segue* do *cancellato.*

Digitized by Google

Ragion fa che tua donna sia vertute c. 34 a.
et usa di pregiarla
che poi quasi adorarla
necessitate
in dignitate (1)
costringe (2) te sol per la tua salute

rit, mediteris . || ℂ *Fac quod tua sit, virtus* c. 34 a.
domina, rationem . ℂ *Eius utaris laudibus*
ℂ *Nam quasi postea dignitate, ob salutem solummodo tuam, eam te cogit necessitas adorare .*

tur, quia et si senem magis decet docere quam scire magis tamen discere quam quid deceat ingnorare . Item habes versus discere si queris doceas sic ipse doceris Nam studio tali tibi proficis atque sodali . Quod autem deceat te non verecundari cum nescis quere a sciente, Augustinus lege dicentem, Non est (3) erubescendum homini confitenti se nescire quod nescit ne dum se scire mentitur nunquam scire mereatur (4) Unde in predicamentis phylosophus dubitare de singulis non est inutile quod facit ad licteram Et idem confessio ingnorantie gradus est scientie Et qua tibi expedit sepius revidere quesita Audi Ieronimum dicentem Scripture semper in manibus et iugiter in mente revolvantur nec sufficere putes mandata memorie operibus oblivisci . Et idem divinas scripturas sepius lege . immo sacra lectio || de tuis mani- c. 33 d.
bus non deponatur Et gregorius in pastorali necesse est ut qui ad officium predicationis excubant, asacre lectionis studio non recedant . cum enim specialiter asubditis pastor inquiritur ingnominiosum valde est si tunc querat discere cum questionem debet enodare Et Augustinus ad paulinum in libro de videndo deum Qui didicerunt a domino yesu christo miles esse et humiles corde plus cogitando et orando proficiunt quam legendo et audiendo . Item ad interrogandi partem inquid crisostomus . super illud luce .viij. Et interrogabant eum etc. Cupientes inquid scire opportet interrogare . maxime ubi aliquid obscurum et difficile proponitur a magistro . Discipulos interrogantes docent auditores ut non erubescant vel pigrescant querere quod ingnorant Et dominus benigne respon-

(1) *B* indingnitate (2) *B* constringie (3) *Segue* inq *cancellato.* (4) *Il brano seguente fino a* Et idem *è aggiunto nel margine inferiore con un richiamo.*

Digitized by Google

Guarda la pena di colui che falla
el blasmo ela vergogna (1)
si che freno ate pogna (2)
se tentato
o mal guidato
fossi talora di vertu lassalla

¶ *In penam infamiam et verecundiam inspice delinquentis .* ¶ *Ut si tentatus fueris, vel conductus indebite, ad virtutem aliquando deferendam, predederis tibi frenum .* ¶ *Hoc tamen*

dens docet doctores ut benigne querentibus debeant respon-
intelle... (3) dere . Item decet te intelligibiliter legere alias enim frustra labores admictis ad actum . Unde Augustinus in libro de doctrina christiana multi multiplicibus auctoritatum obscurantibus et ambiguitatibus decipiuntur qui temere legunt aliud pro alio sentientes . Sed quoniam vani sunt omnes in quibus non subest scientia dei primo que dei sunt querere . ut ad alia per illa facilius instruaris . Inquid enim Anselmus in libro de incarnatione verbi Nemo se temere immergat in condempsa divinarum questionum . nisi prius in soliditate fidei conquisita morum et sapientie gravitate ne per multiplicia sophysmatum diverticula incauta levitate discurrens aliqua tenaci illaqueetur falsitate . Et Augustinus super genesi ad licteram libro .i. In libris omnibus sanctis intueri opportet que ibi etterna intimentur que facta narrentur que futura pronuntientur que agenda precipiantur vel moneantur et ibi multa de hoc Premissa omnia sequens tu sequentem licteram testualem adapta multis obmissis que poterant similia recitari ad quorum expressionem vix sufficerent
non de[spe- carte plures . *habere te convenit etc.* per totum .ℵ. nam
rare] . ut seneca inquid nil est minus decens (4) provectis desperatione perveniendi ad ulteriora . Ad idem Ambrosius tanta debet predicatori esse fiducia ideo ut presentis vite sumptus etiam si non prevideat sibi tamen certissime non defuturos sciat idest credat ne dum occupatur mens ad temporalia minus predicet etterna . quod facit in huius lictere argumentum . *frequenta* quod quam sit necessarium et utile habes

(1) *B* vergongnia (2) *B* atte pongna (3) *L' indice* : intelligere difficiliter (4) *Il ms.* deces

Digitized by Google

Ma questo ti convien per fermo avere
che quella e vertu vera
tener la mente intera

gerere convenit tibi firmum . quod hec virtus est vera, puro ad virtutem huiusmodi possidendam, af-

supra in eodem documento in predicta magna glosa *continuate* et etiam ista lictera si bene adtenderis est glosata . *unum etc* . Nam pluribus intentus minor est ad singula sensus Et qui binos lepores una sectabitur ora uno quandoque sepius carebit utroque cum similibus notatis supra in dicta magna glosa . *repete* et hec est glosata . *tuis crede maioribus* quia maiorum nostrorum si dicta despicimus ut inquid Massenius raro vel nunquam ex ipsorum utilitatem monitis reportamus . unde ut diligantur et per dilectionem eorum precamina dulcius admictantur decet tales esse doctores ut eorum vita sit aliis in exemplum . nam cuius vita despicitur restat ut eius predicatio contempnatur unde augustinus non obedietur auditur qui se ipsum non audit . Et gregorius qui alios ad bene operandum excitat se ipsum ad bene agendum ligat . Et illud apostoli ad romanos .ij°. qui predicas non furandum furaris . et prosper . bene loqui et male vivere nichil est aliud quam sua sententia se dampnare . Et gregorius mostruosa res est manus remissa et lingua magniloqua . Et idem lucerna que in se met ipsa non ardet eam rem cui supponitur non accendit Et hinc est quod de Iohanne legitur ille erat lucerna ardens et lucens ardens videlicet per celeste desiderium lucens per verbum ut ergo servetur veritas predicandi teneatur necesse est altitudo vivendi . Et gregorius in moralibus libro .xxx°. capitulo .v°. Pro qualitate audientium formari debet sermo doctorum (1) ut et sua singulis congruant etc . Item Crisostomus super illud mathei .v°. et cum sedisset etc. In altitudine || spiri- c. 34 a.
tualium virtutum, consistere debet qui docet iustitiam Et qui audit nemo potest in valle stare et de monte loqui sed ubi stas in loquere aut unde loqueris ibi sta . etc . de hiis etiam vide supra notata parte prima documento .xvij" . §. aliud . quibus omnibus intellectis magistros bonos quere . malos vita quia malorum doctorum doctrina mala est prima questione .vij°. convenientibus et imperitus matheseos risui

(1) *Segue un' asta cancellata ed espunta.*

Digitized by Google

non per paura
ma per pura
amança dessa vertu possidere

fectu, non quidem timore, integram conservare men-

patet .xxxvij. distinctione qui de mensa . Et qui alios docet ab aliis tunc edoceri non decet in autenticis de sanctissimis Episcopis .ℨ. damus . *pretentabis* licet ista lictera superius sit glosata ibi Inter cunta leges etc . quia tamen possunt dicere rudes loquitur ibi glosa de libris hic autem loquitur nobis testus de modis, Igitur ad ipsorum rudium utilitatem aliqua subiungamus de modis ut hiis visis et ad te reductis valeas (1) utiliora eligere ut inferius subiungetur . Et quidem Aliqui sunt qui student de mane . ℭ pauci de sero ℭ Alii nocte ℭ Alii die . ℭ Alii continue ℭ Alii raro ℭ Alii parce commedunt . ℭ Alii plene . ℭ Alii multa audiunt . ℭ Alii plura legunt . ℭ Alii repetunt mente ℭ Alii lictera . ℭ Alii student in scientiis suis ℭ Alii in truffis Et sic diversos in diversis invenies modos . Tu autem illi modo et ordini tam in vita quam in studio te conforma, in quibus salva persone substantia te melius proficere noveris . quia nostrorum corporum dispositiones diverse sunt . quibus deficientibus studium est completum . Ego tamen qui multorum studentium vidi modos et vias ut aliquid possem discere magnis affectibus exquisivi nec non et libros aliquos de ista tractantes materias perlegi crederem scolaribus si servarent modum quem tenuit Garagraffulus gribolus plurimum fructum ferre . Ipse enim tempore quo magne sunt noctes et per consequens dies parvi de mane tali ora surgebat quod ante quam esset intrandum ad scolas testum efficaciter viderat quem doctorem suum lecturum credebat . illumque a se ipso intelligere conabatur . e (2) quo maxime fructum unum habebat . Nam ubi fortius dubitabat et maiorem noverat utilitatem inesse . postea doctore legente diligentius attendebat . totum etiam sic previsum facilius reportabat Et sic nota primum . ℭ Secundum vero quod notare potes, Ipse cum appropinquabat ora intrandi aliquantulum presurgebat astudio et vel per cameram vel per locum alium discurrebat ut melius ad sedendum posset postea perdurare . ac ex hoc in menbris et spiritibus virtus confor-

de modis stu[dendi]

(1) *La seconda* a *è aggiunta sopra con un richiamo, posto peraltro tra la* l *e la* e. (2) *Il ms.* ex *con la* x *espunta.*

Digitized by Google

Pensa voler insieme con ragione
rivolgi in te altrui
ete ripensa in lui

tem . ℂ Cum ratione pondera velle simul . Revolve alium in te ipso . ℂ Teque similiter in

tabatur eiusdem . lavatisque demum manibus vel saltem oculis ibat ad scolas in quas ultimus non intrabat sed ora tali videlicet quod nil perlegerat doctor eius . Tertium . in scolis stabat prout ponitur tibi supra in parte prima documento .xxiiij. in testu et glosa . Quartum, exiens, ad refocillandos spiritus ante prandium ambulabat . non per spectacula sicut multi sed per loca que suum retrahere animum non habebant . Quintum, postea leviter commedebat et sicca bibebat et levius ac linfatum . Sextum post aliqualem moram ad repetitionem accedebat . et se ad testum dirigens et disponens ipsum actentissime ruminabat et ruminatum etiam revidebat . glosis forsitan cum aliquando sine ipsis nequiret intelligere ac cum aliqua spetialia bona in eis esse noverat que in scolis signabat, et maxime pro contrariis recensitis Sequitur septumum Surgebat et ibat per cameram . in sua mente repetens punta et utilitatem summariam eorum que audierat die illa . Sequitur nunc .viij^{um}. Exibat enim et aliquantulum ad aerem se vertebat non per spectacula ut predixi . Sequitur et nonum . Rediens de una missione iuxta libitum commedebat . vino tamen temperabat se semper Et in (1) hoc quibus utendum sit quolibet anni tempore videas quod legitur et notatur infra parte .vij^{a}. documento ultimo . in magna glosa . Cena autem facta sequitur decimum . Stabat super pedes suos vel || ibat aliquantulum per cameram vel per salam . demum eiusdem diei lectum testum vice unica revidebat . ipsius rememorans summarium intellectum . Et .xj. sequitur . dormitum ibat et si cum intraverat dormire nequibat mente discutiebat iterum lectionem, donec sic discutiens dormiebat . Ad primum nunc rediens dic quod ipse duas in die lectiones audire non laudabat . si tamen provecti audire vellent, alteram ex duabus quam alias audiverat minime repetendam dicebat novam autem sic, modo superius ordinato . duas tamen novas dicebat inutiles . In diebus autem festivis et ad repetitionem deputatis quod potest esse duodecimum que medio lege- c. 34 b.

(1) *Segue nel ms.* q *cancellato.*

Digitized by Google

deliberrae
sovra cio chae
aconinciar la tua dispositione

eodem . ¶ *Deliberabit tua super omnibus dispo-*

bantur tempore summarie repetebat . et in festivis pascalibus singula meliora . que studens continuo presignabat . ut tamen diebus dominicis et pascatum ipse semper missarum audiebat solempnia . et diebus ipsis ut fieret ut dicebat fortior quiescebat . Tempore autem contrario dormiebat penitus nocte tota et omnia predicta preter studium de mane testualem ante introitum observabat . Convertebat etiam cenam in prandium et aliquantulum dormiebat . vel post prandium quiescebat . Et postea surgens ante cenam omnia supradicta complebat . et testum sequentis lectionis revidebat quod ex aliquo intervallo post cenam aliquando faciebat, et si ante, tempus inter repetitionem et visionem istam ponebat per salam vel cameram ambulando . Iste etiam quod obmisi cene tempore forensibus non astantibus quedam que continuo colligebat studendo per unum famulum notabilia legi alta voce faciebat ut etiam coquus eius illa mente perceperit faciebat sero similiter postquam intraverat dum (1) propter disputationes vel serinas lectiones fatigatus esset notabilia ipsa legi . Ex hiis et aliis collige quod agendum hoc tibi dicere non obmicto quod qui nimium frenum fringunt periculum non evadunt et qui laxant nimium nil reportant credo studium predictum transire per medium sicque laudandum et etiam observandum . Redeamus ad licteram quia tempus est . *Acibo vaca nimio et quiete* .

temperate

Et circa cibum dic quod si unica vice replearis superflue in sequenti per subtractionem restaura dicit enim ypocras in auphorismis indigentiam repletio solvit . ex plenitudine quecunque egritudines fiunt evacuatio sanat et quecunque ab evacuatione plenitudo . et .. (2) contrarietas . Et idem in eisdem quod ad hoc facit et ad licteram specialiter de quiete . In omni ergo motione corporis cum quis ceperit laborare quiescere statim remedium est . Assueti assuetos ferre labores et si fuerint imbecilles aut senes insuetis et fortioribus et iuvenibus facilius ferunt . Et idem in eisdem sonnus vigilie utrinque magis modo facte malum . Et potest accedere

(1) dum *ripetuto nel ms. ma la prima volta cancellato.* (2) *Il ms.* 02 a

Digitized by Google

Fa dumiltate nel cor fondamento
cheti fara leggero
intrar nel cammin vero

stio, que decreverit inquohanda . ℂ In corde tuo, ex humilitate constituas fundamentum . ℂ Nam in veram ingredi semitam, faciet te de levi .

illud eiusdem in eisdem . labores spontanei narrant morbos quique dolentes aliquid corporis plurimum dolorem non sentiunt hiis mens egrotat . Iste ypocras fuit tempore Artabani Regis in .v^e^. etate . Et quo ad quietem dic quod requies est per quam menti quedam securitas ex contemplationibus vel contemplantibus (1) perfruitione varietatis affertur . hec tamen diffinitio habet se ad moderatam quietem et bonam Et ut requies prout et quando expedit utilis est ita et exercitium simili modo utile est et legitur in ysagogis Iohannitij supra regni galieni quod exercitium immutat corpus quia quando equale est calore[m] prestat equalem . cum vero amplius sit magis calefacet . postea infrigidat et desiccat . otiositate corpus immutatur . quia si equales frigorem et humectionem habet, equalem . si inequalis (2) inequales . et idem sonnus si prolixus fuerit infrigidat et humectat . Ad huc tibi dico (3) quod satis crederem mediam vitam predictam . quia ut dicit bernardus carnem omnem restringere non extinguere . reprimere non opprimere . sitiat non seviat ancilletur non dominetur . Alioquin siquis secundum eam vixerit morietur . Et credo communiter ad studium prodesse siccis magis quam mollibus uti Accedit quod inquid gregorius sicut caro mollibus sic anima duris nutritur illam blanda fovent hanc aspera exercent . illa delectationibus pascitur hec amaritudinibus vegetatur sicut carnem dura satiant sic animam mollia necant . Unde bernardus ad Robertum nepotem suum Satis est ad omne condimentum sale cum fame . Et vide bonam licteram dicit enim *nimio* unde competentem cibum vel quietem non vetat vetat igitur gulam (4) idest crapulam et ebrietatem et otiositatem de quibus habes supra parte prima documento secundo . in testu et glosa . Et adde quod augustinus inquid non facile capitur tentatione qui bono

(1) *Segue* perfrui *cancellato.* (2) *Segue* si in *cancellato.* (3) dico *è aggiunto sopra.* (4) *Segue* et e *cancellato.*

Digitized by Google

fa compagnia (1)
con cortesia
che non serai si nelontrar conteso

℄ *Inias cum curialitate, consortium, quia non sic prohibeberis ad ingressum .* ℄ *Insuper autem ut*

vacat exercitio . Et boetius omne tempus tibi impensum requiretur ate qualiter fuerit expensum . Et seneca otium sine licteris mors est . et vivi hominis sepultura . Et Iohannes .viij°. operamini dum dies est quia venit nox . Sequitur alia lictera *famam etc* . accipe mediteris quod est infra . et construe . Et dicit quod ista lictera ponitur ad alliciendum animos Iuvenum . Multum enim moventur homines propter famam et honorem habendos ad talia cave tamen ne ad vanam gloriam te extendas de qua habes infra parte .viij°. loco suo ibi enim de gloria bona et vana tractatur . *fac quod tua sit virtus etc* siquis faciat hanc rationem bonum est dum tamen verbo et opere . Alias nichil esset . que autem domina ista virtus sit et quam formam habeat insimul cum oppositis et extremis habes supra parte prima documento .v°. in magna glosa . et ibi figure || *eius utaris laudibus* et dic eius scilicet virtutis *laudibus* ad licteram presentis .℣. et sequentis qui pendet ab isto facit quod tullius inquid optima forma vivendi est quam iocundam reddet assuetudo insuavem et asperam fecit nobis viam virtutum longa consuetudo peccandi . unde Augustinus si consuetudini non resistitur fit necessitas . et accedunt ad hoc que notata sunt supra . parte prima documento (2) .℣. (2) . Et tolle exemplum unum ad hoc utile ℄ dominus Raymundus de Andegavia dicit istam necessitatem consuetudinis omni homini opportunam . pauci enim ut ait ad firmata sunt firmi nisi forte penitudinis verecundia roborentur . Super hac eius lictera glosam domini Augolini de folchalcherio reperii talem in lingua provinciali . Iste dominus (3) Raymundus inter alias quandam consuetudinem observabat Primo quidem cum sibi aliquid utile ac honorabile occurrebat agendum, quod forsan difficile vel laboriosum cognoscebat vocabat adse plures de proximis suis et dicebat eis ℄ domini unum est quod absque vestro consilio iam me facturum decrevi et in mente firmavi ℄ Novi enim quod quia utile ac honora-

c. 34 c. ordinate

exemplum

(1) *B* compangnia (2) *Lacuna nel ms.* (3) *Segue* hugolinus *espunto.*

Digitized by Google

Ancor (1) acio che meglio (2) intrar tu possa c. 34 b.
mena teco largheça
ordinata prodeça (3)
e fa honesta
ogni (4) tua chesta
con provedença davanti ala mossa

sit facilior ad introitum ‖ *tibi via, tecum ducas* c. 34 b.
etiam largitatem . ℭ Ordinatam insuper probitatem ℭ Et tuam petitionem quamlibet, precedente motum previdentia, fac honestam . ℭ Cautelam

bile erat idem michi vestrum consilium suaderet ℭ Illi aliquando absque alia deliberatione deliberatum laudabant aliquando autem dicebant hoc laudabile est sed magnam difficultatem in se habet ℭ tunc ille replicabat non est homini volenti quicquam difficile nec honorabile aliquid semper leve ℭ Faciemus auctore domino posse nostrum . et si propter impossibilitatem defecerimus nil nobis est imputandum ℭ Traxit eum semel in partem nepos eius dominus Raymondellus . et dixit ℭ pater et domine non ut doceam sed ut discam quero ℭ Nonne in istis talibus esset melius deliberationem vestram secretam tenere ut si postea res esset impossibilis assumptio remaneret occulta quam aliquid propalare quod sepius fieri nequid maxime ubi ab aliquo consilium minime postulatis ℭ Respondit ille dicam tibi homo sum sicut et ceteri et licet alij reputent me constantem quia tamen in laboriosis et difficilibus humana fragilitas facile ubi a nullo cogitur retrocedit Igitur verecundie scuto bonum est armare propositum ut insurgens aliquando retrocedendi vilitas per aspectum huiusmodi clipei repellatur ℭ quod si hec vilitas non insurgat nil ad te quam honoris predixisse tuis quod postea iuxta posse prosequeris . ℭ Et si bene perpenderis idem tibi dicit lictera testus sequentis .℔. *in penam etc* .℔. sequens illum . et nulla ipsi duo .℔. glosa indigent nisi ista proxime precedenti Et dic quod velud superior lictera dixit tibi famam mediteris etc . ita lictera istius .℔. in penam vult quando vero traheret te amor honoris trahat te pene (5) metus iuxta id quod sepius allegatur hoc libro ut quos ad vite decora

(1) *B* Anchora (2) *B* melglio (3) *B* prodecça (4) *B* ongni
(5) *Segue un'asta cancellata.*

Digitized by Google

Chiama cautela (1) e pietate con teco
patiença ti meni
temperança taffreni (2)
chavrai dalloro
sommo thesoro
se troverrai iustiça userai seco

et pietatem pariter, voca tecum . ℂ Te patientia dirigat . ℂ Temperantia te refrenet . ℂ Aquibus (3) *sumum thesaurum obtinebis . ℂ Si vero iustitiam inveneris, conversare cum illa . ℂ Fun-*

domestice laudis exempla non revocant correctionis saltem medicine compellat Codice de emendatione propinguorum lege una . et dicit decretalis ut clericorum extra de vita et honestate clericorum ut quos divinus amor amalo non re... (4) temporalis saltem pena coherceat apeccato . Sed ate quero nunquid amor hic de pena loquatur etterna vel temporali . si de temporali loquatur vide leges et canones quorum hic semen reserare per ordinem longum esset et exquibus causis alicui infamia irrogatur . propter licteram (5) sequentem et propter sequentem aliam de verecundia Inspice quanto rubore suffocatur facies inter bonos hominum peccatorum Si autem velimus intelligere quod de pena loquatur etterna, bonum est quod ad malorum terrorem et bonorum gloriam de his que in inferno sunt penis aliqua referamus Gregorius in moralibus inquide penis inferni ens de dampnatis ait . Sic orrendo modo, tunc erit miseris dolor cum formidine flamma cum obscuritate et in interitu ipsa asuis qualitatibus tormenta discordie quia aconditoris voluntate dum viverent discrepabant . sic miseris mors sine morte finis sine fine defectus sine defectu quia mors semper vivit finis semper incipit et defectus deficere nescit mors perimit non extinguit dolor cruciat et pavorem non fugat . flamma comburit sed tenebras non discutit . quia enim diabolo contra suum creatorem creature concordarunt creature contrarie conveniunt ad eorum penas . Et glosa super illud Iob .xx°. luet qui fecit omnia etc. cui vita mortua fuit in culpa eius mors vivet in pena . Et Augustinus tantum

(1) *B* chautela (2) *B* tafreni (3) *Segue* sum *espunto.* (4) *Il ms.* reuo*; si tratterà forse di una parola non finita di scrivere.* (5) *Segue* et *cancellato ed espunto.*

Digitized by Google

Cosi (1) fondato et anco accompagnato (2)
tanto convieni usare
in lor voglia (3) operare
che ben vegga
chom ben segga
colui (4) che fia da cotay (5) donne amato

datus equidem in hunc modum, et etiam sotiatus, tanto te tempore, in earum convenit persistere voluntate, quod plene videas, qualiter bene sedet, is qui amabitur atalibus dominabus ℭ *Quoniam*

distat ingnis infernalis abigne materiali et eius tanta est violentia, quod si ipsum marium universitas influeret ipsum neque ad momentum refrigeraret . Et Ieronimus tanta erit in inferno vis doloris, quod mens ad aliud dirigi non poterit, nisi ad quod vis doloris impellet . Et bernardus in suis meditationibus Ardebunt miseri in ingne etterno in etternum et ultra ibi inquid erit dolor intollerabilis timor orribilis mors corporis et anime sine spe venie . et sic tamen moriuntur ut semper vivant . penas etiam inferni quantum id ingnis etternitatem probat augustinus de civitate dei libro .xxj°. capitulo .iiij°. per montes Sicilie henne et vulcani . qui flammis usque hodie hestuant et integri perseverant . Item per exemplum salamandre que vivit in ingne . Item per exemplum lapidis archadie qui dicitur ab eston qui semel succensus nunquam extinguitur . circa istas penas breviter decem considera . etternitatem acerbitatem . diversitatem . continuitatem . generalitatem conformitatem ipsorum ad peccatum . evadendi impossibilitatem . timiditatem inutilitatem . et orribilem sotietatem . legitur in vitis patrum quod siquis videret demones in illa deformitate in qua vident eos dampnati, vivere non posset . De hiis cum multa possent referri hec dicta sufficiant et ad aliam licteram veniamus . *ut si tentatus etc* . circa istos tentatos loquitur augustinus dicens Non debet frangi qui preliatur si vult post prelium coronari vires illo subministante certantibus qui preparavit ineffabilia bona motoribus Et orrigenes super Iosue .xv°. puto sane quod sancti repugnantes adversus istos incentores et vincentes minuunt exer- tenta . . . . . (6)

(1) *B* Chosi (2) *B* accompangnato (3) *B* volglia (4) *B* cholui
(5) *B* chotai (6) *L' indice* : tentationis victoria

Digitized by Google

Che selle ti vedranno usar honesto
ese esser amate
da te et seguitate
faranno poi
tanto che noi
vedren te dala gran constança (1) electo

si honestam te viderint, conversationem habere ℭ *Quodque illas diligas et sequaris, tantum postea facere procurabunt, quod a magna videbimus, constantia te electum .*

citum demonum . et quam plurimos eorum interimant . ut nec ultra fas sit illi spiritui qui ab aliquo sancto caste ac pudice vivente . victus est inpugnare alium hominem . Isydorus autem dixit hos tentatores dei servis utiles esse . inquiens utile est
c. 34 d. servo dei post conversionem ‖ tentari quatenus a torpore negligentie sollecitantibus vitiis ad virtutes animum contra exercitum preparet vitiorum . Et idem in libro de ecclesiastica institutione tentationum diabolicarum initia fragilia sunt que si non caveantur per consuetudinem in novissimis fortiter convalescunt . ita ut aut nunquam aut (2) cum difficultate vincantur . Et augustinus super genesi Non michi videtur magne laudis esse hominem si propterea (3) posset bene vivere quia nemo male vivere suaderet . Et bernardus necesse est ut veniant tentationes quis enim coronabitur nisi qui legiptime certaverit, aut quo certabitur si desit pugnator hic potest adduci dictum Massenij ad conclusionem . quod apud fortes tentationes sunt utiles Apud debiles vero periculose non modicum . Nos probos faciunt si eas per debitam constantiam tolleramus *vel conductus indebite etc .* ad idem habet
(4) se ista lictera differt tamen quod ibi de spirituali hic de materiali utpote de aliquo malo vivente ac te indebite ducere volente . *hoc tamen etc .* ad licteram huius .ꝛ. faciunt versus alias allegati oderunt peccare mali formidine pene oderunt peccare boni virtutis amore . *cum ratione pondera etc .* convertit se ad aliud monitum . et optimum est dictum si enim ut inquid Massenius rationem ponas cum desiderio ad sta-

(1) *B* costança (2) *Il ms. ha veramente* autem, *cioè* aut *con sopra il segno d'abbreviazione consueto per indicare appunto* autem (3) *Segue* necesse est *cancellato.* (4) *Come rubrica nel ms. qui è segnato* hode . *e più sotto* pon .

Digitized by Google

DOCUMENTUM SECUNDUM SUB INDUSTRIA

Ma sai tu chi tinsegna (1) amar costoro
poi se di viçi netto
con ta la prima detto
ese disposto
com oqui posto
eglie (2) quel sir che muta il piombo in oro (3)

.IJ.

Verumtamen nosti tu, qui te doceat diligere tales, cum mundus a vitiis fueris, ut prior domina tibi dixit . ¶ *Erisque ut hic posui tibi dispositus, est ille qui in aurum dominus plum-*

teram non trasgredieras signaculum ob impetum voluntatis . *Revolve etc* . lictera istius .ℓ. sequentis opposite sunt ad unum tamen tendentes et optima est via cum aliquem reputas tibi iniuriari, vel presse indebite aut similia et verba ista non recordor bene quo stilo vel similia ponit dominus Raymundus de Andegavia in quadam gobula extra librum suum ad quendam militem destinata . et vide infra in parte discretionis documento primo in magna glosa ubi de cognitione sui ipsius agitur . *deliberabit etc* . deliberatio est ad quodlibet inceptum plena maturitas solerte considerata . et de hoc vide infra incontinenti post pauca . *ex humilitate etc* . optimum fundamentum est istud . si intelligamus hic de humilitate nostra vade supra et vide in glosis prohemi libri huius si de humilitate dei vade infra ad partem .viij^{am}. documento tertio in magna glosa . *cum curialitate etc* . ista enim quia committata est alexandrum dedit sibi hominum sequelam . Ista est que sublevat multos viros et in multis etiam multa legit que non prodessent talibus propalata . Sed quia de hac satis superius in glosis prohemij dictum est et etiam in glosis .iiij^{ti}. documenti partis prime ad alia veniamus . *largitatem* de ista etiam largitate habes satis ibidem et de extremis eiusdem . vide ibi tamen audi aliqua super hoc . Interrogatus Rex Iuvenis olim regis anglie filius qui sic propter patrem viven-

delibe[ratio]

item de largitate

(1) *B* tinsengna (2) *B* elglie (3) *B* innoro.

Digitized by Google

c. 35 a. **Servirai lui con tutta reverença (1)**
chel ti fara volere
sol servir epiagere

c. 35 a. *bum vertit* . ‖ ℂ *Tota illi reverentia servies* . ℂ *Quia velle te faciet, servire solummodo, ac pla-*

tem nominabatur si aliquid verecundius esset homini quam beneficium petere, ubi meritum non precessit respondit ita beneficium negare Garagraffulus gribolus de quodam recitat qui adeo largus erat ut prodigus forsitan posset dici cum accessissent ed eum amici dicentes ut aut sibi prospiceret aut ad nichilum deveniret respondit gaudio quod vos soli michi amici venistis nullum extraneum conducentes dicam inquid vobis quoddam secretum rogans vos tenere illud domini homines non perpendunt quod ago ego quidam strictissime vivo et avarissime recepto quoscumque quia tamen facie leta hec facio credunt gentes me largum cum tamen id de quo verecundie magis fero sit istud quod super omnes alios me avarum non dubito Rixerunt illi dicentes parum lucramur tecum . Ille autem stare voluit in verbis amplius cum eisdem . Eramus in tractatu dominus Franciscus Dandulo et ego de regimine familie qualiterque in sua ministraret expensa dixit optimam viam elegi habeo famulos qui expendunt pono in capite mensis in quadam bursa pecuniam postea cum deficerit scribo ita quod in fine anni licet ista via sit avari ut dicit bene cognosco quantum expendi . *ordinatam insuper probitatem* (2) de hac etiam dictum est supra parte prima (3) ad glosas prohemij . et nota hic quod plene intelliges visa glosa ad quam remicteris de hoc loco . *et tuam petitionem etc* . dicit iste .ℵ. quod honestum petas previdentia precedente motum . bonum consilium est . legitur in
c. 35 a. tractatu de speculo socratem dixisse ‖ negat sibi ipse qui quod
hone[stum] difficile est petit . et illud quod iustum est petito vel
pe[te] quod videatur honestum etc. cum similibus et de hoc habes infra loco suo . in eo quod dicit *precedente etc* . bene dicit et ne dum in hoc sed in periculis et aliis quibuscumque iacula que precidentur minus feriunt . et illud catonis pro-
previde spice qui veniunt hos casus esse ferendos nam levius ledit quicquid previdimus ante . et illud terrentij melius est

(1) *B* riverença (2) *Il ms.* proitatem *con la* b *aggiunta sopra.* (3) *Segue* docum *cancellato.*

Digitized by Google

et amar quelle
donne belle
di chio to scripto valor e potença

cere . ℭ Nec non et diligere, illas dominas spetiosas, quarum descripsi tibi potentiam et valorem .

tibi prospicere quam adversarium ulcisci accepta iniuria . et illud senece deliberandum est diu quicquid faciendum est semel cum multis similibus *cautelam etc* . dici solet quod cautela seu cautio est discernere avirtutibus vitia virtutum spetiem preferentia . quod facit ad partem .iiij^{am}. infrascriptam cui subditur discretio . Et dicit Massenius quod cautela est cauta et intenta prepalpatio singulorum ut non prius incidatur in dubia quam nota fuerit eorum malitia . Et tolle aliam si placet cautela est clipeus previdentie tuens cautum contra quecunque incognita et invisa iacula . tamen credo quod amor intelligat hic de quadam cautela que dicitur cordis custodia . Est enim custodiendum cor sicut vas omnium thesaurorum celestium et sicut castrum in medio inimicorum constitutum . unde legitur .iiij^{o}. proverbiorum omni custodia serva cor tuum quia ex ipso vita procedit . et in ecclesiastico xj^{o} capitulo in mansuetudine serva animam tuam . et da illj honorem secundum meritum tuum . Et illud psalmiste . ad te domine levavi animam meam . preterea et time ne tale quid forsitan te gustare contingat, quod cor tuum huiusmodi disponat ad mortem . ad quod facit Iob vj. capitulo . nunquid gustare poterit quis quod gustatum affert mortem . Et considera quod inimici sui idest diabolus cum exercitu suo insident continuo huic cordi . Et iste est leo qui circuit querens quem devoret et tanquam hostis clausos obsidens muros explorat an sit pars aliqua minus stabilis cuius aditu ad interiora penetretur . Custodi ergo te ipsum et animam tuam sollicite . deuteronomio .iiij^{o}. capitulo . Item custodiendum est cor istud avariis et vagis cogitationibus unde seneca cogitationes vagas vellud sonno similes non recipies quibus si animum tuum delectaveris, cum omnia disposueris tristis remanebis . unde legitur ysaia .lvij^{o}. Abiit vagus in via cordis sui . et non discernens quid cogitet de istis cogitationibus locutus est Iob .xx^{o}. capitulo cogitationes varie succedunt michi et mens mea in diversa rapitur Et sapientie primo Spiritus aufert se acogitationibus que sunt sine intellectu usque quo morabuntur in te cogitationes noxie ut

de cautela

de cordis custodia

Digitized by Google

Fara la mente tua uegghiar in quello che lo tuo stato accresca (1) eglie (2) quel che rinfresca

¶ Mentem tuam facit vigilare, in eo quod augeat statum tuum . ¶ Estque ille qui renovat, in te

dicitur Ieremie .iiij°. capitulo et accedit illud proverbiorum .xxiij°. ne erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes quia facient sibi pennas quasi aquile et volabunt in celum . *et pietatem etc* . de ista pietate habes supra in glosis prohemij satis dictum . *Te patientia etc* . de ista patientia habes infra plenissime in .v^. parte per totam in testu et glosa . *Temperantia etc* . dicit tullius ad herennium in sua rectorica libro .i°. quod temperantia est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio . eius partes continentia clementia modestia . continentia est per cupiditas consilii gubernatione regitur . clementia per quam temere in hodium alicuius concitatus benignitate retinetur . modestia per quam pudor honestus claram et stabilem comparat auctoritatem . Et coniunge hic que supra parte prima documento secundo de sobrietate dicta sunt . *Si vero iustitiam inveneris etc* . vide quod dubitavit utrum inveniretur et merito in paucis enim hodie locum gerit . quia non est qui faciat bonum non est usque ad unum . de hac iustitia plenissime habes infra in parte sua .viiij^. in principio et per totam . *conversare cum illa* . idest . cum iustis . vel dicas si poteris te vincere exerce iustitiam . *fundatus etc* . iterum per licteram huius .ℨ. nititur te allicere et inducere ad virtutes *talibus dominabus* . scilicet . virtutibus . de quibus superius dictum est . *quoniam etc* . dicit ista lictera usque in finem documenti quod si iste domine virtutes viderint te honestam ducere vitam facient quod te constantia quam habes infra in principio sequentis partis commitabitur . idest quod per consuetudinem eris constans metaphora est . Et vide quod dicit diligas et sequaris unde nobis tantum non sufficit diligere virtuosos Sed etiam esse nos convenit . et virtutum consequi dignitatem . quo nil decentius in homine reperitur . Sequitur aliud documentum.

de temperantia

redit ad licteram

(1) *B* accrescha (2) *B* elglie

Digitized by Google

in te la vita
etien pulita
la conscienҫa (1) tua di cio che fello

vitam . ℂ *Et ab immunditia qualibet, conscientiam*

Verumtamen nosti etc . istud secundum documentum dicit in prima gobula intentionem suam postmodum allicit cum oblatione utilitatum et honorum quosdam male amantes et indigne intelligentes vituperans et amoris laudibus insistens et quod hic circa laudes facit hoc documentum idem in glosa prohemij supra facit comentum (2) . te igitur ad licteram dirige . et continua hoc documentum ad verbum amabitur (3) quod est supra . *qui te doceat* vide exemplum quod etiam amor docet ut suam scientiam non amictat . quod facit ad similem licteram que est in documento xx precedenti . cato dicit disce sed adoctis indoctos ipse doceto . discere ne cesses cura sapientia crescit rara datur longa prudentia temporis usu . sed est lictera ista vera quod amor doceat ut suam conservet scientiam dic quod non . nam summendo amorem ut dictum est in prohemio supra scilicet pro divino ipse amor omnia novit tam preterita quam presentia et futura . quorum aliquo ex causa aliqua carere non potest . Sed tale potest pueris porrigi exemplum . *cum mundus* (4) *etc* bene dicit ista lictera cum sequenti nam divini amoris gratia non nisi in munda vasa descenderet quod sepius dictum est . *ut hic posui* scilicet in parte presenti industrie quia lictera hic precedens loquitur de parte prima docilitatis . *est ille* modo incipit respondere facte questioni qui videlicet ille sit dominus, et dicit quod est ille qui in aurum plumbum vertit . idest qui hominem vilissimum facit probum et alchimiam obmictamus . Sed ate quero quis est ille . ℂ loqueretur forte de Iesu filio dei vivi cum dicat bernardus si scribas non sapit michi nisi legero dominum yesum si disputes aut conferas non sapit michi nisi sonuerit dominus yesus Et idem bonus yesus amicus dulcis consiliarius prudens adiutor fortis Et Riccardus de sancto victore Jesus nomen dulce nomen dilectabile nomen confortans peccatorem et bone spei . Et dicitur secundum ysidorum ethymolog[iarum] libro .vij. yesus

c. 35 b. de amoris altitudine

de yesu

(1) coscientia (2) comentum *è scritto su rasura.* (3) *Il ms.* amababitur (4) *Il ms.* mudus *senza segno d' abbreviazione.*

Digitized by Google

Non creda alchun atal sir esser dato
se tutti non mantene
li documenti bene
ma puossi dire
sença fallire
chegle (1) piu tosto vile e forsennato

tuam servat immunem . ℂ *Nec credat aliquis si documenta omnia, non servaverit integre, tanto domino posse dari .* ℂ *Sed vilis et demens absque*

ebraice grece Seter latine salvator et huic soli ut legitur in catholicon appropriatur illud vocabulum verbigena idest genitus de verbis de hoc in libro qui dicitur doctrinalis . eo quod nemo alius verbis genitus est . Redeuntes ad licteram dic quod bonus esset intellectus Nam pater filius et spiritus sanctus unum sunt . et cum de amore divino loquimur de hiis qui unum sunt loquimur . sed prosequamur materiam cepto modo . dicentes loquitur lictera de amore divino et sufficit ut referatur ad omnes . Sed nunquid de licito mundano amore posset intelligi dic quod sic cum multum amor talis conferat ad intrandum in virtutum collegium . de hoc supra satis in glosis prohemij habuisti . et sic loquitur presentis documenti lictera tota . Sed quoniam si de divino amore loquatur lictera satis de ipsius potentia dictum est supra in glosis predictis prohemij quasi per totum igitur ponamus quod ipse divinus amor velit hoc documentum hic esse positum pro licito mundano adaptemus licteram ad illum . Sed antea videamus nunquid posset hec lictera loqui de amore illicito qui supra in glosis prohemij furor et rabies appellatur . et de quo sic loquitur alanus de plantu nature dicens cum de cupidine tractat pax hodio fraudique fides spes vincta furori est amor et mixtus cum ratione furor naufragium dulce pondus leve grata cariddis incolumis langor insatiata lues exuriens (2) satians sitis ebria falsa voluptas tristities leta gaudia plena malis dulce malum . mala dulcedo sibi dulcor amarus cuius, odor sapidus insipidusque sapor tempestas grata vox lucida lux tenebrosa mors vivens moriens vita . suave malum peccatum venie venialis culpa iocosa pena . pium fascinus immo suave scelus

redit ad licteram

(1) *B* chelglie (2) *Segue* langor *cancellato.*

Digitized by Google

Abuona siam condotti se verranno
cosa damor chedendo
chonesta (1) va fuggendo
huomini alquanti
epoi chamanti
epeggio innamorati si diranno

dubio citius dici potest . ℭ *Ad bonum conducimur, si quidam venerint homines, remque quam honestas fugerit, postulabunt . et postea se amantes, ac quod*

instabilis ludus stabilis delusio robur infirmum firmum mobile firma movens insipiens ratio demens prudentia tristis prosperitas risus flebilis egra quies mulcebris infernus paradisus amenus carcer hyens etc . et idem Regula cuncta ferit fulminis ira sui in quem non poterit probitas prudentia forme gloria fluxus opus nobilitas apex . furtum doli metus ira furor fraus impetus error tristities hec hospita regna tenent . hic ratio rationis egere modoque carere est in amore modus non habuisse modum . dulcia preponit adsummit amara venenis etc . Respondeas quod non . Sed dicas quod de licito mundano bene possumus intelligere documentum . quare ad licteram veniamus de amore licito prosequendo mundano . *tota etc servies .* iuxta illud sepius allegatum ex toto corde etc . et hec lictera magis habet se ad divinum sed quia inter quos licet, et quomodo licet amor et concordia et inter fratres unitas deo placent bene potest hec lictera ad hoc trahi . Et licet amor iste gravis aliquibus videatur · dicit socrates Amor gravis non esset si homo levis non esset . *servire solummodo et placere .* iuxta illud . per lui prodeça et affecto donore per lui vedian tuttore chasol piacer et pur forz..... sattende . dixit Giraut de brunel provincialis in lingua sua . totius eius quod liberalitatis obsequiositatis et virtuositatis gessi amor est causa . concordavit cum eo dominus Guido guiniçelli de Bononia et petrus Raymundi provincialis Guillelmus autem Aemaris provincialis dixit causam mottum inferens ad quendam iuvenem qui querebat quomodo posset fieri probus vis probus esse ama et perfecte ama quia ut illi placeas quam amabis omnibus servies et placebis . sperans ex fama tua ipsius aures repleri . *et diligere illas*

(1) *B* conesta

Digitized by Google

Chi vuol difender cio ponga chamore
sia (1) disamar in quello
che suo voler avello
di donna chere
piu che vedere
dilei lonor e sua fama servare

peius est in amo, appellabunt se ratos . ℭ *Qui hoc defendere nititur, ponat amorem, in eo qui a domina, desiderium suum cupit, aliter quam illius intueri honorem, suamque conservare famam, ho-*

dominas . loquitur de suprascriptis virtutibus sed omnia veniunt su..... placere ac servire . ad hoc nichilominus facit quod inquid Naçemar de roccafitta Amor tante gratiositatis est dominus quod servos suos humiles facit . probos ad pugnam pios ad m..... largos ad munera, curiales ad tollerantiam . patientes cum minoribus . vindicantes cum maioribus .
c. 35 c. cautos ‖ contra vitia in virtutibus strenuos . et ut crescant meditativos . et hoc facit etiam ad principium gobule sequentis . Et illud ℭ Eglie si alta la potença sua chi non trovo vertu chel dar non possa et gratia che non aggia adivisare . et illud ℭ Si grand el fructo evaloroso il bene che riceve damor chil vuol seguire congnaltra gratia et evalimento passa . cum similibus . *mentem . etc faciet vigilare* quod est modicum nam vigilanti circa statum suum succedunt omnia bona de hoc vide infra in principio partis .vij^a^. cui prudentia adaptatur . *estque ille qui renovat etc .* dicit Nuc brunenct provincialis in lingua sua quam non muto adpresens amors qi es uns esperis cortes qi nos laissa veder mais per semblanz que doill en oill saill et fai son dolz lanz et doill encor et de coraz en pes . et magis infra dicit camor no venz menacha ni bobanz mas gens servirs et precs et bona fes . Et Naumerich de pegulian provincialis in lingua sua dicit . amor tenuit in senetute me Iuvenem . et iuventus quam michi contulit fecit in iuventute me senem . pueri etiam qui moventur instinctum solo nature hoc sepe loquuntur quod lictera testus facit . *conscientia etc .* seneca dicit virtutis est fructus sapiens in conscientia stultus autem ponit in gloria . per gloriam ad prelationes arbitrantur se ad-

(1) *B* sian *con l'* n *espunta.*

Digitized by Google

Non e amor amar per satisfarsi
cola dove si prova
chalamato disiova
ne vo dir chama
quel che brama
servir lamico sol per migliorarsi (1)

c. 35 b.

dium potius nuncupandum . ‖ ℂ Ad propriam consolationem diligere, non est amor, ubi ex hoc amatus probatur offendi . ℂ Nec insuper amat ille, qui amico servire desiderat, solum ad proprium

c. 35 b.

scensuros . vera autem magnanimitas principem se esse mavult quam videri qui autem errore imperite multitudinis pendet in magnis viris non est habendus . de ista conscientia et circa eam et eius figuram habes infra in parte .x. documento .iij. circa principium . Sed nichilominus audi me de hoc vidisse mirabile . Quidam iuvenis quanquam amore divino vel pene formidine non abstineret principaliter a peccato licet illum in peccatorum vitiosorum voluptates et vilitates inordidinatus traheret appetitus appetitum ipsum ob amore cuiusdam domine mirabiliter refrenabat . ℂ Quidam etiam ob hoc ab aliis non permissis mulieribus abstinebat Alij eloquentie studio intendebant Alij armorum viri bellici facti alios superabant Alii ad diversas scientias anelabant Et quod plus est pauce sunt gratie ad quas aliquos ob hoc tendere non recolem aliquando me vidisse . Vidi etiam ob hoc multos pernitiosa vitia dimisisse . dicit nanque monacus de Montalto provinciali magis te sequor amorem ut sis michi frenum ad vitia et semita delectabilis ad virtutes quam ut tui principio vi fuerim tractus ad gloriam hoc quidem eius dictum reperii cum suis aliis multis pulcris circa principium illius libri provincialis cuius est rubrica talis Flores dictorum nobilium provincialium Accedit ad predicta dictum Ganselmi provincialis dicentis cor meum et ego meeque bone cantiones et quicquid boni et pulcri novi dicere seu facere, a vobis domina mea, teneo et cognosco A chui non aus discobrir ne mostrar lamors qeos ai don languis et sospir e pes lamor non aus mostrar ne dir etc . Sed carissime non omnis ex istis verbis summat exemplum pauci enim reperiuntur

(1) *B* milglorarsi

Digitized by Google

Io dico ben che merito damore
tutto giorno si prende
ma non fa ben chintende
per quello avere
dar suo volere
per servo star acosi gran signore (1)

bonum suum . ℂ *Veruntamen certum dico, quod tota die suscipitur meritum ab amore .* ℂ *Sed non movetur ad tradendum proprium laudabiliter velle quisquam, ut illud meritum habet, pro servo*

qui sic ament ut videlicet non carnalem carnem ament . Sed si posses te adeo feliciter disponere ut dicitur supra in glosa prohemij libri huius ubi de licito mundano tractatur amore, posses amare . quia ille amor proximus est divino . et ex tali proximitate gratiosus et ex tali gratiositate fructuosus . *Nec credat etc* lictere istius .ℨ. et sequentis Respondent tacite questioni que posset fieri et clara est . sequitur *ad bonum conducuntur etc* . vide quod amor de quibus iste .ℨ. loquitur tractat humano more quasi deridendo ut intelligere det tibi non sunt amantes nec in amo idest in re que capiat rati idest firmi et quod ista talis conformatio latini ad vulgare et ethymologia ex vulgari non procederet super alio vulgari quam nostro dicit enim apud nos se aliquis innamoratum quod potest ita resolvi . idest in amo firmum ut dictum est supra ideo dicitur in illa cantilena que incipit piange nel cor la dolorosa mente etc . poria gia dir chi non (2) e rato in amo chi ta condocto a bataglia si fera tu solamente e tu revoca il danno etc . Isti quidem de quibus .ℨ. loquitur fingunt se amare et hodiunt et amant propter se non propter amatam . quod dominus Guido Guiniçelli et frater Guittone de Aretio et Arnaut de maroill provincialis si eorum dicta recenseas multum vituperant et accedit ℂ Io non veggio qual possa inamorare di donna e poi desiderar di lei fuor cogni honor di lei se perfecto ama e nettamente imprende . et facit clare lictera sequens sed antea vide supra ibi quam honestas fugerit bene nosti quod honestatis est fugere vitiorum vilitatem ut perfidam inimicam . *Qui hoc defendere etc* . lictera totius istius .ℨ. nil dicit aliud quam precedentia quasi

(1) *B* singnore (2) *Segue* or *cancellato.*

Digitized by Google

Esanamente intendi detto altrove
chamor non puo durare
sença fructo pigliare (1)
questo incontra
per che contra
buona ragion ad amar hom simove

domino grandi tantum . ℂ Et sane intelligas alibi recitatum quod amor nullus durat sine fructus adventu ℂ Hoc quidem contingit, quia contra laudabilem rationem, ducitur aliquis ad amandum

dicta exponit tamen quales tales homines sunt habendi . modo sequitur lictera quam dixi tibi facere ad premissa . *Ad propriam etc* . per totum .ℨ. et bona est lictera sed super hac vide testum et glosam regule .v^e^. infra in eadem parte documento v de regulis et remissiones ibidem . et eodem modo et ad simile tolle sequentem .ℨ. *nec insuper amat etc* . Sequitur .ℨ. *veruntamen* ubi aliquantulum latius insistemus . debet enim esse aurea lictera eius et dicit in summa quod licet amantes continuo fructum suscipiant ab amore non tamen amandum est principaliter propter fructum Nec || debet c. 35 d.
ista causa esse motiva quamvis vitium tamen esset eos aquibus fructum recipimus propter fructum etiam non amare . de quo quanquam supra circa principium aliqua dicta sint quedam hic alia nichilominus subiungamus . Inquid Monachus de Montalto predictus . Quis probabit illicitam dominam ut verum amicum amare, Si amicum amo propter me solum, non amo . si propter eum, amo . si propter me et illum, amo . si propter me et contra illum, hodio illum gero . Amabo inquid dominam meam propter me ut avitiis quasi quadam delectatione sibi placendi abstineam et virtutibus inheream . vitamque meam iocundam conducam . Propter eam etiam ut honorem et exaltem nomen et famam suam ipsiusque honestatem ut honorem amici mei custodiam . Et si qui forsan ex humana fragilitate appetitus in me inordinatus insurgat, illum eius amoris virtute confringam . ut maior in me virtus sit appetere et conterere, quam nec appetere nec refrenare . Ad hoc facit quod domina lysa respondens semel ad dominum Philippum anglicum, inquid . petebat enim ille cur amatis

(1) *B* pilglare

Digitized by Google

Non mica (1) per chesi avenir deggia
etuttor molti avemo
fructi che non vedemo (2)
over donori
odi vertuti fiori
cosi dirai che quel parlar ben seggia

non quia contingere sic deberet . ℂ *Et continuo fructus, quos non videmus multos suspicimus . honorum videlicet seu florum virtutum . Sic* (3) *itaque dices, sermonem illum utiliter residere .*

tot milites cur tot Iuvenibus serta datis et hoc dicebat cum illa omnibus placere velle gentibus nobilibus videretur . Illa quidem Respondit et inquit . Sic amo singulos ut unicum solum possem amare . Et sic amo unicum ut me magis amem . Qui replicavit . Ad quid ergo inquid ego tot lanceas in pectore meo tuli . quid quoque de gratia vestra spero, At illa dixit si amas speres amari . si non amares puniri te ille iterum dixit amo . Et illa Respondit premium ergo tuum consecutus es cum honeste senseris (4) me amare . Sic enim amo te ut ate contrario sum amanda . Comitissa de Dia inquid quod facit ad predicta omnis domina quanto magis honesta potest amare si amat . credo quod intellexerit iuxta distintiones predictas Aliter non procederet dictum suum . *Et sane intelligere etc .* Ista gobula et sequens vel iste .ℨ. et sequens nil aliud si attendantur quam in istis glossis dictum sit dicunt . et exponit qualiter debet intelligi lictera illa nullus amor durat nisi fructus servet amorem . Et Respondet licteram quod hoc et si contingat in multis hominibus non tamen contingit quia sic contingere debeat Sed quia indebite movetur aliquis ad amandum . Postea etiam alio modo nititur curialiter dictum illud salvare in sequenti .ℨ. dicens quod continuo de amore fructus quos non videmus recipimus ut honorum seu florum virtutum atque similia . et hoc non videre est quia sepe non sumus de eo quod recipimus grati . Aliquando propter ruditatem et ignorantiam nostram et ex aliis multis causis . et facit ad hoc supra quod in glosis prohemij et documenti .iiij. prime partis de utilitatibus curialitatis dicta

(1) *B* micha (2) vedemo *in B è ritoccato.* (3) *Segue* u *espunta.* (4) *Segue* te *cancellato.*

Digitized by Google

DOCUMENTUM .IIJ. SUB INDUSTRIA.

Dissi disovra chel far di vertute (1) pertiene (2) aquesta parte si chesta donna parte

.IIJ.

Dixi superius quod virtutis, pertinet operatio ad hanc partem . ℭ *Quam obrem hec domina dividit, quicquid in salutem nostram, mo-*

sunt et infra in testu .v°. partis patientie .iij°. documento . Sequitur dicere de alio documento.

Dixi superius etc . Istud documentum .iij. ut breviter loquamur tractat de honestate magis eo modo quo eam vulgus summit quam morali modo alio vel subtili ut quasi speciem unam, de ista virtute faciat que posset ad omnia coaptari . et utilis est lictera populo . pulcer quoque huius documenti stilus ad omnes . Videte licteram . Et lictera duorum priorum .ℨ. sunt prohemium ad sequentia documenti . et dic huius domina scilicet industria que nobis reserat partem istam ab amore prolatam . *Evenit etc .* modo incipit testus ad intentionem documenti presentis . et dicit quod in virtute sunt gradus etc. Super hec vide de penitentia distinctione .ij . ℨ. hec que de caritate etc . ibi enim exordia caritatis enutriuntur ut crescant . et conculcantur ut deficiant nemo enim repente fit summus sed in bona conconversatione que sine caritate nulla est aminimis quisque inquohat ut ad magna perveniat sunt itaque gradus non solum inter virtutem et virtutem sed etiam in eadem virtute . Et lictera istius .ℨ. cum duobus sequentibus concordat cum lictera que glosatur supra eadem parte documento primo in lictera illa eius utaris laudibus etc *incipias* bonum est consilium nam tanto est recreatio benefacientibus cum bene fecerint ob immenssa commoda || que proinde secuntur, quod c. 36 a. id quod aprincipio sepe arripiunt violenter violentia proculpulsa et cupiditate interempta delectatione quadam moventur ad bonum ut Massenius inquid . *Est etc . honestas* de

de magnificentia honestatis

(1) *B* divirtute (2) *B* pertiene *con la seconda* e *aggiunta sopra.*

Digitized by Google

in certa guisa
cio che divisa
damonimenti di nostra salute

c. 36 a. *nitionum reserat, certo modo . ‖ ℂ Evenit assidue nos videre, in una gradus esse virtute . ℂ Sic apparet et nobis, etiam inter duas . ℂ Vis nempe*

de verecundia

hac honestate superius habuisti . parte secunda . documento .vj. et in glosis prohemij . *si secum etc* . totum hoc refertur ad id quod supra dicitur in .ℵ. evenit . *verecundia* . super ista est latius insistendum maxime cum aliqui rudes abstinentes a malo propter verecundiam delinquentes accusent . Et primo dic sine dubio quod in illo qui desiderat honestatem propter honestum magis est virtutis quam ob vererecundia honestum existere . Sed quia verecundia est vereri ad turpia et hoc maxime est virtutis dic verecundiam commendandam . Quidam enim amore divino abstinent amalo vel malorum vilitate hij magis laudandi . quidam timore pene etternalis vel temporalis hij minus . Quidam vero sola verecundia hij mediocriter . Quidam alij verecundia sui erroris iam commissi erubescunt . hij honorandi . Sed omni casu verecundiam nemo in talibus dubitat utilem In libro de similitudinibus capitulo .clxxv°. dicit Anselmus In iuvene tria notantur quibus ad probitatem venturus est . taciturnitas continentia corporis et verecundia . et capitulo sequenti . taciturnitas videlicet ut prius taceat posterius dicat continentia corporis ut non leviter oculos huc et illuc reducat manus pedesve moveat sed omnia corporis membra decenter contineat . et capitulo postea sequenti Verecundia ut erubescat coram omnibus cum quid vetitum agit totus rubore suffusus hostendat quod erubescat . Ad hec inquid tria Iuvenis quisque nitatur . quoniam unoquoque eorum probehitur . Et Ambrosius in libro de officiis Sicut insenibus gravitas et in Iuvenibus alacritas ita et in adoloscentibus verecundia velud quadam dote commendatur . Et Aristotiles inquid verecundiam virtutum matrem esse . pudor enim ut inquid futuras virtutes hostendit Et cum quedam mulier satis spetiosa occursu eius ex casu semel erubuisset ait ad eam . nunquam te spetiosiorem vidi . intellige Iuvenis verbum quia verecundam illam esse cognovit . Et socrates si verecundiam desideras iniuste defensionis confidentiam vita . Et dici solet quod verecundia est feda

Digitized by Google

Avien tuttora che gradi vediamo — — c. 36 a.
in una vertu stare
cosi tra due ciappare (1) .
vuotu el maggiore
conincia (2) in core
cessera força e bramerai quel ramo

maiorem, in corde tuo incipias . ℭ *Cessabit violentia et desiderabis hunc ramum .* ℭ *Est quedam*

et superflua verba reprimere Super hoc etiam vide regula (3) infra .v°. documento eadem parte ubi habes optimum testum et ibi remissiones ad alias partes libri . *nobilitate etc* idest virtutis amore de quo satis dictum est supra et dicitur infra eodem documento .℣. et posito . *Nam virtutem etc* . propter licteram istius .℣. et duorum sequentium vide supra documento primo super lictera laudibus eadem parte in glosa . *fragilitatem etc* . nam omnis creatura sub vitio nemo sine crimine est de penitentia . distinctione secunda omnis . quod intellige secundum quod ibi dicitur et accipe, quod augustinus ait in libro de natura et gratia . circa medium inquid enim excepta sancta marie virgine de qua propter honorem domini nullam prorsus cum de peccatis agitur haberi volo questionem , Inde enim scimus quod ei plus gratie collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum quod concipere et parere meruit eum quem constat nullum habuisse peccatum . hac ergo virgine excepta si omnes sancti et sancte congregari possent et quereretur ab eis an peccatum habuerant, quid fuisse responsuros putamus Una voce clamassent si dixerimus quia peccatum non habemus nos metipsos seducimus et veritas in nobis non est (4) . Et illud nemo sine crimine vivit . cum similibus . *Et posito etc* . (5) lictera istius .℣. cum sequenti satis est glosata superius . *comprehendat honestas* Vide locum ad quem supra remicteris super illo verbo honestas . *quod non est virtus etc* . qui habet unam virtutem in actu habet omnes et qui caret una caret omnibus .xxiiij. questione prima ubi sana . et extra de regulis iuris in capitulo defleat peccator quia offendens in uno factus est omnium reus . et de virtute in genere

(1) *B* clapare (2) *B* comincia (3) *Lacuna nel testo.* (4) *Il ms.* Io. ap., *cioè* Iohannes apostolus *(?), non chiaro nell' interlineo.* (5) Et posito etc. *nel ms. non è sottolineato.*

Digitized by Google

El ce una donna cha nome honestate
salquanto userai seco
tosto averai con teco
dilei dilecto
del laltre effecto (1)
tagli per vergogna etagli per nobiltate

preterea domina, que nuncupatur honestas ¶ *Si secum aliquantulum converseris, delectationem tecum, habere cito poteris, per eandem . aliarum similiter et effectum .* ¶ *Quarundam scilicet ve-*

de honestate vulgari

plene habes superius parte . prima, documento .v°. in magna glosa . *velut anobis sumitur in vulgari* . Super ista lictera licet testus sequens documenti huius nulla bona loquatur, est aliquantulum latius insistendum . Et funda per dictum tullium glosam istam . inquit enim in prima rethorica honestus dicitur aliquis eo quod nichil habeat turpitudinis . ‖ Et ita opporteret nos stricte summere honestatem . Sed quia homines sumus et magna ut predicitur fragilitas nostra est igitur honestatem summamus ut possumus nos infrascripto testui confermantes . Et dic quod .xxv. presertim requiruntur in homine ut dicatur honestus de quibus per ordinem est videndum . ¶ Primo quod temporibus et modo debitis in ecclesia converseris de quibus habes supra plenissime parte prima documento .viiij. per totum et in locis ad que inde remicteris . ¶ Secundo ut loquela tua nec currens sit nec tarda nimium inter gentes ¶ Tertio ut a clamoribus rumoribus et contentionis verbis abstineas quibuscunque ¶ Quarto ut tuos volvas et dirigas oculos ordinate ¶ Quinto ut spectacula theatra (2) et similia vites ¶ Sexto ut in itinere te componas ad medium ¶ Septimo ut honorem actus et mores commendare nitaris ¶ .viij°. ut malorum vitam et scellera nisi sint occulta vituperes . et in genere prorsus dannes . ¶ .viiij. ut malos fugiens cum melioribus quos inveneris ubi et quando conveniat converseris . ¶ .x°. ut munditiam tam in gestibus vestibus adhibeas quam in verbis ¶ .xj°. ut secundum statum tuum sis virgo continens aut castus ¶ duodecimo, ut sis pius . tertiodecimo ut sis

c. 36 b.

(1) *B* effetto (2) *Il ms.* thetrata

Digitized by Google

Chel non e mica di vertu lo meno
darsi regul alchuna
che persona ciascuna
fragilitate
dumanitate
porta si che me corre ogni hom col freno

recundia ¶ *nobilitate equidem reliquarum . ¶ Nam virtutis iam non dinoscitur esse quod minus regulam ponere quandam sibi* ¶ *Quo-*

iustus . ¶ .xiiij°. ut sis largus rerum tuarum, membrorum autem avarus ¶ .xv°. ut sis sobrius et paucis ad victum apparatibus contentus . ¶ .xvj°. ut sis planus et mansuetus ¶ .xvij°. ut sis patiens ¶ .xviij°. ut ad egenos et passos sis pro posse tuo et saltem corde misericors . ¶ .xviiij°. ut utaris vestibus apparentia forte non nimia notandis ¶ .xx°. ut os tuum risus faciat moderatos ¶ .xxj°. (1) ut etiam cum bonis et bona intentione non minima cum mulieribus vitam ducas ¶ .xx°. secundo ut maiores et seniores te, ac eminentiores tam meritis quam etate seu etiam dignitate preferas et honores ¶ .xxiij°. ut minores tuos pares hostendas ¶ .xxiiij°. ut discordantes concordes . ¶ .xxv°. et ultimo ut concordantes in unitate conserves ¶ Et hec ad presens tibi circa hoc dicta sufficiant . cum hiis que per librum alibi reconduntur et infra in testu . ¶ Parentes vero amare indulgere proli et similia est supervacuum et in omne id ad quod imus nos impelli ut inquid seneca quemammodum nemo in amore sui coartandus est . Nec dicas tu iuvenis ista sunt durissima que tu ponis et quis poterat esse talis . Respondeo hec audisti et multa alia possent dici . Tu vero hec omnia vel ex hiis aliqua secundum quod te ordinare ac compescere poteris observabis quorum quanto plura impleveris eo magis huius nominis scilicet honesti gloriam assequeris . bonum est ammodo ut ad sequentem licteram veniamus . Sed ante omnia quoddam exemplum quod facit ad licteram audiamus . quod hoc loro ista domina industria recitavit . hiis verbis sequentibus . ¶ Tempore artaxerxes Regis regni sui anno ultimo idest quadragesimo in etate exemplum

(1) *Segue* et ultimo *cancellato.*

Digitized by Google

Eponiam chonesta nel disiante
sia piu che per vergogna (1)
neente men vergogna (2)
forte spande
honesta grande
e spessamente e donesta creante

niam persona quelibet, humanitatis ferre fragilitatem probatur . ¶ Ita quod cum freno, meliur quisquc, currit ¶ Et posito quod honestas, ab affectante sit dignior, quam si ex pudore prove-

.v^a^. Aristotiles qui eius tempore fuit . requisitus fuit atribus nuntiis solempnibus dicti Regis de tribus ¶ quomodo posset quis ad gentes gratiosus esse quod fuit primum ¶ Secundum quomodo posset quis probos subtitos habere ¶ Tertium fuit et ultimum quomodo posset quis iocunde vivere ¶ Respondit Aristotiles ad istorum quodlibet uno verbo ¶ sit honestus . ¶ Redeuntibus istis nuntiis ad Regem et referentibus istud indignatus est Rex et increpavit eos cur ei iudicio tam obscurum reportassent responsum . et ait ¶ Si sue responsionis tempore claritatem vestra insania postulasset habuissetis eandem nulla verecundia reportata ¶ fuissetis etiam ab eo de bona diligentia commendati ¶ Nunc autem facta relatione regie magestati et si nos deceret ut hominem non tamen decet ut Regem, per remissionem ad eum huius sui dicti hostendere intentionem ingnorare ¶ Post hec Rex convocato consilio in hoc facto procedere sic elegit ¶ Claruerant huius tempore .x^a^. Sibilla tiburtina et hester . decreverunt mictere ad utrunque non tanquam ingnorantes si super optimo dicto conferentes et missi sunt alij tres nuntij qui ad sibillam primitus accesserunt et facto primordio quomodo mictebantur a Rege dixit senior pro utrisque ¶ Misit Rex noster, ad Aristotilem summum virum . ut de tribus haberet responsum et habuit . hicque totum narravit quod per illos primos una cum Aristotile factum erat ¶ Rex autem audito responso illud verbis generalibus in publico plurimum commendavit . et dixit unusquisque consultorum meorum cogitet ut clare aperiat dictum istud quod tamen est clarum ut videamus si cum intentione nostra concordat . tamen ante

(1) *B* vergongna (2) *B* vergongnia

Digitized by Google

Etutto chonesta tanto comprende
che gia vertu non ene
se di quella non tene
porai udire
donesta dire
come danoi volgarmente si prende

niat , ℂ Pudor nichilominus potenter expandit, magnificam honestatem , ℂ Et licet tantum comprehendat honestas, quod non est virtus aliqua, si de illa non teneat, audire poteris, de honestate sermo-

quam aliquis de hoc dicat partecipabimus gloriosum hoc responsum cum prudentissima sibilla et ester ut etiam ex ipsarum dictis alia plura bona recondamus . ℂ Sicque ob hoc ad vestram sapientiam nos direxit ℂ petimus inquid quid reportare valeamus vos dicere ℂ Voluit omnia hec primo scripta sibilla et deliberaturam se dixit quod est notabile ℂ post triduum autem vocatis nuntiis sic Respondit ℂ Regem de sua curialitate in participatione commendamus ℂ vos de ordinata eloquentia collaudamus ℂ Responsum ad petita porrigimus in hunc modum ℂ gratiosum gentibus Reddit honestas bonis ministrans dulcedinem malis formidinem et ruborem . Unde quidam ut boni honestum diligunt ob honestum . Mali autem et si forte illi invideant non audentes contra rationabile suam malitiam aperire laudant hunc virum . licet talium sit laus penitus contempnenda . ℂ Probos subditos habebit honestus . Nam bonum sidus bonum in inferioribus infert causationem sic presidens si bona fecerit in subiectos . bona quidem aget qui honestus erit qui autem non bona fecerit non honestus honestus nanque ingnarus vitiorum et omnis moralitatis immitator . ℂ honestum ut respondeamus ad ultimum (1) iocunde vivere omnis qui bene vivit non dubitat Male autem vivens propter laxitatem sui cum delectabitur in peccato viventem ex ordine catenatum extimabit in corde . quomodo ceterum sit illaritas in honesto audite sentit se purum non timet infamiam sentit se laudari saltem abonis non titubat inimicum . Sentit se propter || munditiam c 36 c.
suam placere saltem bonis cadere non suspicatur . sentit se innocentem moriturum . sui sperat memoriam reservari . et

(1) ad ultimum *è aggiunto nell' interlineo.*

Digitized by Google

c. 36 b. Ecome questa donna e grande e bella
cosi molto e cortese
che sempre ala palese
non solamente
riceve gente
ma chiama honora enon riman da ella

c. 36 b. *nem, velud a nobis summitur in vulgari .* ‖ ¶ *Et velud hec magna domina est, et pulcra, sic plurimum curialis .* ¶ *Quia non solum gentem recipit palam semper, sed vocat, honorat, et nec rema-*

postquam defecerit corpore se victurum . Inspiciens in se maculam non intuetur . exquirens cor suum quid maligni non invenit . novit se preesse victis ut victor . et inter alios refulgere . Quid ergo aliquis dubitabit si hec omnia iocunditatem fundant in homine contraria vero contrarium . Ite Referentes hec Regi ¶ Rogaverunt nuntij se scripta reportare ¶ dataque sunt illis ¶ Et absque dilatione ad aliam scilicet hester transtulerunt se similiter et per similia procedentes ac responsa silentes sibille petierunt ab ea responsum ¶ Ipsa vero per pauca transiens illos expedivit hoc modo ¶ Non expedit tanto Regi qui sapientia magna fulget suam oppinionem mea responsione adiuvare quia tamen curialiter egit Rex decet me inferiorem suam petitionem humiliter adimplere . ¶ Gratiosus inquid honestus est homo quia gratia super gratias ipse potitur . et hanc gratiam singule gratie commitantur ¶ Probos reddit subditos honestus quia omne animal simile sibi plantat Malo Regi mali subditi bono Regi boni . male nutrici mala soboles bone autem bona . Iocunde ultimo vivit honestus cum sit ipsa iocunditas . quid magis hominis mentem turbat quam in gestibus penitudo quid magis letificat quam victoria inimici et que maior victoria est quam ea per quam proprium impetum vicit homo . Ite Rogate regem . ut sedeat in hac dote ¶ Tulerunt etiam nuntij scripta ista et Redeuntes referentesque Regi magno recepti sunt honore ¶ Dixitque Rex suis sileant ammodo nostrorum ora consultorum in istis . et nostra etiam acquiescat oppinio dictis horum . iussitque omnia ista scribi . que postmodum sumpta sunt licet verbis longioribus ex Regestro . liber autem iste non patitur sic prolixa licet illa cum circumstantiis loco illo prolixa nequiverint indicari que magno ordine renitescunt .

Digitized by Google

Conincia (1) dunque adilectar collei
chel gran fructo elonore
cheti dara (2) di fore
non fia gia meno
chellaltro pieno
dilecto chaverai nel cor per lei

net iam ab ea . ℂ Cum illa igitur incipe delectari . ℂ Nam fructus magnus et honor quos tibi exterius condonabit, erunt gaudio, quod in corde

Sequitur alia lictera *Et velud etc .* domina scilicet honestas . si dicit lictera ista quam magna est et pulcra si predicta scripta recenseas non mireris . *curialis* inquid seneca nulli preclusa est virtus omnibus patet omnes invitat non querit domum non censum nudo homine contenta est . Et hoc quasi dicit gobula tota ista *delectari .* nam difficile applicabitur nisi in eius consortio delecteris natura et enim respuit ut contraria queque iungantur . ut inquid boetius et lex invito beneficium non datur . volenti vero nil difficile dicit seneca . et contra tullius nulla res tam (3) facilis quin difficilis fiat si invitus facias . ergo si tibi placet honestas arripe illam si non placet inferas violentiam in te ipsum et incipe delectari cum illa cito virtus vitium superabit . Aristotiles enim inquid nobilissimum triumphum, eos ducere qui cupiditates in victoriam vincunt de hoc vide infra in parte discretionis circa principium in testu et glosa . *Nam etc .* lictera istius .ℨ. per dicta superius est glosata . *Sicque etc .* et etiam ista . *quoniam etc .* ita et istius .ℨ. similiter lictera est glosata . *Advertas etc* .ℨ. iste prohemium est ad sequentia . *primo etc* (4) . modo incipit describere quedam que huius dominio honestatis (5) possunt facere te amicum . que licet possent dici recondita supra eodem documento in glosa illa que ponit que requiruntur in honesto nichilominus tamen dicas quod non est indecens super ista infrascriptis aliqua reserare . *vanitate* de hac habebis infra in parte glorie .viij°. ibi ubi de vana loquitur testus et glosa . *vilitate* . dicit Massenius quod vilitas est nomen adeo generale quod universaliter ad singula vitia trahi potest . *rusti-*

(1) *B* Comincia (2) *B* dera (3) *Segue* difficilis *cancellato.* (4) *Nel ms. non è sottolineato.* (5) *Il ms.* honestatatis *col secondo* ta *espunto.*

Digitized by Google

Et e si facta che se pur cominci
poi non ti saverrai
partir tanto averai
di gioia ebene
che tutto vene
fondamento et aumento e stato quinci

per illam recipies, non minores . ℭ *Sicque ista domina facta est, quod si solum inceperis, discedere nescies ab hac ipsa, tantum boni et commodi possidebis* ℭ *Quoniam fundamentum totum, augmen-*

cana cupidine . et vulgaris testus dicit *villano desio .* Unde ista cupido sepius in civitate quam rure forsitan reperitur sed quia in probis non sic reperiri debetur potest tali nomine
[de] l[uxuria] appellari . Ego tamen credo quod amor intellexerit hic de luxuria . noluit tamen dedignatus ad illam proprio nomine nominare . quamvis ad multa vitia verbum hoc similiter trahi possit . Et igitur de luxuria ut specialiter contempnatur hoc loco aliqua referamus . et dic quod luxuria est ex immundis desideriis lubrica et effrenata mentis prostitutio . et ista luxuria mentem cecat . unde gregorius in dialagorum libro .iiij. carnalis delectatio mentem quam inficit obscurat ut veri luminis claritatem non videat et Rabanus qui mundo voluptate excecati tenentur de futuris non cogitant et ob hoc nec presentia bene ordinant . quod bene in luxuria conviviorum suorum herodes demostravit . Et Ieronimus super osee vinum et ebrietas eum qui bibit mentis sue in potestate facit ita fornicatio et voluptas pervertit sensum animumque debilitat et de rationali homine brutum animal facit . Et bernardus luxuria pecuniam tollit . famam deterit corpori dat infirmitatem oculis cecitatem . ferit deo placet diabolo animum inficit et vitam etternam eripit . Et idem sequestrata saturitate non dominatur luxuria . Et idem periclitatur castitas in delictiis . humilitas in divitiis pietas in negotiis veritas in multiloquio caritas in hoc seculo nequam . Et Crisostomus super Matheum . per omnem actum carnalem homo animalibus similis invenitur maxime per actionem libidinis . credo quod circa hanc loquatur lictera in ecclesiasta .viiij. capitulo . quomodo capiuntur pisces amo et aves laqueo sic capiuntur homines in tempore malo . Ad hoc etiam augustinus inquid omne seminarium voluptatis

Digitized by Google

Mo vedi se tu vuo piacerle come
puoi te suo amico fare
primal tuo quor (1) nettare
di vanitate
edi viltate
villan disio ecio che laido anome

tum et status etiam, hic descendunt . ¶ *Advertas nunc sicut, si eidem placere desideras, illius potes constituere te amicum .* ¶ *Primo quidem cor tuum a vanitate, vilitate, rusticana cupidine, ac eo*

venenum puta et proverbiorum .xxiij. Ingreditur blande sed in novissimo mordebit ut coluber et sicut regulus venena diffundet . ob hanc Ieronimus gladium ingneum esse dixit sp[eciositate]m mulieris . Vide opposita que notantur infra in documento sequenti super verbo continentia *quod nomine vituperabili* licet hoc etiam dici posset de quolibet vitio tamen specialiter intelligit de magis vituperabilibus vitiis que ob sui orrorem amor iste dignatus non est aliquo || vocabulo appellare . c. 36 d. Hinc notat Iuvenis probus quod aliqua vitia vilissima et occulta licet non inveniantur expresso vocabulo in scripturis relata tamen nichilominus suos dampnant quoslibet sectatores . demens est enim ille qui tam horrenda et turpia scellerata et nephanda in sua conscientia peccata esse non novit . Sed diceret aliquis qui sunt illa Respondeo quod et ego nequaquam ero talium divulgator . Sicut enim non omnes omnibus theologie subtilitates predicande sunt Sic et non omnes omnibus vilitates aperiende . Scruptentur conscientias suas et ubi dubitant seu de peccato aliquo utrum sit peccatum vacillant in mente, ad peritum recursum habeant confessorem . ¶ Sunt enim quidam qui legendo solos de peccatis et vitiis querunt tractatus et cum aliquid non inveniunt expresse vetitum impune illud perpetrare confidunt . *gestus tui etc.* de isto ornatu exteriori habes multa .xlj^a^. distictione quasi per totum et ibi sub .ℨ. sicut ergo . dicitur ibi . incessu ergo debet esse sacerdos ornatus ut gravitate ytinneris mentis maturitatem hostendat . Incompositio enim corporis ut Augustinus ait qualitatem indicat mentis . ¶ et .xxxij^a^. questione .v^a^. in capitulo . de ex[teriori ornatu]

(1) *B* quuor

Digitized by Google

Poi sien cotai difuor li gesti tuoi
netto parlar ebello
rider savien chedello
far tel convegna (1)
in te ritegna (2)
moderamento voce quanto puoi

toto, quod nomine vituperabili appellatur emunda . ℂ *Postea sint ad extra, tales ut infra dicitur gestus tui .* ℂ *Pura et ornata locutio .* ℂ *Quod si forsitan te convenit in risum prorumpere, vocem*

nec solo . Impudicus oculus impudici cordis est nuntius et verba sunt augustini . et seneca malus autem ornatus exterior male composite mentis nuntius est . et ad hoc facit magna glosa supra circa huius principium documenti . et de hiis etiam notatum fuit supra . parte prima documento .xxj. et in testu et alibi . et multa similia habes infra in parte prudentie . *pura et ornata locutio* . de hoc bonus est testus supra parte prima . documento .xvij. .ℨ. aliud . sed quia ibi promisi me de quibusdam generibus blasphemie tractaturum et postea reperio in notis primo factis istarum glosarum illam materiam infra posuisse igitur quia quadam infra proximo documento longa secuntur vade illuc et vide parte .vª. documento ultimo in glosa *risum etc* . et de hoc etiam dictum est supra parte prima documento .xj . ℨ. hic etenim . *In membris etc* . hoc maxime honestatis est et loquitur preter id quod comunis cuiuslibet habet usus conforma te patrie Sed hoc consulo ut eum etiam in una eademque patria Alij strictius Alij largius hoc utantur restringe te ad illum quem magis noveris artum usum . Et nota quod ob istam honestatis partem dominus Iohannes de bransilva sepius allegatus nunquam intrabat in balneum termas aut similia . sed ut mundus esset in balneo camerali solus aliquando se lavabat . Legitur quod cum decessit, et uxor eius multis eum laudibus commendaret jnduxit quod nunquam illi viderat nisi collum manus faciem et raro pedes . *careat apparentiis etc* . de hoc vide .xxj. questione .iiijª. in multis locis et notabitur tibi supra parte prima documento undecimo .ℨ. excedere . *munda* ad idem facit *nec*

(1) *B* convengnia (2) *B* ritengnia

Digitized by Google

Le menbra (1) tue dimostrar serai caro
for tanto quanto ognuno
a per uso comuno
aggia tua (2) veste
non viste cheste
netta non corta ecoy (3) buon fa riparo

c. 37 a.

in quantum poteris, in te contineat moderamen . ||
℄ *In membris hostendendis tuis, redde te carum .* c. 37 a.
preter id quod comunis cuiuslibet habet usus . ℄ *Careat apparentiis vestis tua .* ℄ *Munda* ℄ *Nec*

curta . hoc specialiter decet honestum dum tamen statui suo et patrie se conformet cessans in quantum poterit decenter acurta . *conversare cum bonis .* Ambula cum bonis dicit cato . de hoc satis dictum est supra parte prima documento secundo .ℨ. malorum . vide ibi . *cantum etc* Vide quod cantum et instrumenta si rara sint non dampnat amor dum tamen cum gente digna etc ut in lictera . *Temperati etc .* lictera istius .ℨ. et duorum sequentium iam supra eodem documento glosata est . *et in temporibus utere in ecclesia etc .* de hoc habes supra parte prima documento speciale .viiij. et supra in ista glosa aliquid habuisti hoc eodem documento . *erga gravatos etc .* de hoc supra in glosis prohemij habuisti *Infirmos visitabis etc .* hoc specialiter de operibus est pietatis . Sed de hoc habes supra notatum in totius libri huius prohemij glosis . *omneque etc .* Superius de hoc aliquid habuisti et vide infra documento .v. eadem parte regula .xxvj^a^. et remissiones ibidem . *nec nimium ad consuetudinem etc .* Aristotiles inquid per viam publicam ne ambules idest . ne multorum sequaris errores Et Massenius clarius ad hoc dicit . cum novam aliquam insurgere videris in tua patria observantiam seu ritum expecta ne si forsitan retrocedant respicientes te cum illis pariter capiat penitudo . In balneum enim inquid novum idest cuius aqua de novo || apparuit quantumcunque infirma et c. 37 a. liberationis avida cauta mulier non intrabit . Quesivi aquodam magistro meo quare dixit potius mulier quam vir aut homo quod comprehendebat utrunque Respondit quia solent ad talia sepius currere mulieres quod est magis notabile .

(1) *Così B; A* mẽbra (2) *B* tue (3) *B* echoi

Digitized by Google

Amici non ti sieno in piaça giochi
canto e stormenti radi
non blasmo pur che vadi
con gente degna (1)
chui si convegna (2)
cosiderati ben li tempi ey luochi (3)

curta ℭ *Tu itaque conversare cum bonis .* ℭ *Amicos tibi ludos, ne feceris in platea .* ℭ *Cantum et instrumenta rara, non dampno, si cum gente digna, et cui conveniant, gradiaris . consideratis tem-*

..... platee

Nam per hoc visus est vilipendere multum memoratum . Resumme licteram quam tibi supra subtraxit oblivio *Amicos tibi ludos etc* . dicit Augustinus quod melius est in diebus festivis fodere vel arare quam correas ducere . Et ad hoc facit illud Ieronimi Gaudium mundanorum gaudium freneticorum ℭ De istis videtur haberi Apocalipsis. .xj. ubi dicitur Angelus tuba cecinit et vidi in visione equos . et qui sedebant super illos habebant loricas ingneas idest . (4) ingne concupiscentie inflammatas et iacintinas idest (4) vanitate superbie et sulphurias idest (4) luxuriam ferentes et capita eorum tanquam capita leonum . et de ore eorum procedebat ignis fumus (5) et sulphur . lex etiam Codice extimans medicos decere honestatem quod facit ad licteram prohibet parabolanos ad spectacula permanere prohibet etiam clericos (6) utrunque ius quia eos pariter decet esse honestos . Unde vide quod hec pars est non minima honestatis . Vertentes ammodo nos ad sequentia tractemus de sequenti alio documento quia tamen hodie laboravimus multum tempus est nos aliqua quiete vires summere . Notate igitur quod dimictimus hodie hoc loco glosam.

Docet valere multum etc Ubi eri dimisimus ibi hodie resummamus Et dic quod istud documentum .iiij. exemplificando subiungit quedam alia que faciunt ad intrandum . Et usque ad .ℨ. est quidem ponit prohemium ad sequentia . *reducte* bene loquitur ista lictera . Nam im-

(1) *B* dengna (2) *B* convengnia (3) *B* luoghi; *anche in A era stato scritto* luoghi *poi fu rasa la parte inferiore della* g. (4) idest *è aggiunto sopra.* (5) fumus *è aggiunto in margine.* (6) *Segue* ut *cancellato.*

Digitized by Google

Sien li tuoi passi per via temperati
cessa dal guardar vano
che da cio giudichiano (1)
mala disposta
di chi non obsta
et usa in chiesa ne tempi ordinati

poribus atque locis . ℂ Temperati sint tui, passus per viam ℂ Aspectum similiter cessa vanum . ℂ Nam ab hoc postmodum iudicamus, eius qui non obstiterit dispositionem non bonam . ℂ Et in temporibus utere in ecclesia ordinatis .

possibile esset nec utile ita loqui in aliqua partium huius libri quod ad alias in aliquibus similitudinem non haberet . Ad habendam tamen magis atque liberius claritatem amor divisit et ubi vidit expediens breviavit . et ubi reiterandum vel ponendum clarius non obmisit *silentium* . Interrogatus Agesillaus quemammodum placere quis hominibus posset Respondit si gesserit optima locutus autem fuerit pauca . hoc tamen dictum supra inveniens sicut ego inveni alij appropriatum sed non cures quia uterque potuit hoc dixisse et in diversis locis sub utriusque titulo inveni . Socrates etiam inquid evitare vulneris malum quam verbi velocius posse illud enim corporis est istud vero cordis et conscientie . et idem . querenti quomodo posset quis optime dicere Respondit nichil dixeris nisi quod bene sciveris . et de hoc vide notata supra parte prima documento (2) .ℨ. (2) . *et continentia carnis* Super ista lictera est latius insistendum et quia virginitas castitas et continentia veniunt simul sub hac lictera pone ut brevius transeas auctoritates de omnibus intermistis superfluis resecatis (3) et maxime obmissis multis que poteris invenire collecta et brevi[ter.] Iohannes gallensis de .iiij. virtutibus versus finem operis et in capitulo de laudibus virginitatis et in propinquis Et dicas quod tres ordines in ecclesia dei sunt virgines continentes et coniugati virgines amat plus christus quam alios quia sponte tribuunt quod eis non fuerat imperatum . continentes vero magis quam coniugatos quia non expedit homini ad regna celorum tendenti ac-

Item de silen[tio]

de continentia

(1) *B* giudichiamo (2) *Lacuna nel testo.* (3) *Il brano che segue fino a* Et dicas *nel ms. è aggiunto nel margine inferiore con un richiamo.*

Digitized by Google

Verso igravati compassion ti mova
visita amici infermi
lo tuo parlar confermi
ogni (1) buon detto
e facto (2) recto
ne troppo correr alusança (3) nova

℄ *Erga gravatos, compassione movearis .* ℄ *Infirmos visitabis amicos .* ℄ *omneque dictum laudabile, factumque rectum, tua prolatio confirmare nitatur .* ℄ *Nec nimium, ad consuetudinem novam, curras.*

cipere uxorem .xxx°.iij°. questione .v°. tunc salvabitur . Et ea sunt in nostris officiis gratiora que eum liceret non impendere causa tamen dilectionis impendimus .xxviij°. questione prima iam nunc . virginitas tangit intactos castitas coniugatos caste viventes . et non abutentes . continentia tangit quoslibet continere volentes . Unde dici potest quod continentia tangat omnes istos diversis respectibus virgines quia volunt abstinere . continentes quia licet non abstinuerint volunt tamen modo abstinere . Coniugatos quia volunt ab alio cohitu quam permisso et ab omni abusu similiter abstinere Ammodo de omnibus insimul videamus . dicit Augustinus in libro de virginitate Virginitas est in carne corruptibili perpetue incoruptionis medicatio . Et Ieronimus ad paulum et heustachium, bene Angelus ad virgi ||
c 37 b. nem mictitur quia semper est angelis cognata virginitas profecto in carne preter carnem vivere non terrena vita est sed celestis unde in carne angelicam gloriam acquirere maioris est meriti quam habere . Et beda super lucam . sic christus in summa pace natus est ut se pacem diligere hostenderet, ita de virgine natus est ut se virgineum decus diligere demostraret . Et Bernardus solent virgines que vere virgines sunt semper pavide et nunquam esse secure . ut caveant timenda et etiam tuta pertimescere . De castitate dic quod castum virum et innocentem timet diabolus sicut leo timere dicitur album gallum ut dicit Ambrosius in exameron . Et castitas sola ut que cum fiduccia possibile est deo animas presentare . in aut[enticis] . de lenon[ibus] .ℨ. scimus . coll[atione] .iij°. que suaderi potest imperari vero non po-

(1) *B* ongni (2) *B* efatto (3) *B* allusança

Digitized by Google

DOCUMENTUM .IIIJ. SUB INDUSTRIA

Insegna (1) il documento chor vedemo molto ancora valere sei cose per avere

.IIIJ.

Docet valere multum, hoc etiam quod videmus presentialiter documentum, res sex ad plu-

test .xxxij°. questione prima . integritas . Et castitas terram replet virginitas paradisum . De continentia dicit Massenius quod continentia non est minima virtus ut dum homo qui carnaliter vivere temptaverit cum adhuc sit de carne contra carnis stimulum contineret . Sed dicimus quod virginitas summum est pro virginibus donum . Nuptie utiles ad humanum genus augendum . continentes boni ut contemplative viventes et melius deo vacare valentes alios instruant verbo pariter et exemplo . Et tu qui volueris continere monita imple catonis luxuriam fugito simul et (2) vitare memento crimen avaritie nam sunt contraria fame . et quod sequitur facit magis ad propositum . cum te delineat veneris dampnosa voluptas indulgere gule noli que ventris amica est . Circa virgines ponit exemplum ambrosius de trinitate libro tertio dicens Iuvenem veteres fabule ferunt . cum propter admirandam ouis pulcritudinem in amorem incenderet, feminas dicunt marasse vultum suum stigmatibus nequa eum posset amare de hoc credo vallerium loqui libro .iiij. Circa continentes et castos habes multa . Et tolle quod grecorum historie dicunt bragmanas vivere .cl. annis propter munditie continentiam . Mulieres enim eorum seorsum manent interfluente gancico flumine . viri autem transeunt ad suas uxores mense Iulio et augusto et stant cum eis per .xl. dies statim postea remeantes et cum duos genuerint filios non amplius coheunt propter eorum magnam religiositatem . Academia ut inquid papias fuit villa frequenti terremotu concussa . Hanc phylosophi elegerunt scilicet plato et sui ut timore terremotuum se alibidine continerent . et ab aliis cessantes studio vacarent phylosophie . Et quere si vis exem-

(1) *B* Insengna (2) *Segue* fug *cancellato.*

Digitized by Google

vertuti molte
le quay colte
in stato grande et honor ci tenemo

rimas impetrandas virtutes . quibus ‖ habitis in

plum in dialago Gregorij de Galla puella in vitis patrum post medium (1) de Abbate paphuntio . Ieronimus ad furiam virginem . et multa similia que latiori libro recitationi sufficerent difficulter . Et dic quod omnia ista possent sub verbo munditie comprehendi . quia munditia est conservata integritas utriusque hominis intuitu divini amoris vel timoris . De hiis aliqua superius habuisti parte prima documento secundo . Et videas si placet multa in decretis . maxime .xxviij^a^. et .xxxj^a^. et .xxxij^a^. et .xxxiiij^a^. et .lxxxj^a^. et .lxxxij^a^. distintionibus . Et nota quod tollerabilius est ut dicit Ambrosius virginem mentem quam carnem habere . nec lumpanaria infamant castitatem sed castitas etiam loci abolet infamiam .xxxij^a^. questione .v^a^. tollerabilius et dicit Augustinus quid de carne sua fiat . sed tantum quod annuat mente vel renuat . eadem causa et questione Ita ne . De viduitate autem vide .xxvj^a^. distinctione per totam . et ad licteram redeamus . *pudor etc.* de hoc satis est supra proximo documento *Securitas etc.* de hoc habes infra in parte sequenti constantie in multis locis et habuisti supra parte prima documento .iiij . ℣. sicque . *lingue etc . frenum etc .* virtutem primam dicit cato puto compescere linguam proximus ille deo est qui scit ratione tacere . Et aristotiles inquid quod facit ad licteram Ingnem gladio ne foveas idest iratum et timidum verbis maledicis ne lattescas et faciunt ad hoc que supra eadem documento notata sunt de ta[cente] et habes infra eadem parte documento .v^a^. regulam specialem . vero .xxv^a^. et remissiones ibidem *Sex[tam] etc .*

[dubia] (2) Iste .℣. est prohemium ad sequentia . *Si tibi dubium inter non etc .* dixit Albertanus quod ubicunque [dubi]um est inter non et sic tutius est non quam sic . decretalis dicit quod in dubiis viam debemus eligere tutiorem extra de homicidio ad audientiam et de sponsalibus Iuvenis et de clerico ex [communi ammi]nistrante (3) illud . Et tene certum et dimicte incertum de penitentia distinctione .ij^a^.

(1) *Segue* de albte *cancellato.* (2) *Ricostruito secondo l'indice; qui completamente illeggibile.* (3) *Ricostruzione assai incerta.*

Digitized by Google

Vere che chi volesse attender bene
elle son gia reducte (1)
in questo libro tutte c. 37 b.

statu nos grandi et honore sequamur ¶ *Verum siquis diligenter adverterit, ipse iam sunt omnes in*

siquis . in fine . et de regulis iuris in ambiguis . Et in decretis duo mala licet [nece]ss[ari]e (2) omnino sint precavenda tamen si periculi necessitas unum ex hiis perpetrare compulerit id debemus e[lig]ere quod minori nexu noscitur obligare .xiij^a^. distitione in capitulo duo mala quod vide . et eadem distinctione capitulum nervi testiculorum que locuntur de perplexitate licet aliqui dicant perplexitatem non esse et hoc solvitur in duobus capitulis seguenti distintione ibidem . et tractatur de ea [scilicet de] perplexitate per Saxirum diffuse in principio questionum . *quod amarum* idest quod ex duobus dampnosum nam cum sic loquitur restat aliud esse dulce vel dic quod amarum idest [ma]gis periculosum cum duo mala imminent quorum alterum te sequi necessitas artet . *abstinendum* . modo loquitur et restringit inter facere et non facere concordans dicto Albert[ani] superius allegato et in hoc non vertitur tam grande periculum sicut inter duo mala quorum alterum perpetrari compelleris . Nam inter non et sic dubia planum est quod abstinere ab actu tutius est in rebus . *Quoddam etc* . iste .ℨ. prohemium est ad sequentia . vide illa . || *Duo sunt etc* . lictera istius c. 37 c.
.ℨ. et sequentis locuntur de perplexitate magis aperte de qua supra proxime dictum est et dicunt quasi idem quod dictum cupitulum duo mala . *Sed bene caveas* vide quod amor non vult quod taliter intelligas verba ista quod inde summeres licentiam ad peccandum et hoc dicit lictera istius .ℨ. et sequentis et vide allegata capitula .xiiij^a^. distintione in decretis et infra in loco supra promisso . *Innocentem etc* . Subdit exemplum ad negativam . Et bene dicit nam fortius punienda sunt crimina que insontibus inferuntur extra de calupniatoribus cum fortius . Et peccata suos debent tenere auctores . nec pena est ulterius protrahenda quam delictum fuerit in excedente repertum extra de hiis que fiunt a maiori parte capituli quesivit Codice de penis sancimus

(1) *B* redutte (2) *Oppure* [certi]ss[im]e

Digitized by Google

ma qui piu chiare
le ti vo dare
et anco a questa parte cio convene

hoc libro reducte ℂ *Sed hic eas tibi confero clariores .* ℂ *Hoc etiam* (1) *convenit huic parti .* ℂ *Est*

Codice ne uxor pro marito ob maritorum .xj^{a}. questione .iij^{a}. illud . et extra de sententia excomunicationis Romam .ℨ. ultimo et sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis quam innocentem dampnare digestis de penis Absentem . *Sed accipe* . convertit se ad exemplum exprexivum eius quod tibi sequendum est dicens . *Aliquod habes castrum etc.* in hoc .ℨ. et sequenti ponit unum periculum . *et in .ℨ. quod si eum* ponit adversum periculum . *Et in .ℨ. consulo* . vertit se ad consilium *Et in .ℨ. bellare* dicit quod elegit seu consulit in casu huiusmodi eligendum . ℂ Et quia in omni casu dubius est eventus belli, Igitur super ista lictera bellare videtur latius immorandum . et super sequenti scilicet illa si foveas iustam causam tibi ultimo scripta dabo . pone igitur modo quod habeas iustum bellum et deliberas ire ad prelium contra eum . Videbis dicta sequentia quorum quedam feruntur ab illis prolata qui ea scripserunt Aliqua per me que tam variorum dictis quam experientia mundi secundum mei modicitatem ingenij capere potui stando mundo, inter illa dicta ut videbis inferius immiscentur . Incipiamus ergo et dic quod cum versus huiusmodi Inimici gentem te dirigis, atque tuos omnem quam poteris, diligentiam interponas ut statum et conditiones explores illius et ne tuas noscat adversarius caveas . Rusticos qui tibi ubi fuerit expediens, explanent itinera (2) tecum ducas . de alimentis exercitus usque ad locum belli et ad tempus more que posset contingere si bellum forsitan tardaretur prevideas . Et ante quam prope hostes pervenias tam qui ferire quam qui constringere ac dirigere tuas habeant acies elige ut supervenientibus hostibus vel appropinquante te illis nil restet aliud quam vocare . Genti tue potentiam adversarij non exponas . defectus tamen illorum eos amplias potius quam restringens exponas . preter quam forte certis quorum consilium ad convincendum magis inimicorum intentionem, expedit habeas et requiras . Ingnoret

de re militari

(1) etiam *è aggiunto sopra.* (2) *Il ms.* itinenera

Digitized by Google

Elle tacer econtinença in carne
vergogna ne minori
securta ne maggiori
parlo detate
la quinta date
freno ala lingua che puo blasmo darne

quidem silentium ℭ *et continentia carnis* ℭ *Pudor in minoribus* ℭ *Securitas in maioribus in quo loquor etate .* ℭ *Quinta est ut lingue quia potest*

populus quid intendis usque ad tempus actuum gerendorum Nomina si dederis denuo cum veneris prope bellum mutabis . Tuos impera signari . ut se invicem recognoscant . flumina si media fuerint caute transibis in quorum transitu prout dicit vegetius libro .iij°. de re militari capitulo .liij. gravis molestia negligentibus frequenter emergit . nam si aqua violentior fuerit, et alveus latior impedimenta pueros et ipsos interdum ingnaviores solet emergere bellatores . explorato ergo vado due acies militum electis animalibus ordinentur intervallis competentibus separate . ut per medium pedites et impedimenta transeant, et immunes accedant . nam acies superior aquarum impetum frangit . Inferior qui rapti subversique sunt colligit . et transponit ac cum altior fluctus nec equitem nec peditem patitur si per plana decurrat ductis multiphariam spargitur fossis divisusque facile transitur . Navigeri vero annes stilis fixis ac superpositis tabulis parvij fiunt . vel certe tumultuario opere colligatis manibus cupis additisque trabibus transitum prebent . Expediti vero equites fasciculos de cannis arridis vel ulva facere consueverunt . super quos loricas et arma ne udentur imponunt . ipsis equitibus quos nautando transeunt colligatos . quibus secum fasciculis pertrahunt sotios . Sed commodius repertum est ut monoxillos idest pabulatores scaphalas ex singulis trabibus excavatas pro genere ligni et subtilitate levissima carpentis secum portet exercitus tabulatis pariter et clavis ferreis preparatis et sic absque mora constructus pons et funibus qui propterea habendi sunt iuntus lapidei arcus soliditatem prestant in tempore . Sed instantes adversarij, fluminum transitus insidere vel superventus facere consueverunt . ob quam necessitatem in utraque ripa collocantur armata presidia . ne alveo interveniente divisi opprimantur ab hostibus cautius tamen est sudes ex utraque parte prefigere .

Digitized by Google

La sexta tutto di prova ciascuno
se dubio ti sorgiunge
tral si el no qual punge
ne vedi chiaro
de due lamaro
abstener savio consiglia catuno (1)

nobis afferre infamiam frenum debitum apponamus . ℂ Sextam probat quilibet omni die ℂ Si tibi dubium inter non et sic (2) quod illorum noceat supervenerit, nec duorum videris quod amarum, quisque, prudens

ac sine detrimento si quas illata fuerint substinere quod si pons non tantum ad transitum . sed ad decursum commeatus necessarius fuerit tunc in utroque capite percussis latioribus fossis aggereque constructo defensores milites debes accipere, aquibus donec necessitas postulat teneatur . ubi tamen crederes utile, confidentiam fugiendi tollere tuis laudabile consilium est pontem populo vidente confringere ut fecisse legitur Alexander in generali . capitulo .lx°. Prosequamur materiam . flumina pertransisti si ea inveneris, da si potes operam ut in hostes ipsis preingnorantibus impetum inferas et eos ex aptiori parte, pro te contraria vero pro hostibus si potes percutias . unde vel ex altiori parte loci venias vel solis radiis radios renibus abiectos sequaris ut eis in eorum oculis impulsis minus sibi prospiciant . vel in planitie coperto sole anubibus cum dextera tua que aptior est et fortior in sinistram irruas illorum vel si ventus in eos pulverem possit impellere ventum sequere . faciasque si locus est quia maxime in testu de succurrendo castro agitur ut obsessi tunc feriant ex cautiori aliquo latere in eosdem . Si vero illos imprevisos nequiveris insultare occurratque tibi eos si ab obsidione levare volueris ordinario bello convincere, hoc premisso ut semper latera tibi queras quam poteris aptiora, ad infrascripta diligenter attendas que non minus experientia docuit quam ars scripta porrigeret . In quibus quoque hodie no-
c. 37 d. stri ytalici non modicum || sunt experti et cautelas utilissimas induxerunt . Expedit enim te tuos bene congnoscere . Qui scilicet audaciores qui sagagiores qui fortiores qui prudentiores consilio et sic de singulis ut qualiter sint in agressu lo-

(1) *B* consilglia chatuno (2) *Segue* super *espunto.*

Digitized by Google

Un septimo con questi si conserra
due son perigli (1) e força
pigliar (2) lun pur tisforça
piglia (3) securo
quel che men duro
ma guarda ben cio chesto motto serra

consulit abstinendum . ℭ Quoddam cum hiis septimum colligatur ℭ Duo sunt pericula, quorum alterum violentia omnino capere te compellit . ℭ Hoc summas secure casu, quod minus est durum . ℭ Sed

candi (4) seu ad quod deputandi non dubites . Cum autem appropinquaveris hostibus pietatem in tuis quo ad vindicandas culpas et excessus eorum deponas . Mansuete vero procedas donec ad locum faciendarum acierum te conferas . ne tui postmodum itinnere fatigati, sint debiliores ad bellum . Des quoque operam ut Adversarij longo si potes itinnere fatigentur . Inter hostes alonge quas potes diffidentie semina causas . Nec fieri posse que ab aliis facta nosti . Die itaque illa qua intendis in hostes irruere, tuos preinstruas ut modico reficiantur cibo . Cum autem videris hostes et equos ipsorum ex longo itinere vel cursu perplexos . tunc si quieveras in illos incidere cautum est . Impar enim conditio est ut dicit vegetius, lapsum cum requieto, sudantem cum alacri currentem cum eo qui steterit subire conflictum . Exquirendo insuper quales tui sint per viam, cum fiducia vel formido ex vultu verbis incessu motibusque cernantur, non satis confidas de illo qui prelium cupit Inexperto enim dulcis est pugna ut dicit vegetius . Exercitatorum itaque bellatorum in summendo vel tardando consilium immiteris . Conforta tuos et moneas . Inimicorum ingnaviam vel errorem hostendas . victorias tuas et tuorum commemores . Adversariorum autem referas vilitates tecum esse predices rationem . et motos iniustitia inimicos Et singula que tuorum animos ad animositatem contra illos possint inducere recitabis . Animis pene hominum ut dicit cato censorius naturaliter evenit ut cum ad conflictum hostium venerint trepident propter quod predictis indigere videntur . Sine dubio au-

(1) *B* perilgli (2) *B* pilgiar (3) *B* pilgia (4) *Segue* sed ad *cancellato*.

Digitized by Google

Chio (1) non ti parlo imparte (2) di peccare
condempnar linnocente
absolver (3) lo nocente
per chel secondo
edi gran pondo
questa e malvagia electa di pigliare (4)

bene caveas quicquid iste sermo concludit. ℭ *Nam te in peccati parte, non adloquor.* ℭ *Innocentem et enim condempnare, nocentem adsolvere quia*

tem infirmiores sunt quorum mentes ipse confundit aspectus. licet fallat hec regula. Sed hoc remedio formido lenitur si ante quam dimices frequenter tuum exercitum tutioribus ordines locis, unde videre hostes et agnoscere consuescant. interdum aliquid ex occasione audeant aut fugent aut interimant, inimicos. mores Adversariorum arma recognoscant et equos ut inquid celsus de re militari. Ad hec si de tuis victoriam peditibus magnam speras contra equos hostium ubi poteris aspera inequalia et montuosa loca debes eligere. Si autem de tuis equitibus contra Adversarij pedites victoriam queris sequi debes paulo quidem edictiora loca sed plana atque patentia, neque silvis neque paludibus impedita. Verba sunt vegetij libro .iij°. capitulo .xiij°. Ulterius procedamus et dicamus quod quamvis omnia hec quasi una ora fieri occurant, non tamen simul omnia dici possunt. Predictis itaque ordine suo sumptis pervenisti ad locum ubi apropinquantibus inimicis, tibi imminet acies ordinare In quibus ordinandis predicta que ad loca summenda pertinent diligenter advertas. quia pugna hec si sapienter disponitur plurimum iuvat. Sivero imperite quamvis optimi bellatores sint ordinatione mala franguntur ut dicit cornelius quod et vegetius recitat Et ante omnia dicendum videtur quod de ista materia cato cornelius celsusque frontinus atque paternus et alij plures et post eos vegetius ordinatissime libro tertio in multis capitulis descripsi[t] .... (5) quamvaria. Tullius quoque de re militari et ultimo Saxirus qui speciali[ter l]oquitur per exempla diversas recitans observantias bellatorum ut ad istos cum tibi libuerit recurrere possis et in actus et

(1) *B* Cchio (2) *Così in B; A* iparte (3) *B* assolver (4) *B* pilglare (5) *Rasura nella pergamena.*

Digitized by Google

Ma to lexemplo tu ai un castello c. 38 a.
eglil (1) nemico ad hoste
ese tu non nel obste
soccorrendo
e conbattendo (2)
tutta provincia perdi sol per quello

grandis ponderis est secundum ‖ *hec est iniqua ele-* c. 38 a.
ctio capiendi . ℂ *Sed accipe nunc exemplum*
℄ *Aliquid habes castrum, circa quod est ad exercitum inimicus .* ℂ *Quem si abinde, succurrendo vel preliando non admoves* (3) *ob hoc solum modo,*

gestus Alexandri et aliorum tam dictum quam consilium et precipue regum de quibus omnibus scripta reperies diligenter inspicere, Post hec quia quedam que antiquibus servabantur in desuetudinem abierunt quedam nostris impossibilia videntur temporibus quedam etiam tam longa serie sunt descripta ut totus hic liber illis sufficere non valeret ex dictis omnium et observantiis modernorum que saniora omnibus consideratis credidero inferius explicabo quorum siqua tibi placuerint serva illa Si autem nulla tibi vel non omnia libenter michi ipsi dimicte . non enim intendo presentialiter instruere vel docere cum sim ego docendus Sed michi aliquod memoriale conficere inferius dicendorum . Scire nos decet quod militaris res sicut hennius poeta refert carminibus armis constat et viris quam quoque dividitur in tres partes Equites scilicet pedites ‖ et classem . Equitum ale dicuntur eo c. 38 a.
quod alarum similitudine ab utraque parte protegunt acies que vexillationes solent denominari avelo . sunt et legionarij equites sic vocati quia conexi erant legionibus ad quorum exemplum ocreati sunt equites instituti . Classis autem duo sunt genera liburnarium et luxuarium . liburne enim naves bellice appellantur . Equitibus campi classibus maria vel flumina subduntur Peditibus colles, plana, Urbes et arrupta parantur . Exercitus ex re ipsa et opere exercitij nomen accepit, ut ei nunquam quod vocabatur oblivisci liceret . Pedites in duas divisi sunt partes in auxilia et legiones . Auxilia afederatis gentibus mictebantur . Romanorum quidem virtus in legionis ordinatione precipue prepollebat . legio

(1) *B* elglil (2) *Così in B; A* cõbattendo (3) *Segue* ris *espunto.*

Digitized by Google

Ese nel vuo levar grand eperiglio (1)
pero chai poca (2) gente
inver la sua potente
pigliar (3) men reo
ti consiglio (4) eo
combatter (5) seco se giusto elompiglio (6)

provinciam totam perdis ℭ *Quod si eum levare inde volueris, periculum inest magnum . immo quia parvam sue potentis respectu obtines gentem* ℭ *Consulo ergo tibi quod minus malum est summere* ℭ *bellare scilicet cum eodem si foveas iustam cau-*

ab eligendo dicta est . In una legione .x. erant cohortes Et prima cohors dignitate ac munere reliquas precedebat et habebat pedites .MCV. Equites loricatos .cxxxvj. Et hec capud erat legionis . Secunda cohors pedites .dlv. equites vero .lxvj. Tertie similiter pedites .dlv. equites .lxvj. Quarta pedites ,dlv. et equites .lxvj. Et hee .v. in prima ordinabantur acie Sexta pedites .dlv. equites .lxvj. Septima pedites .dlv. equites .lxvj. .viij^{a}. pedites .dlv. equites .lxvj. Nona pedites .dlv. equites .lxvj. Decima pedites .dlv. equites .lxvj. hiis .x. cohortibus legio una fit que habet pedites .vj^{m} . c. et equites .dcc . xxx. Minor legio non erat sed aliquando maior esse poterat . De istis ordinibus et de principum legionum gradibus et nominibus eorum qui antiquos ordines ducebant vide vegetium libro secundo .vj^{o}. capitulo et .vij^{o}. et .viij^{o}. Et quia propter negligentiam superiorum temporum robur infractum est cum virtutis premia occuparet ambitio, et per gratiam milites promoverentur indigni qui per laborem consueverant promoveri, sitque romanorum destituta victoria et victoria non secuta defecerint ordines observati in quibus tanta exercitatio erat et virtus tantaque fiducia ut cuius vis bello due legiones ut refert Vegetius crederentur posse sufficere auxiliis additis sotiorum Quia quoque, propter multos defectus eo modo et ordine, quibus antiquibus contingebant, instrui nequeunt homines ad bellandum . novos oportet penitus ritus insurgere . ut tamen quas possemus observantias immitemur . Promissa itaque rediens ad proposi-

(1) *B* eperilglio (2) *B* pocha (3) *B* pilglar (4) *B* consilglio
(5) *Cosi B; A* cobatter (6) *B* elompilglio

Digitized by Google

Cheglie (1) gran parte ragion aver teco
evincer spessamente
vedian la minor gente
epoi che provi
cha giusto (2) movi
e me tua morte con quey che son teco

sam ℭ *Nam magna pars est si te ratio committatur .* ℭ *Et vincere gentem* (3) *sepe vidimus nos minorem .* ℭ *Et postquam probas quod iuste moveris, cum hiis qui tecum sunt melior est mors tua,*

tum nunc servabo . Et ante omnia caute atque sollicite studendum est, ut prius acies tuas ordines quam adversarius suas . quo tempore tui sileant et sonitus instrumentorum quiescant . adeo ut solus contactus armorum adversariis timorem incutiat tuque ob hoc sis ipsis tacentibus liberior ad ordines dirigendos Nullus limites ate datos excedat . et excedens continuo membro aliquo seu capite prout in banno decreveris puniatur . Provisores cautos pluries ad supervidendos adversarios micte . qui tibi veritatem referant, in privato . publice vero que possint dare audaciam tuis asserant redeuntes et claras facies hostendentes . Per spias tuas etiam adversariorum status exquire Gentem tuam considera prudentes expertos et seniores ad consilium (4) tuum voca . Si unam aciem tantum feritoribus exceptis constituas quia maiorem gentem non habeas in dextra parte te colloces instructos tecum habens et fortes . ac aliquem vice tui quasi in medio, magis versus anteriorem locabis partem . Insigniorum custodes ordina . vexilliferos arma . In sinistra dextros et veloces et aptos constitue . Posteriori vero latere constantes post quos solent aliqui retro salmarias catenis infixis fortissime colligare . ut cirus persarum Rex fecisse de elephantibus olim fertur . Equites tuos si pedites bonos habeas peditibus circum cinge . pavesariis ab extra balistariis subsequenter et lanceariis intermixtis quorum bonam partem (5) in anteriori parte locabis . ut adversariorum peditum lanceas primo deprimi sinant instruens illos . Aciem hanc non totaliter acutam sed quasi secundum gradus primo

(1) *B* Cbelglie (2) *B* iusto (3) *Segue* se *espunto.* (4) *Segue* suum *cancellato.* (5) *Il ms.* parte *senza segno d'abbreviazione.*

Digitized by Google

Che negligendo provincia si perda
erischiar emen male
gli pochi che cotale (1)
aspectar (2) danno
di tanti channo (3)
in te sperança ne credon la perda

quam si provincia negligendo perdatur . ℂ Et est paucos in periculo ponere, minus malum, quam talem et tot hominum in te sperantium nec succum-

loco crossam et postea usque in posteriorem partem continuo crossiorem . Illam quanto magis apte potes constringe . Et ad constringendum et continendum deputa quosdam . feritores constitue nobiliores c. 38 b. || progenie amantes honorem verecundiam timentes . et quos magis tangit negotium quosque de talibus nosti magis expertos . et qui voluntarij veniant . qui autem renuant eicias quod si tempus eiciendi non fuerit, una cum illis de quibus bene non (4) confidis fingens de ipsis confidere punto isto in loco ponas ut mori potius quam fugere possit . Inter feritores etiam de coniuntis si habes adhibeas, quorum numerum non tantum cures esse grandem ut aciem principalem habeas debilem . Si tamen potueris adversarij numerum excede . hoc tamen probi dicunt .v^c^. numerum satis in omni bello sufficere quod numerus adversariorum preindicat . In acie hodie .viij^c^. et peditum .viiij^c^. si potueris . Si vero numerositatem que hodie est in usu populi tecum habes aciem poteris accepta quantitate que ad circum cingendum equites expedit, de ipso populo ordinare semotam . Militibus aliquibus ad constringendum eos et aliquibus ad custodienda insigna deputatis . eisque certo capite constituto quorum aciem quasi ad modum ovi constituas non rotundam nec totaliter acutam seu directam . ut ex quocumque latere milites veniant populus in sua integritate consistat . equites etiam aliquos in quolibet cornu componas et carroccium si habuerint in medio sui similiter collocabis (5) armatos mannariis et similibus ad custodiam ordinabis ipsius . pavessarios circa totam aciem circum locans . Aciem tuam equitum prepone dum tamen aliquantulum versus dextram tuam consistas ut si pin-

(1) *B* chotale (2) *B* aspettar (3) *B* canno (4) non *è aggiunto sopra.* (5) *Segue* aliqua *cancellato.*

Digitized by Google

Che segliavien (1) che vinca eglie magiore (2)
prodeça (3) eforça e senno
detta se y tuoi men enno
se perdi ancora
morte tonora
chai per ragion edifesa lonore

bere credentium, expectare tacturam . ℂ Nam si te contigerit obtinere, cum tui fuerint pauciores, maior probitas sensus, et fortitudo censentur . ℂ Insuper et si perdis mors honorat te talis . ℂ Quo-

gamini aliquantulum forte, vestra sit sinistra coperta . possintque in primo ictu in adversarios sagittas immictere . Si vero gentem maiorem habueris , unam aciem que inruere in adversarios possit ex ala adversariorum sinistra que debilior est ordina . Ubi aliquem predictis aliis observatis constituas loco tui . Mandans ut non nisi in subsidium si viderint expedire moveantur ad impetum . cum securius sit cum paucis vincere reliquis usque ad totalem exitum integris remanentibus et in firmo . Isti etiam caveat ut ora tali feriant et in partem talem adversarie aciei ut in tuos non inferant qui forsitan iam intrarant . Si fortior autem es, expectare impetum cogentibus superstitibus continuo securius est repertum . Si autem debilior impetum facere eligibilius percensetur . Si plures insuper habes gentes aut acies istas multiplica vel unam multiplica et alias ordina quod melius est . Ita tamen ut utroque casu ex posteriori parte te ad continendum fortifices . locum tuum superius tibi dedi . quamvis olim Alexander ante omnes se (4) poneret ad bellandum quod gens darij plurimum formidabat Sed non omnis est Alexander et ducis interitus quam negligentia seu fragilitas bellatorum sepius magis obest . Nichilominus tamen ubi casus expostulat tuosque vides deficere appone manum tuam mortem verecundie postponendo . Et tales habeas circa te ut cum equis et aliis valeant te iuvare . si forsitan expediret . Nomine dato et signata gente te modico ad modicum scrictura semper servata pro posse ultra te cum gente conferas ista tua . Te vero procedente sonitum et rumorem faciant singula in-

(1) *B* selgliavien *con la prima* i *aggiunta sopra.* (2) *B* elglie maggiore
(3) *B* prodecça (4) se *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

c. 38 b. Questo non vo lassar chio non ti dica
che segli atal (1) potere
chal tutto lobtenere (2)
esser non dene
allor convene
che non tappigli (3) aquesta parte mica

c. 38 b. *niam || defensa pariter honoraris et iure. ℭ Hoc tibi dicere non obmicto, quod si talis est ille potentie, quod prorsus victoria non videtur habenda, tunc convenit, ut nequaquam adhereas, huic parti*

strumenta . te autem quiescente quiescant et cum quiescis tui asuperstitibus restringantur explanatoribus precedentibus recta via . ora vero sileant adhuc omnium genti tue . Cum autem in bellum incideris tunc sonent fortius omnia instrumenta . crident omnes ut volunt . Et tu cum hiis qui tibi adstiterint errantes quos potes percutias . retrocedentes comprimas . vulneresque, tu et tui vicarij ut proprios inimicos . Pedites equos feriant et demissos milites trucident . Equites in viros post fractas lanceas arma curta incutiant et inimicorum aperiant latera . lateralibus instrumentis . capita deprimant baculis, obturent ensibus sanguine lumina et varia variis confundant actibus inimicos . Quod si tui forsitan retrahantur, tunc impinge subsidia . de quibus superius est tractatum si ase non egerint quod statutum . Si autem adversi se retrahant, tui strictos in quantum poterunt insequendo se teneant . nec ob hoc tu vel tui auram soliditate divertatis . donec de manifesto ipsorum conflictu nec latenti aliquo periculo plene constet . usque ad quem casum tuos aderobatione prohibeas ut afugere prohiberes . cum in talibus periculum magnum vergat . Si vero ex casu te succumbere forte contigerit tunc si pars fugerit magnam cum reliquis poteris gloriam reportare et eos ortationibus monitis et cohactionibus continere . vosque probare . cum sepius insequentes facilime confundantur . Si vero omnes fugiant tu cum melioribus et superstitibus retro remanes propriisque corporibus pugnam summentes et premissos similiter dirigentes ac vos ad passus et loca eligibilia reducentes et revolventes vos iuvetis et vestros . quod si forsitan locus esset,

(1) *B* selgli attal (2) *In B è corretto da* ottenere (3) *B* tapilgli

Digitized by Google

Madiriparo odipatti (1) odi pace
se ve remedio pensa
ecoy (2) fedegli dispensa
che ad esso
dien se stesso
da luogo alira tu con quey che piace

℄ *Sed argumentum cogita vel pactorum, vel pacis, si remedium aliquid apparebit .* ℄ *Cum fidelibus quoque tuis, quod se illi subiciant dispensabis* ℄ *Tu vero cum illis cum quibus libuerit dare studeas*

incisis post transitum vestrum arboribus in huiusmodi talibus que tam scripture quam experientia edocent, observatis . In excusationem autem tuam tuis accusa fortunam et in patriam securitatis rediens allevia dampna verbis . et alia facias que ponuntur infra in testu et glosa in parte prudentie documento .vj°. per totum et ibi etiam multa de hiis et de custodienda et munienda civitate in guerra . ℄ Et de regulis bellorum et cum fueris in castro obsessus vide infra parte .vj°. spei documento .iiij°. in magna glosa . autem forsitan scire vel quomodo voluntarie (3) ab hostibus || recedatur si consilium pugne displiceat et de via danda hostibus ut deleantur ne desperati victoriam quasi cohacti resummant ut sepe contigit lege vegetium libro .iij°. capitulo .c°.xxj°. et sequenti quia tractatus iste propter prolixitatem posset legentibus fastidium generare . unum ultimo non obmicto ut cum occurreris inimicis aliquo flumine mediante quamvis sis potentior ut alij transeant ad eorum te requisitionem non retrahas . multos enim imprevisio talis in pericula misit . Nescit enim sepius cauda tua qua intentione capud se retrahit et siqui illi hoc dixerit iam non credit . nolens esse posterior, credens fugam . Redeamus ad licteram quia sero est . sed eam in crastinum reservemus ibi scilicet quia supra promisimus *si foveas iustam causam cum .ℵ sequenti* . Or resummamus hic ubi dimisimus et dicamus quod iustum bellum est ut dicit Isydorus . libro .xx°. etymologiarum quod ex edicto geri-

c. 38 c. (4)

de bello iusto

(1) *B* pacti (2) *B* choy (3) *Il ms.* volutarie *senza segno d'abbreviazione.* (4) *Nel margine superiore della pagina è la seguente nota, in gran parte svanita e tagliata per la raffilatura della pergamena*: vide de hiis etiam in parte [vj . documento] vij .

Digitized by Google

Chel non fallo mai tempo asignor sagio (1)
ecolui (2) che salluto
puo cader nol caduto
enovita
sempre ti da
conforto ecrescimento elui (3) dannaggio

locum ire . ℭ Non enim unquam prudenti domino, tempus perit ℭ Et aptus qui adscenderit, non qui cecidit est ad casum . ℭ Confortat te quoque novitas semper, et tibi confert augmentum

tur de rebus repetendis aut propulsandorum hominum causa . .xxiij^a^. questione .ij^a^. iustum . Et eadem causa et questione notatur quod bellum iniustum dicitur quinque modis . ratione persone ut si fuerint persone ecclesiastice quibus non est licitum fundere sanguinem ut .xxiij^a^. questione .viij^a^. clerici . et capitulo hiis aquibus . Item ratione rei ut si non est de repetendis rebus vel pro defensione patrie ut eadem causa et questione .viij^a^. si nulla . Item ratione cause ut si propter voluntatem et non propter necessitatem peragatur . ut eadem causa et questione prima noli et ex animo est iniustum ut si animo ulciscendi fiat ut eadem causa et questione prima quid culpatur Item iniustum est si non fit principe auctore ut eadem causa questione .ij^a^. capitulo primo et allegato capitulo quid culpatur . Et nota quod cum quis iustum bellum susceperat utrum aperte pugnet an ex insidiis nichil ad iustitiam interest . Unde dominus qui novit quid cuique fieri debeat iubet ad Iesum nave ut constituat sibi retrorsum insidias . idest insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus quod quia dominus imperavit dubitandum non est bellum illos habuisse iustum . quibus imperabat licet in ipso bello ductor exercitus vel ipse populus non tam auctor belli quam minister iudicandus erat de hiis vide eadem causa . questione .ij^a^. dominus noster . Sic ergo per insidias et per dolum possumus licite vincere hostes nostros .xxij^a^. questione .ij^a^. utilem .xliiij^a^. distinctione in mandatis . dum tamen fidem hostibus non rumpamus ut .xxiij^a^. questione prima noli (4) ubi dicitur quod quando premictitur fides etiam hosti servanda est

(1) *B* asingnor saggio (2) *B* cholui (3) *B* ellui (4) *Segue* ut *cancellato*.

Digitized by Google

Ancora molto giova per intrare
quel che tu ai imparato
mostrar achi dalato (1)

℄ *Ei autem contrarium .* ℄ *Valet ad introitum adhuc multum, volenti alatere discere, qui ut eum instruas, tibi suas solet porrigere preces, quod tu*

unde nota quod non licet tibi etiam iustum bellum habenti venire contra tractatum habitum cum inimico vel promissionem ei factam ista enim esset proditio . Sed queritur nunquid militare sit peccatum et dicendum quod non ut .xxiij^a^. questione prima militare . Et hoc verum est si a principe bellum indicatur ut superius dictum est . in quo bello tales voluerint milites militare . pro defensione sua vel patrie vel legum paternarum ut in capitulo nulla superius allegato clerici autem in sacris ordinibus constituti non possunt arma movere quia sub regula ecclesiastica vivere debent ut .xxxij^a^. distinctione . siqui et .xx^a^. questione .iij^a^. eos . quod concedit glosator si volunt godere privilegio clericali . Videas ibi .xxiij^a^. questione prima super illa lictera quod militare . Sequitur ut de scripta promissa supra parte prima documento .viiij^o^. [utili] intrantibus in bellum ut ibi dicitur tractare cuius scripte tenor est talis . ℄

(2)

[*nam m*]*agna* (3) *pars etc* . nonne magna pars victorie est siquis secum habeat rationem cum habeat deum secum [ideo si de]us mecum fuerit quis contra me erit . *minorem* dicas cum secum habuerit rationem . Isto vocabulo sepius utitur (4) secundum quod fertur Romanorum Rex dominus henricus qui modo est dum de aliqui[bus] fertur ei quod gentem habeant se maiorem Respondet et nos deum quia iustitiam habemus nobis[cum . et certe] in pluribus quasi mi-

(1) *B* dallato (2) *Lacuna nel testo per circa undici righe.* (3) *Nel brano che segue fino a c. 38 a. pongo tra parentisi quadra ciò che nel ms. è ritoccato da mano del sec. xvij.* (4) *Il brano che segue fino a* henricus *qui è scritto su rasura.*

Digitized by Google

imprender vuole
et ate suole
che tuli mostri de suoi preghi fare

didiceris, explanare . ℭ *Ceterum si audire vo-*

raculosa res sit eum magna prosperitas commit[atur . *melior est mo]rs tua etc .* nam melior est mors bona quam vita mala ut legitur et notatur infra [proximo] documento [in
de re publica regula] .xlvj°. pro re enim publica [qui] moritur intelligitur vivere . ut ibi not[atur cuius rei publice pauci] reperiuntur
c. 38 b. [hodie amatores] nec est qui [pro uno denario.....] ‖ sui dampnum sue non consuleret civitatis . res itaque ploret publica suorum interitum antiquorum qui eam ut in multis libris legitur sequebantur . Refert augustinus in de civitate dei . libro .xviij°. capitulo .viij. et vallerius libro .v°. de codro atheniense olim rege quod dum (1) bellum instaret inter athenienses et polloponnenses et acceperant in responsis quod illi essent futuri victores quorum dux occideretur hoc audiens Codrus in habitu pauperis transivit ad hostes seque obiecit eis necem pre iurgium provocando maluit enim mori dum vincerent sui quam vivere superatis . Refert tullius de officiis . quod duo fuerunt precepta platonis rei publice prodesse volentibus unum ut utilitatem civium sic tueantur ut queque agant ad eam referant obliti commodorum suorum caritas enim non querit que sue sunt ut dicitur .j. ... (2) .xiij. Aliud preceptum fuit ut totum corpus rei publice curent ne dum partem aliquam tuentur reliquas deserant . Item in libro de officiis narrat tullius quod filius non debebat parere patri agenti contra rem publicam . inquiens nisi tradere patriam conabatur pater (3) silebit ne filius et Respondet quod primo obsecratur patrem ne illud faciat de inde si nil proficiat accusare minabitur etiam ad extremum si ad salutem patrie res (4) spectabat patire salutem anteponet, saluti patris nec mirum ut ibidem dicitur quia si duo sapientes essent super unam tabulam, in mari que non posset utrunque deferre simul minus sapiens debet cedere sapientiori, eo quod ille utilior rei publice . Ego tamen eligibilius credo quod caritas incipiat ate ipso in casu mortis . Narrat Augustinus in de civitate dei libro primo et tertio de officiis quod apud antiquos erat

(1) dum è *aggiunto sopra.* (2) *Il ms.* cor. (3) *Segue* tace *cancellato.*
(4) *Segue* id *espunto.*

Digitized by Google

Se vuogli udir cerca maestro experto
e piu tosto eloquente
che parli chiaramente
che colui
che parla altrui
vie piu sottil manon ti legge aperto

lueris, ad expertum conferas, te magistrum . et citius qui clare doceat eloquentem, quam qui subtilius alloquitur alios, lecturam tamen non porrigit sic apertam . ℭ *Talem quoque semper habere* ‖ *pre-* c. 39 a.

omnimoda cura de re publica salvanda . et illius utilitatem proprie vite preponebant . et exemplificant de Marco regulo qui cum ductus esset captivus acartaginensibus et missus fuisset Romam sub iuramento redeundi pro commutatione captivorum ille Romam veniens ivit in Senatum et captivos reddi vel commutari negavit eo quod illi essent adoloscentes et boni duces ipse senetute confectus et cum retineretur apropinquis et amicis redire maluit quam fidem hostibus datam fallere . et cum non ingnoraret se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci ius iurandum conservandum putavit . pauci tales hodie inveniuntur Sed contra senece monita se tantum intuetur unusquisque ut omnia ad utilitatem suam convertat . Non attendunt quod inquid gregorius, libro .iij°. in dialagis capitulo ultimo . voluntatem meam procul dubio postpono utilitati proximorum Ingnorant enim iustitie fundamentum . quod est ut inquid tullius ne cui (1) noceas deinde ut comuni utilitati studeas Quintilianus narrat de quodam oratore Atenis erudito et facto diserto inpensis cuiusdam divitis quod postea pro re publica rogatus stetit in causa contra patronum suum . scilicet contra divitem illum . inqua obtinuit dives unde et oratorem illum in ius vocavit et super ingratitudine accusavit leges enim romane ingratos puniebant . qui cum accusaretur ait diviti . domine mij tu scis quia nichil in te crudele intorsi nichil causa hodij sed pro libertate rei publice et honestate persone mee immo etiam tue steti nunc vero hoc video quia nichil est periculosius acceptis muneribus si ad omnem nos obligant servitatem . Accedit etiam ad hoc quod narrat trogus pompe-

(1) ne cui *nel ms. è scritto due volte, ma la seconda volta è cancellato.*

Digitized by Google

c. 39 a. Epensa tuttavia daverlo tale
che non sol di lectura
ma degna norrectura (1)
sia la sua vita
conta e fornita
chen tale specchio guardar molto vale

cogita, quod in lectura solummodo non persistat . Sed dignis moribus vita eius ornata sit pariter et munita . ℂ *Quia multum confert in* (2) *tale spe-*

ius . libro .ζ. (3) de ligurgo quod cum statuisset mandata et leges que quam dura videbantur auctorem earum, apolinem delfitem finxit et simul se proficisci ad oraculum delphycum, et delphys erat insula inqua erat templum Apolinis et locus divinationis inde dicebatur appollo delphycus . ait comentator heticorum primo . Et obligavit iuramento civitas ut
c. 39 a. nichil mutaret de illis legibus ante quam ‖ reverteretur quo facto ivit in cretam in exilium quod ibidem perpetuum peregit . precepitque ut leges predicte observarentur moriensque ossa sua in mare abici mandavit ne si reportarentur extimarent se cives aiuramento et legum observantia solutos . Erant enim leges iste .xij. bone et honeste quarum observantia iste suis solatiis antemisit . *et est paucos etc* . vide quod ex duobus periculis elige minus malum ut est (4) notatum parte eadem documento presenti .ℵ. si tibi . *in te sperantium* vide etiam quod deserere illos qui in te sperant maius peccatum est . *nam si te etc* . istius .ℵ. lictera ponit utilitatem ad te inducendum quod est notabile ut homines non solum aconfessoribus et predicatoribus asperitatis formidine reducendi sint Sed aliis unguentis dulcissimis atque multimodis *mors honorat etc* . verum dicit nam si premissis consideratis vadas ad bellum et perdas honorem magnum mors talis assequitur . *quoniam etc* . ecce in isto .ℵ. ratio quare . *hoc tibi etc* . Modo vertit se ad alium sermonem cum scilicet tanta potentia est adversarij quod tutius est ut te et tuos in periculo tali non ponas quia penitus est verisimile te posse ac debere deficere . *huic parti* . scilicet primi consilij . *vel pactorum* ut treugue et similium vel partem dandi et partem

(1) *B* dengnia nonrectura (2) in *è ripetuto, ma la prima volta espunto.*
(3) *È il numero greco 7; nel ms.*: ʒ (4) est *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

Cosi dogni (1) arte asimil puoi pensare
esempre cominciando
non gir tu mai cercando
li piu sottili
che yloro stili
non ti poranno nela testa intrare

culum intueri . ℂ Per simile sic de arte poteris qualibet cogitare ℂ Et semper cum inceperis de subtilioribus non scrupteris . ℂ Nam stili talium, tuam non poterunt introire cervicem . ℂ Unum

retinendi . *vel pacis* dummodo pax non sit dubia vel obscura . *cum fidelibus etc* . bona lictera ut concedas illis ut componant cum illo et transeant postquam (2) eos aliter iuvare non potes . et hoc ab eis pro malo non reputes et illud indicat illa lictera dispensabis idest discrete pensabis *cum illis quibus etc* . idest discrete pensabis *cum illis quibus etc* . idest cum illis quos remanere maius est pro eis periculum . *Non enim etc* . ecce in .ℨ. isto bonum et verum proverbium et sermo est antiquorum et illud omnia tempus habent et suis spatiis transeunt universa sub celo tempus nascendi et tempus moriendi tempus plantandi et tempus evellendi quod plantatum est tempus destruendi et tempus hedificandi etc . tempus tacendi et tempus loquendi tempus belli et tempus pacis etc . ecclesiasten .iiij°. Sed supra- de ira
dicitur dare studeas locum ire quid vult lictera ista dicere . dicas quod antiquorum est vulgare in tuscia cum aliquis aliud non potest et iniustitie resistere nequid . et illud . sed date locum ire . quia ergo de ira hic fit mentio licet superius parte prima . documento .xxiij . ℨ. sique aliquid dictum sit licet etiam infra in parte iustitie documento .ij. .ℨ. cesset de ira et (3) expectatione irati dicatur nichilominus circa hoc vitium aliqua hic ponamus . Et dicas quod ira dicitur ab ur quod est ignis . hec ira ire quasi ura quia accendit, et inflammat unde irascor et hinc iracundus facile irascens quia accenso sanguine in furorem compellitur et comparatur . Unde hec iracundia est vitium naturale et

(1) *B* Chosi dongni (2) *Segue* se *cancellato.* (3) et *nel ms. è scritto due volte.*

Digitized by Google

Veduta o una cosa che contende
la via dintrar amolti
channo disdegni (1) accolti
per neente
spessamente
et e alcun che con suo danno yprende
Non ti fidar nel tuo parer leggendo
che longa ela fatica
le piu volte nemica

vidi quod multis ad introitum se opponit . qui sunt sepe pro nichilo dedignati . ℭ *Aliquis vero est qui hoc ad dampnum proprium perpetrabit .* ℭ *Non confidas* (2) *de oppinione propria in legendo .* ℭ *Quia longus noscitur labor talis .* ℭ *Et sepe continget,*

perpetuum et sic iratus pro tempore concitatus . iracundus frequenter iratus et leviter . Item ab irascor irascibilis et ut dicit Ieronimus irasci hominis est sed iram non perficere christiani et est ira per initium et est ira per çelum . Et Gregorius in .v°. moralis ira per initium oculum mentis excecat ira autem per çelum turbat . unde psalmista turbatus est pre ira oculus meus . nunquam enim contemplatio commotioni iungitur nec prevalet mens conturbata conspicere ad quod vix tranquilla valet inhiare . quia nec solis radius cernitur cum commote nubes celi faciem obducunt . nec turbatus fons respicientis ymaginem reddit quam tranquillus propriam hostendit quia quo eius unda palpitat eo in se speciem similitudinis obscurat sed cum per çelum animus movetur curandum summo opere est nec hec eadem que instrumento virtutis assummitur menti ira dominetur nec quasi domina preeat . velud ancilla ad obsequium parata arationis tergo nunquam recedat . tunc enim robustius contra vitia erigi-
c. 39 b. tur ‖ cum subdita rationi famulatur . Et augustinus in epistolis sicut acetum corrupit vas si diutius ibi fuerit sic ira corrumpit cor si in alium diem duraverit . Et gregorius in moralibus libro .v°. supra Iob cogitationes iracundie viperee sunt (3) generationes mentem commedunt matrem suam .

(1) *B* disdengni (2) *Segue* in *cancellato.* (3) *Segue* cogitationes *cancellato.*

Digitized by Google

porai ben netto
over perfecto (1)
da te veder quel cheglialtri anno udendo
Ese cagion tastringe al non udire
al men se puoi farai
di che saver vorrai
chey fondamenti
ti rapresenti
alchun che saccia il modo da seguire

quod id quod consecuntur reliqui audiendo, a te ipso videre, purum (2) *plene non poteris vel perfectum .* ℭ *Si tamen causa te cogerit, non audire, fac saltem si poteris, quod aliquis qui modum in hiis que scire volueris noverit, prosequendum, eo-*

unde seneca nichil tibi liceat dum irasceris et secundum augustinum ira est tristitia ex impotentia ulciscendi Et cassiodorus ira est animi motus concitatus ad penam inferendam . Et dama[scenus] Ira est fervor eius qui circa cor est sanguinis . ex evaporatione fellis vel perturbatione factus . Et poeta Ira hodium generat etc . Unde coniugis irate noli tu verba timere nam lacrimis (3) serit insidias cum femina plorat quod facit ad licteram . et glosa super Mathei .v. ira est omnis motus malus ad nocendum et damascenus ira est turbolentus animi appetitus auferendi ea que facultatem actionis impediunt . et .... ira furor brevis est animum rege qui nisi paret Imperat hunc frenis hunc tu compesce catenis et seneca homo extra corpus suum cum irascitur . Et hethicorum .iiij. dicit Aristotiles . Amari autem difficile solubiles et multo tempore irascuntur Retinent autem iram quies autem fit cum returbuerint . punitio enim quietat impetum ire delectationem pro tristitia faciens hoc autem non effecto grave habent propter non manifestum enim esse neque suadebit ipsis aliquis In ipso enim dicitur ira tempore indiget . Sunt autem tales sibi ipsis molestissimi et maxime amicis . et ibi multa bona invenies circa hec . Et salomon dicit . proverbiorum .xxij°. ca-

(1) *B* perfetto (2) *Segue* videre *espunto.* (3) *Corretto da* lacrimas

Digitized by Google

c. 39 b. **Libri daver piu ti sforça corretti**
che begli odapparença (1)
studia quella sciença
che piaccia adio
poi ti dico io
chonor estato tua vita naspecti

c. 39 b. *rum tibi primordia representet . ‖ ℂ Libros correctos amplius, quam pulcritudine apparentes, coneris habere ℂ In illa stude scientia, que deo placeat et quod ulterius dico tibi, ex qua statum vita,*

pitulo . Melius est habitare in deserta terra quam (2) muliere rixosa et iracunda . Et eodem (3) capitulo noli esse amicus viro iracundo neque ambules cum viro furioso ne forte discas semitas eius et summas scandalum anime tue . Et in ecclesiastico capitulo .viij°. cum iracundo non facias rixam et cum audaci non eas in desertum quoniam quasi nichil est ante illum sanguis et ubi non est adiutorium elidet te . Sequitur alia lictera . *et aptus qui adscenderit . etc* . Super isto .ℵ. vide supra parte prima documento .xxiij. in glosa magna et figuras . *Confortat te etc* . verum dicit ei autem qui adscendit novitas est sepius contraria quia descendere potest . ad .ℵℵ. precedentes facit quod folchectus de Marsilia inquid per deu amors ben sabes veramen qan plus dessein plus poia humilitaz et orgoillg chay o plus alt es poiaz etc . qua pres bel iorn ai vist far noct (4) squra . *valet . etc . explanare* de hoc supra parte eadem plenius dictum est . *eloquentem* lictera tota istius .ℵ. clara est et licet hoc libro satis de hoc alibi dictum sit ut tamen magistrum talem cognoscere valeas dic quod eius narratio debet esse brevis cum aliquid narrat et lucida et verisimilis brevis est quando non nisi necessaria comprehendit . habito respectu ad materie quantitatem . lucida . idest intelligibilis et aperta secundum capacitatem ingenij auditorum nil h[abens] ambiguum nil tortum . non summes principium aremotis nec nimis longe materiam prosequens, de hiis autem que principaliter pertinent nil obmictens verisimilis si rebus et personis debitas circumstantias assignemus narrantes ut mos ut op-

(1) *B* belgli o daparença (2) quam *nel codice è scritto due volte.* (3) *Il ms.* edem (4) *Segue* h *cancellata.*

Digitized by Google

Poner qui fine ala seconda parte
poremo edir di quella
donna cotanto bella
che costança (1)
e forte avança
ciascun (2) che fermo dallei non siparte
per lei comprendi ognarte
per lei si porge ogni fermeça (3) in carte

speret tua pariter et honorem . ℂ *Possemus hic equidem finem ponere huic parti secunde .* ℂ *de illaque dicere domina, ita pulcra, que constantia nominatur . et que fortiter auget omnem, qui constans non dividitur a predicta .* ℂ *Per hanc artum quamlibet, comprehendis .* ℂ *Per hanc quoque, in cartis stabilitas, stabilitur .* ℂ *Sed ante*

pinio ut materia videbitur postulare et sic ponitur in catholico ..... (4) *etc* . et de hoc etiam parte prima superius dictum est documento secundo . in glosa . ratio ..... .℣. sequenti . *per simile etc* quia sic est de similibus ad similia transeundum quod ..... dictum est cum nequeat de omnibus inseri ordo rebus . *et semper etc* . et lictera istius .℣. .....tis ad idem cum ratione subiuncta . *dedignati* vitium est specialiter puerorum . *ad dampnum pro[prium]* et istud est stultorum *non confidas etc* . quia omnis homo non est augustinus . rationes adducuntur in duobus .℣. sequentibus . *Si tamen etc* . et iste .℣. dat consilium cum ad non audiendum extra necessitas te cohartat et optime loquitur lictera ut glosa non egeat cum autem aliquam quam scire velis scientiam nec extra nec in domo audire poteris fac quod potes legas et relegas pluries nam licet cum maiori et longiori difficultate hanc pertingas tandem comprehendes ut plurimum et si non sic subtilem sed necessariam veritatem attende tamen ut ydonee in gramatica sis fundatus . et si est gramatica hec quam queris saltem libros habeas opportunos . quod si non potes quere per alia devenire ad illud *libros*

(1) *B* constança (2) *B* ciascum (3) *B* fermecça (4) *Una rasura impedisce in modo assoluto la lettura di circa otto lettere che dovevano indicare la citazione del testo latino, forse*: Et unum vidi

Digitized by Google

Ma prima che cominci alegger (1) ella
pero chel si convene
quando alontrar (2) hom vene
in somma avere
quel che savere
dece achi poi per spetie favella

quam eam incipias ad legendum, quia decet et convenit cum quis in rem aliquam summit introitum, eum in summa prenoscere totum id, quod scire ipsum postea expedit, qui per spetiem dat loquelam,

etc . de hoc vide infra documento sequenti optimum testum regule .cxliiij. et que ibi notantur *In illa stude . etc* . de hoc habes infra in parte prudentie documentum per se speciale .xiij. et de scientie divisione habes parte prima documento .xxiiij°. in magna glosa . *possemus hic etc* . verum dicit nam tractatus regularum qui sequitur posset obmicti et stari hiis que libro sunt posita . Sed melius est tractatum ... adducere et sequens etiam dicit testus in glosa . *que constantia* de hac plenius habes iufra parte .iij°. sequenti per totam . *per hanc* . dic constantiam de qua modo fecit hic mentionem . *Sed ante* [*quam*] lictera istius .q. specialem introducit rationem quasi tractatus nunc sequitur regularum alia videbis notata videbis infra proxime in tractatus prohemio subsequenti.

(1) *B* allegger (2) *B* allontrar

Digitized by Google

INCIPIT V^TUM^ DOCUMENTUM DE REGULIS AMORIS SUB INDUSTRIA

Seguita qui di (1) regule un tractato (2) le quagli ale fiate son trovate fallate

V.

Sequitur hic tractatus unicus regularum, que aliquando fallere sunt reperte . vere tamen

Sequitur hic etc . modo sequitur documentum utilius libri huius .v^um^. sub Industria quod rubricam habet de regulis amoris Super cuius apparatus initio est utiliter insistendum ita et in glosis omnibus documenti cum per eas etiam liber totus possit ex materiis inveniri et cum eis solis quasi ad omnia responderi et igitur vade plane . ut videlicet ante omnia supra redeas et perlegas que notantur hac eadem parte documento primo quasi circa principium ibi scilicet post novum industrie ubi dicit ipsa quod amor inter cetera intendit nos instruere per regulas et rationem adducit ponitque ibi gramaticorum exemplum et subdit regulas Tichionii quas previdere utile comprobatur . De inde lege istud prohemium regularum quod ponitur hic in testu Post que perlegere poteris que secuntur ¶ Primo nanque hoc loco tractandum videtur quid sit regula et utrum istud vocabulum huic tractatui videatur proprie convenire . et (3) an alio possint vocabulo nuncupari ¶ Secundo quibus modis iste regule facte sint et nunquid debito stilo refulgeant ¶ Tertio cur hoc loco potius quam in fine vel alibi situantur . ¶ Quarto nunquid de hiis que continent varie in locis variis contineant libri partes ¶ Quinto que utilitas colligitur ex eisdem et quare si in aliis libri partibus hec habentur hic quod videtur superfluum replicantur ¶ Sexto quare sunt signate per numeros et quid refert . ¶ Septimo et ultimo quis est ordo quem glose tenebunt in singulis regularum expositionibus similitudinibus et tractatu earum et deinde sequitur expositio licteralis . Igitur cum istius divini amoris suffra- c. 39 c.

(1) *B* Seguita di (2) *B* trattato (3) et *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

male piu volte
son vere colte
lor stilo in rime non e limitato

sepius adinvente . ℂ Stilus equidem earundem, non est strictus limitibus, quo ad rimas . ℂ Nam

gio redeamus ad primum de singulis prosequentes ℂ De quo dicamus quod secundum ysidorum regula dicta est eo quod recte ducit nec aliquando aliorsum trahit ℂ Alii dixerunt regulam dictam vel quod regat vel normam recte vivendi prebeat vel quod distortum pravumque est corrigat hetimologiarum libro .vii°. et ponitur transuntive in canone .iij°. distinttione canon lex autem dicit quod regula est que rem que est breviter enarrat . non ut ex regula ius summatur sed ex iure quod est regula fiat per regulam igitur brevis rerum narratio traditur et ut ait Sabinus quasi cause coniuntio est que simul cum in aliquo vitiata est perdit officium suum . digestis de regulis iuris in principio . ℂ Gramaticus autem dicit quod regula est multorum similium collectio et iste due ultime huic tractatui commodius adaptantur ℂ Alii dixerunt regulam limitem quem transgredi non licet quod tota die per ordinem rei militaris probatur ut qui rem aduce prohibitam fecit aut mandata non servaverit capite punitur digestis de re militari lege desertorum .ℨ. in bello . ℂ Alii dixerunt regulam signum positum in confinibus teritoriorum locorum ad quod venit illud Virgilij limes erat positus litem ut discerneret agri . quod allegat ysidorus et ponitur extra de verborum significatione in capitulo ferus . unde pro finibus distinguendis introducta est actio finium regundorum digestis finuum (1) regundorum hec actio (2) et per totum . cum similibus suis ℂ Alii dixerunt regulam omnem ordinem in vivendo . inde igitur regulam dictam secundum quam unum collegium vel aliqui homines vivunt . et ad hoc venient .xiij. capitula apostolice regule que ponuntur in canone .xxv°. distinctione . incipientes ibi sub .ℨ. nunc autem versu ac primum et pontificali gradu incipientes qualem opporteat eum esse qui in episcopum ordinandus est diligenter investigemus apostoli regulam secuti etc unde etiam linea in nostro ydeomate dicitur regula ut certum nobis ordinem designet scribendi ℂ posset ergo dici quod regula nil est aliud quam

(1) *Così il ms., evidentemente per* finium (2) *Il ms.* acto

Digitized by Google

Congnuna desse aremota matera
e tal poco comprende
e tal in piu sistende

earum quelibet, remotam noscitur, obtinere materiam . ℭ Parum aliqua comprehendit . ℭ Et alia in amplius se extendit . ℭ Et invenies si

certus ordo rationabilis in rebus ℭ Sed ut conformetur huic tractatui et omni speciei regularum dicas si placet Regula est brevis utilitas ordinata . ℭ Utrum autem hoc (1) vocabulum regula conveniat huic tractatui videamus et dicas quod sic istis breviter rationibus (2) qualibet earum regularum traditur brevis modis de certa seu certis materiis . que ad bene agendum vel malum vitandum, seu bene loquendum pertinere censetur vel que de certis rebus meliora recolligens aperit vel diffinit . Sed forte proprius possent hec proverbia vel parabole appellari . ℭ nam vulgata edictio parabolas quod ebraice masloth parothoemias . idest proverbia dicit . et parabole grece latine similitudines (3) appellantur . secundum quod de hiis multo plenius est notatum infra parte .vij°. documento .xv°. quod tractat de medicis ibi ubi hec dictio parabolani ad conveniens reducitur circa principium Et antiquorum mos fuit probata verba et deliberata in se utilitatem habentia proverbia appellare . unde dominus in proverbiis hec locutus sum || vobis . Sequi- c. 39 d.
tur de secundo videre de quo dicas quod iste regule ut dicit earum prohemium sub certo stilo ut una similetur alteri vel ad rimas respondeat non formantur eo quod quelibet remotam ab altera et dissimilem tam in quantitate quam in qualitate habet materiam quelibet tamen habet ordinem in se ipsa et facte sunt ad instar provincialium gobularum . ex quo eas debito fulgere ordine (4) non negabis . De tertio sic dicemus . Posuerunt iureconsulti regulas in fine quia que ultimo situantur melius memorie retinentur de consecratione distinctione .ij°. liquido et ut hostendatur ius summi non ex regula sed regulam ex iure . ut accedat digestis de regulis iuris lege prima . nec novum est ut aliqui-

(1) *Segue* voc *cancellato.* (2) *Segue una lacuna di circa cinque lettere.* (3) similitudines *è scritto due volte; ma la prima volta è cancellato.* (4) *Nel ms.* ordine *con un segno d'abbreviazione sull'* e.

Digitized by Google

e troverrai
se ben guardrai
channo del novo edi quel che detto era

c. 40 a. *recte conspicias, quod de novo continent, ¶ et etiam de iam dicto . ¶ Sed id tibi porrigo, per novel-*

bus specialiter enumeratis generalis clausula subsequatur que omnia comprehendat digestis ad legem aquiliam si servus servum .ꝑ. inquid lex . Codice de sacrosanctis ecclesiasticus lege generali .xxiij. questione .vª. de occidendis extra de probationibus quoniam . Phylosophi autem in tractatibus suis de genere premictentes subdunt de speciebus . ut quasi fatuum videatur primo de specie que sub se genus non habet, asserere, quam de genere que species comprehendit unde dicit regula libro .viº. generi per speciem derogatur cum similibus suis eo quod species est (1) sub genere qua sublata in genere non invenitur ¶ Nec minus hoc idem in aliis secuntur iure consulti et iurium et legum conditores ut digestis de rebus creditis . ubi titulus ille preponitur sequentibus tanquam generalior . Et de titulo extra de probationibus qui preponitur sequentibus titulus specierum . cum multis aliis optime allegatis per dominum Iohannem Andree in apparatu .vjtl. libri que brevitatis gratia obmictamus . utrunque igitur istorum diversis respectibus stare potest ¶ Sed a te quero iste tractatus quomodo stabit qui non est in principio nec in fine nec medio, Respondetur quod in principio est omnino respectu materie hic tractate . Nam Amor dicit supra in primo precedentis partis documento quod immundus non potest suam gratiam introire postea subdit in sequentibus documentis per speties de immunditie partibus scilicet vitiis et forma purgandi per totam precedentem partem ita quod quantum ad illam partem in primo documento tractat in genere in sequentibus per speties loquitur ut est dictum ¶ quantum autem ad totam massam materie ista pars secunda est in initio quod sic probabis ¶ Mundavit te pars prima ut esses habilis ad intrandum in virtutum collegium ¶ Ista secunda te mundatum et habilem docet intrare unde clarissime colligitur hic esse initium . non obstat si dicas et quare istud documentum regularum non saltem posuit amor in principio partis huius Respondeas quod et si deus simul

(1) *Segue* de regula *cancellato.*

Digitized by Google

Ma io tel porgo in ordine novello c. 40 a.
accio chalchun (1) dilecto
ti mova in lor aspecto
ecerte ancora
son vere ognora (2)
come le chiose ti diran ben quello

lum ordinem compilatum . ut tu postea in eorum, delectatione quadam, movearis aspectum . ¶ Quedam et enim ex eisdem, omni vere tempore comprobantur . ¶ Veluti loco isto, glose tibi hoc circum-

cuncta creaverit non simul omnia dici possunt immo per dies et tempora distinguntur genesis circa principium . et que incontinenti fiunt videntur inesse digestis de rebus creditis lege lecta . dices igitur hec loco debito situata ¶ De quarto sic dicas et breviter quod pauca hiis regulis comprehenduntur que si recte recenseas non sint in aliquibus partibus libri huius per verba tamen ut magis placeant dissimilia et remota ut accedat modus digestis de regulis iuris per totum et extra eodem titulo libro .vj°. per totum . Ad duo que (3) quintum continet insimul et breviter respondebo colligitur enim ex isto tractatu utilitas in sex . primo quia quedam vulgaria proverbia antiquorum corrupta reducuntur ad proprium . Secundo quia similitudines invicem reducentur . tertio quia qui librum totum habere non posset cum istis regulis poterit pertransire . Quarto quoniam ex istorum glosis quasi per tabulam libri materie ‖ licet non singule sed pro maiori parte c. 40 a.
ad notitiam revocantur ¶ Quinto quoniam pauci poterunt de aliquibus tecum loqui ut si has bene ad manum habeas non plene valeas respondere cum illis ¶ Sexto et ultimo quia brevitate sua facilius quam documenta poterunt (4) memorie commendari . de replicatione autem de qua queritur in hoc .v^to^. sic dicas quod utilitates predicte solvunt huiusmodi questionem . et preterea potest accedere quod notatur digestis de novi operis nuntiatione in principio Nam cum .vij. sint partes digestorum et .vij^a^. incipit de bonorum possessionibus vij^a^ . de verborum obligationibus unde hoc quod incipit ibi volumus digesti novi et non in principio alicuius partium

(1) *B* chalcun (2) *B* ongnora (3) *Segue* cer *cancellato.* (4) *Il ms. ha veramente* poterumt

Digitized by Google

Comincia qui la prima che non falla
la qual con tutte poi
pensate adaptar voi

posite plene dicent . ¶ *Prima itaque hic incipit que non fallit .* ¶ *Quam cum singulis postea co-*

predictarum ut codice de veteri iure enucleando lege .ij⁹ . ℥. sed cum omnia . Respondetur quod quia bonorum possesiones attinent Supradictis titulis ante bonorum possessionem . positis . scilicet . ad titulos de legatis et ideo melius cum precedentibus sunt coniunte, infra de verborum obligationibus non incepit et quia nimis parum de illo volumine remaneret . sed hec ut ibi dicitur iam est materia discreta a predictis . in hoc tamen est affinis quia supra tractatur de iure pretorio ita hic dicitur ibi eodem modo sed non in eundem modum quod facit ad propositum . et poni poterant minor glosa ¶ de Sexto dic brevius quod ideo sunt signate per numeros ut citius cum allegantur per librum valeant revideri . et citius inveniri . Septimo Respondere nos convenit et dicamus quod talem ordinem in hoc sumus opere servaturi ut hoc prescito liberius atque facilius invenias que scruptaris ¶ primo nanque ubi obscura est lictera in testu latino vel vulgari exponam eam . ¶ Secundo loco vel insimul exponendo licteram ponam tibi unum vel plura exempla scilicet unam vel plures materias in regula colligatas et hoc ideo quare cum primo habueris testus regule intellectum exemplum facilius adaptabis ¶ Tertio si locum habuerit aut remissiones non videantur sufficere similitudines referam testuales ¶ Quarto et ultimo ad varias partes libri supra videlicet et infra pro similibus materiis te remictam ¶ Sequitur ammodo expositio testualis *Sequitur hic tractatus etc .* vide quod Amor fecit supra in libri principio et facit in singulis partium huius libri principiis et in diversis locis diversis et discretis materiis pro heminentia sua . ita et huic tractatui facit prohemium quod durat usque ad primam regulam precedentem . et istud prohemium quasi totum posset dici iam per precedentia glosatum . sed nichilominus licteram exponamus Et ante istud nota quod bene est prius quam ad verborum interpretationem perveniamus pauca de significatione tituli referre digestis de rebus creditis lege prima . Sicque in singulis proponendis prefationes premicti digestis de orrigine iuris lege prima . dicitur enim ibi de inde si foro causas dicen-

Digitized by Google

come voccorre
ognuna torre
ancor la chiosa insegna (1) achi vorralla

gitate, adaptare vos ipsi, ac ut vobis occurrerit, summere unamquanque . ℭ *Glosa etiam in hiis edocet se volentes.*

tibus nefas ut ita dixerim videtur nulla prefactione facta Iudici rem exponere, quando magis interpretationem premictentibus inconveniens erit obmissis initiis atque orrigine non repetita atque illocis ut ita dixerim manibus protinus materiam interpretationibus tractare namque nisi fallor prefationes et libentius nos ab lectionem proposite materie producunt et cum ibi venerimus eius evidentiorem prestant intellectum hoc premisso ad istam licteram cum brevibus descendamus ut cito ad regularum flores ut ad quedam iocunda solatia veniamus in quibus non erunt ex novitatibus mutuis tot tedia menti nostre ‖ *que aliquando fallere etc* patiuntur et enim exceptionem regule Sed ut plurimum vere sunt hoc tamen (2) infra in qualibet regula utilius locabitur cum fuerit expediens locis suis circa quod et circa plura alia que notantur digestis de regulis iuris in principio et extra eodem titulo per dominum Iohannem predictum et per dominum dinum de mucello et licet breviter per dominum Iohannem monacum essent quam varia referenda Sed quia illa locus iste non patitur transeamus . *Stilus etc* . ut infra eo titulo in pluribus regulis . *et etiam de iam dicto* et de hoc etiam per lecturam certificaberis infra *per novellum ordinem etc* . quia omnia nova sunt pulcritudine decorata ut in prohemium digestorum cum similibus *omni vere tempore etc* . ut sunt prima regula et secunda et similes per quod videtur quod ille que exceptionem minime patiuntur non sint regule de hoc dicas ut in locis allegatur predictis postquam locus iste non patitur tamen quod regula forte dicit non possit saltem possit proverbium appellari . *plene dicent* remictendo te ad predictos et ad regulas infra in quibus dicetur si non fallant in locis suis . *prima etc* . ecce iam quod dicit hic testus quod prima istarum non fallit *adaptare* scilicet inducentes illas ad que conveniant ut in exemplis ponetur atque similibus .

c. 40 b.

(1) *B* insengna (2) hoc tamen *è ripetuto nel ms , ma la prima volta è cancellato.*

Digitized by Google

REGULA PRIMA

Dio e signor (1) evede quanto fai
merita con (2) convene
puniscie ove savene
dove dece perdona
achui toglie (3) echui dona
tutto aderitto (4) e non e fallo in lui
saggio e chi ama eseguita costui

R . I.

Deus est dominus ℭ et quicquid feceris non ingnorat ℭ Premiat sicut decet . ℭ ubi expedit punit . ℭ Parcit ubi convenit . aufert aliquibus . ℭ Confert quibusdam . ℭ Iuste totum nec in ipso defectus aliquis reperitur . ℭ Qui delegit hunc et sequitur, prudens erit.

glosa etiam etc . edocet etc . dic ut dictum est in locis suis infra exempla ponendo . Sequitur ammodo de prima regula pertractare que talis est.

Deus est dominus etc . Ista prima regula clara est in in latino atque vulgari testu et igitur expositione non eget . ponamus ergo exemplum in quo casu posset regula locum habere . Carmentes habuit .iiij^{or}. filios unum virtuosum sed alium nequam tertium homicidam quartum ribaldum inter quos olim diviserat substantiam suam manumictens illos sibi media reservata post paucos menses primus factus est pauper secundus dives Tertius terre dominus, Quartus quandam habuit honestissimam et pulcerimam in uxorem . Cum omnes hii die quadam coram patre venissent inquid ad fratrem suum Arambium esse miraculum iste virtuosus pauper est hic nequam dives hic omicida terre nostre Rector et iste varacterius est sic feliciter sotiatus Respondit Arambius et allegavit testum regule presentis . Tu autem ammodo per similia procede Nunc vide remissiones ad regulam . *deus* de

(1) *B* esingnor (2) *Il ms.* cō (3) *B* tolglie (4) *B* adiritto

Digitized by Google

REGULA IJ^A^

Ogni (1) potença
gioia allegreça (2) stato e contenença
odi legge credença
fin di dolor ricevon edi pena
se conoscença di dio noli mena

.IJ.

Omnis potentia, ℭ *Solatium,* ℭ *Alacritas,* ℭ *Atque status,* ℭ *Nec non et legis continentia, seu credulitas, finem pene, recipiunt et doloris, si dei eos, congnitio non conducit.*

deo et eius laudibus vide supra in glosis prohemii quasi per totum et ibi de summa trinitate et fide catholica . de divinis nominibus vide infra parte .viij. documento .vj°. in glosa et de nominibus christi infra parte nona documento ultimo in glosa . et de humilitate dei ibidem . et de ..... corporis christi supra parte prima documento nono in glosa et ibi multa et remissiones in dictis locis.

Omnis etc in hac secunda regula expone ..... hoc modo scilicet observantie vel ritus . et hoc [dic propter va]rios (3) ritus paganorum et similium [qui etiam damnosum] non cognoscant . Pone exemplum [cum sederet] Rex salomon in solio suo dela[tum est ad eum] quod tres milites sui quorum unus [erat potentissi]mus sub eo et secundus qui semper iocund..... ibat et tertius cui omnia temporalia pro .....debant . stantes die ipsa in coro ecclesie ..... monasterii cuius omnes monachi errabant ..... sunt dei cadente ac submersi mori ..... dixit Salomon Adeus quot bona sic subito (4) sunt ammissa Respondit Regina una ex suis (5) nomine Ana testum et licteram regule presentis videas ammodo de similibus et veniens ad concor-

(1) *B* Ongni (2) *B* allegrecça (3) *Tra parentisi quadra pongo in questo brano tutto ciò che nel ms. fu ritoccato da mano posteriore del sec. xvij.* (4) *L'u non si vede nel ms.* (5) *Qui, come altrove in questo brano, do, più che una lettura certa, un tentativo di ricostruzione in base ai resti.*

Digitized by Google

REGULA IIJ^A^

Poco val cominciare, omeço intrare
achi del fin non si puote laudare

.IIJ.

Parum est aliquid inquoare, ¶ *Vel ad metas medij pervenire, illi qui nequit ultimo commendari de fine.*

dantias sique sunt . *Omnis potentia* de ista potentia temporali habes supra certam partem in prima parte precedenti documento secundo et infra in principio .vi^o^. partis Super templo terrene potentie de alacritate infra in parte .viij^o^. per totum . *et legis etc* de false credentibus habes in variis libri partibus et maxime de quibusdam phylosophorum erroribus infra in fine partis xi^o^ et alibi Non autem credas quod hic loquatur de lege divina quam primus Grecia tradidit Moyses . eam adeo datam sacris licteris explicando ysidorus hethimologicon libro .v^o^. vij^o^ . distinctione . Moyses . que omnibus preferenda est legibus .viiij^o^. distictione quis nesciat et .c^o^. sane quippe . vel de foronci aut Mercurij aut termegisti vel Salonis institutis de quibus habes in allegato capitulo Moyses . vel de legibus latis (1) ab hiis qui nominantur in capitulo fuerunt eadem .vij^o^. distinctione et de quibus habes digestis de orrigine iuris per totum . que non permictunt homines in paupertate vivere nec in anxietate mori in autentico de heredibus et falcidia in fine . Sed intellige hanc dictionem legis de observantia vel ritu inordinatis ut dictum est supra et vide .viij^o^. distinctione mala et capitulo virtute et capitulo frustra et capitulo finali.

Parum etc . Nec ista etiam tertia regula eget expositione clara est vide ergo exemplum Achia religionem intravit in .viiij^o^. anno honestam gerens mirabiliter vitam et usque ad XL annum perseveravit etiam bono laudabatur coram rege herminie patre suo ..... || nemini de hoc loquenti dabat responsum . cumque relatum esset ad regem

c. 40 c.

(1) *Segue* que *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .IIIJ.

Molti vedian chenno appellati amanti
ma pochi son nela gratia damore
non per defecto di lui che signore (1)
ma per lor viço epiu volte per vanti

.IIIJ.

Multos videmus appellatos amantes ℂ *Pauci tamen in gratia sunt amoris .* ℂ *Non ob eius qui dominus est defectum,* || *sed eorum exigente* c. 40 b. *vitio sepiusque iactantia causam, dante.*

hanc filiam cum .l. annum attingisset fregisse nocte portas et cum quodam monaco abiisse inquid Rex in publico ut iacet in lictera istius tertie regule . *inquohare etc* . super hoc vide quod de perseverantia notantur infra in sequenti parte constantie in suo prohemio . et tota illa pars ad hoc facit . facit etiam ad hanc regulam testus infra partis .x°. per totum . et perseverantie figuram vide infra circa finem testus parte ultima et figuram laudis que in fine cernitur vide infra in fine totius apparatus libri huius . et ibi de initio medio atque fine in figuris videbis . et in decretis de penitentia distinctione .ij^a^. in multis capitulis . quinquagesima distinctione . hii qui sanctam quia nemo micteris manum ad aratrum etc cum hiis que notantur hoc libro infra . parte .vij^a^. documento .xj^o^. et vide supra parte prima documento .xj^o^. et vide supra parte prima documento .xvij . ℣. alium.

Multos etc. amantes istud sive velis intelligere de amore divino sive de licito mundano stare potest Siquidem de divino vide notata supra parte prima ideo in totius libri huius prohemio Si autem de licito mundano etiam ibidem et hac eadem parte Supra documento secundo pone ergo exemplum in utroque . In divino dicas In ecclesia cathedrali multi erant canonici dixit quidam ad episcopum O quam multos habetis et bonos ministros ipse Respondit ut intestu lictere huius regule In mundano sic viginti scutiferi seu domicelli erant semel simul florentie unusquisque se

(1) *B* singnore

Digitized by Google

c. 40 b.

REGULA .V.

Disama (1) chi per se finge damare
et ancora colui
che vuol far men che ricever daltrui

.V.

Hodit qui pro commodo fingit proprio se amare ¶ *Sic et ille similiter, qui maiora recipere nititur quam conferre.*

iactabat de quadam domina dixit quidam qui audiebat eos ad sotium o isti habent bonum tempus Respondit sotius testum istius regule Ad hec accedit capitulum .XL. distinctione multi sacerdotes et pauci sacerdotes etc . vide ibi . *defectum* quia non potest in deo esse defectus de penitentia distinctione secunda omnis creatura et hoc si dicas de divino si autem de mundano amore . dicas quod in eo non debet esse defectus ut de hoc dictum est in allegato documento secundo Supra hac eadem parte . *iactantia* de istis se iactantibus habes notatum supra parte prima . documento .xxxj. in testu et glosa et vide testum infra parte .xi^a^. documento secundo.

Hodit etc . hec .v^a^. regula rudibus videretur obscura Sed per exempla videbunt clare intentionem ipsius . Pone ergo exemplum in filio Goliandri Remensis . qui sequebatur dominum landelot propter duo unum ut lucraretur ab eo nam expendens eius pecuniam continuo subtrahebat et hostendebat se magis diligere ipsum dominum quam se ipsum et ob hoc iste dominus nunquam suam rationem revidebat cumque semel dominus landelot volens illum probare dixisset vade arma te armis meis et teneas cras cum tali nomine meo bellum inquid ille quod non iret intervenerunt plures instantie omnibus negativa replicavit Quesivit igitur dominus landelot in quo ergo me diligis ille ait in omnibus aliis et sic de pluribus descensive petiit ab eodem . in omnibus autem ille causam quesivit ut non acquiesceret . demum petiit ab eo .c. libras . muto pro festo sequenti . ille

(1) *B* Dismama *con la prima* m *espunta.*

Digitized by Google

REGULA .VJ.

Magion non face lom ma homo quella
dunqua vertu ben giace
in quel che vuol la sua fama verace

.VJ.

Domus non facit hominem, sed hanc homo ℂ *Iacet in illo igitur digne virtus, qui veracem famam propriam obtinere mollitur.*

vero cum posset dixit se non habere . unde visa est eius ratio et de suis conditionibus inquisitum repertumque est illum huic subtraxisse in annis .xii. libras . duo milia turonensium . Cum autem iste dominus matri proprie domine Alane conqueretur de istis inquid mater testum huius regule . Super hiis vide testum Supra hac eadem parte documento secundo et parte .vij^{a}. documento decimo . et que ibi notantur et .v^{e}. questione .v. non omnis et capitulo non obsculatur . et facit ad hoc infra eodem documento regula .viij^{a}. et que ibi notantur.

Domus etc . dicit hec .vj^{a}. regula veritatem in prima parte usque ad ⁊. Iacet . de inde subiungit modum inducendi nos ad faciendum nos ..... domum faciamus quia non domus facit hominem Exemplum vide . Recitat Raymbaut provincialis quod cum comes Tollosanus dudum quereret a domino Naumerich dum esset super quodam novo casu in Monte pesulano, quorum possemus super hoc habere consilium Respondit ei de duobus probis viris qui erant in terra et tunc quidam scutifer subiunxit adhibeatis etiam dominum Guillelmum dixit dominus Naumerich et quid scit iste facere Respondit scutifer ditissimus homo est et non est aliquis in hac terra qui tam spatiosas et pulcras habeat domos et possessiones tunc rixit comes et inquid testum huius regule usque ad .⁊. iacet et dominus Naumerich subiunxit Si igitur domum facit homo et non homo domum *Iacet etc* ut in ista regula usque in fine . Similia huius regule habes de parte prima supra in [parte] precedenti documento .viij. in glosa . de parte autem secunda regule tractat quasi liber hic ..... aliter . scilicet . bene iacet

Digitized by Google

REGULA .VIJ.

Meglie (1) divider che perder la preda
e danno ognun leggero
chi sa portar e saggio
per riparar contra laltro che maggio

.VIJ.

Melius est dividere quam amictere predam ℭ dampnumque leve quodlibet tollerare qui novit, ut contra reliquum providcat quod est maius, sapiens est dicendus.

virtus in homine et specialiter de hac virtute habes glosas et figuram supra .v. documento parte precedenti in glosa magna . et ad huius regule principium facit .XL. distin[ctio] ..... vel ordine creatori nostro nos proximos faciunt sed nos aut merita bona coniungunt .....unt . eadem distinctione in capitulo multi . non locus sanctificat hominem sed homo locum cum multis similibus in dicto capitulo . et in documento predicto ad quod remicteris . et accedit illud ..... subiungere conor et res accedere debet hominibus vero homo rebus digestis de ..... iustis in ... et vide .xxiij. questione .iiij. Sicut ibi ut primatem vero ex ordine loci ..... vite meritis faciat quoniam apud deum non gradus elegantior sed vite melioris actio.

c. 40 d. *Melius est dividere etc* Ista .vij^a. habet in se propositum et exemplum et sic sine exemplo alio clara est . nichilominus da exemplum Amideus de Brixia mercator ibat Romam cum duobus equis et uno discreto famulo invenit quedam Robatorem nomine Raynerium qui austulit ei equos et pannos quo facto supervenit Ghinus de Taccho et dixit Raynerio quomodo est tu ausus sine mea licentia hoc fecisse . dixit ille et quomodo vis tu privilegium in rapina qui non proficis ad tuitionem tunc Ghinus obmissis aliis dixit aut da michi unum ex istis equis aut auferam a te ambos erat enim iste Ghinus potentior valde Ille autem respondit nolens cum eo fuit in rixa et perdidit ambos

(1) *B* Melglie

Digitized by Google

REGULA .VIIJ.

Non e ognun percheglil (1) dica amico
ne per tacer nemico
ma lovra sola ci face la prova
e piu la longa (2) chela breve onova

.VIIJ.

Non omnis licet id asserat est amicus ℭ Nec quoque si taceat inimicus ℭ Sed sola id actio probat nobis ℭ Hocque longior amplius quam brevis forsitan aut nova.

quos cum abduceret obviavit Mercatori et narravit ei hoc totum tunc Mercator dixit ad eum verba istius regule ita ex hiis motus Ghinus unum restituit sibi equum . huius regule vide similitudines supra proximo documento in testu et glosa et ibi exemplum . et .xiij^. distinctione .c. duo mala etc. nervi testiculorum et solutionem et distinctione sequenti in .ℨ. verum etc. quod ait . et vide infra parte .vij. documento .viiij. ibi ubi tractatur de modo post naufragium tenendo.

Non omnis etc . Nec ista .viij. regula eget expositione sed expone ibi in fine *aut nova* repete actio quod est supra Modo exemplum vide dominus Iohannes de Ianvilla filium habens eodem nomine appellatum et paratum ad longum iter inquid ei elige tibi de gente nostra quattuor quos magis amicos nobis et tibi credis, et ducas tecum tunc ille dixit ducam ergo tales et tales dixit pater inter hos est unus scilicet talis qui fecit olim proditionem contra dominum suum sed tolle eius loco talem de quo bene confidimus dixit filius Iste quem elegi dicit quod magis diligit me quam se vester autem nunquam hostendit verbis affectionem a me licet requisitus servierit . Tunc dixit pater verba regule . Super hoc vide .v^. questione .v^. non omnis etc . non obsculatur que faciunt per indirectum ad licteram et ad hoc vide supra parte prima documento secundo .ℨ. malorum consortium in glosa et eadem parte documento decimo in testu et glosa.

(1) *B* perchelglil (2) *B* longha

Digitized by Google

REGULA .VIIIJ.

Vedian che donna piu si tien che homo
vegna (1) onde vuol e como
chessa dicio e vie piu dalaudare
che se hom tanto si tenesse allei

.VIIIJ.

Videmus aliquam dominam, plus tenere se viro ℂ *Unde vult et quomodo veniat quod satis est amplius ex hoc ipsa laudanda, quam si vir tantum teneat se ad illam* ℂ *Cum virtutis*

Videmus hec .viiij^{a}. regula videretur rudibus intricata unde expone illam et dic primo quod usque ad .℣. secundum stat mens regule reliqua subiunta (2) argumenta sunt ad regulam comprobandam et quedam in fine testus ad maiorem efficaciam subiunguntur exempla . *plus tenere se viro* idest costantiorem esse et subaudi aliquam quod est supra non omnem de hoc vide quod notatur supra parte prima documento primo . in glosa *cum virtutis amplius* quia vir dicitur (3) a virtute . et illud Ambrosij vide .XL. distictione in capitulo illud et vide supra documento .vij^{o}. in glosa . *debilitas etc* . quia non debet esse in eo debilitas et loquitur de cordis debilitate . *inordinatio* . debet enim ordinatum appetitum habere .xlvij^{a}. distintione . capitulo omnes et capitulo virum et capitulo bonorum . *verecundia etc* . de ista verecundia vide supra hac eadem parte documento tertio . in testu et glosa . et hec valde opportuna est illis qui ad virtutem non moventur amore . *non recte iudicat* quia non est vitium modo isto . *cum hanc* construe sic hunc .℣. cum formidare hanc subaudi verecundiam summa sit cognitio idest discretio de quas infra parte sua .iiij^{a}. per totam . *quanquam etc* . hoc dicit ut hostendat se intelligere quod hic est maior gradus virtutis . *et equalis* modo ponit exemplum et expone sic . et in minus forte equalis percussio cum eo idest cum eius percussione qui || fortior est maiorem laudem reportat *fame-*

c. 41 a.

(1) *B* vengna (2) *Segue* sunt *espunto.* (3) *Segue* ad *cancellato.*

Digitized by Google

per che hom piu di lei
edetto aver evertu e fermeça (1)
ecomo non iscusa deboleça (2)
o appetito inordinato lui
cosi (3) possian dir nui
che se lei trahe avertute vergogna (4)
non fa ragion chi per viço lel pogna (5)

amplius muliere vir habere dicatur (6) *et etiam firmitatis* ℭ *Et velut eum debilitas, vel appetitus eiusdem inordinatio non excusat, sic et dicere possumus quod si eam verecundia traxerit ad virtutem, non recte iudicat, qui eidem ad vitium hoc*

licus etiam modo subdit aliud exemplum . et dic *claudere* idest refrenare *grandiorem* scilicet sautiato quod est supra et verum dicit quia plenus venit facile de ieiunio . disputat . premissa expositione pono tibi breviter exemplum et denique opponam ad istum .ℨ. ultimum . Quidam inordinatus ad inordinatum servitium unam valentem dominam requirebat Ipsa inter cetera respondebat quod nullo modo propter verecundiam assentiret . Iste veniens ad sotium dixit ei predicta quasi dominam quod non ob virtutem renueret contempnendo Respondit sotius volens veritati et sotio de domina eius placere verba testus istius regule . probando per argumento et exempla quia ille credere non volebat Sed oppono ad ultimum exemplum dicitur in fine huius regule quod famelicus etc . ergo cum inducat hoc amor ad probandum . pro domina videtur intelligere quod maior sit appetitus et ardentior in muliere quam in viro Super hoc dicas quod prima facie cum muliere naturaliter sit frigida et humida non videtur procedere quod in libidine sit viro ferventior de ista dubitatione Respondit et bene Guillelmus de Contio, dicens quod in humidis lignis difficilius ignis accenditur accensus tamen in illis fortius et diutius ardet . Item ut inquid Matris que semen recipit frigida est semen vero calidum et humidum . gaudet ergo matrix illo recepto Nonne videmus serpentes dicit ipse querendo calorem hora dormientium intrare duplex est igitur mulieris

(1) *B* fermecça (2) *B* debolecça (3) *B* chosi (4) *B* vergongna
(5) *B* pongna (6) *Segue* et *espunto*.

Digitized by Google

che dottar quella e somma canoscença
tutto amar vertu sença
enel men forte colpo di paraggio
col forte piu maggior riporta laude
elaffamato chappetito claude
piu chel satiato (1) avertu in coraggio

adscribit ℂ *Cum hanc sit summa congnitio formidare* ℂ *Quanquam in hoc amor prevalcat ad*
c. 41 a. *virtutem* ℂ *Et equalis in minus forte* ‖ *percussio, laudem cum eo reportat, qui fortior est maiorem* ℂ *Famelicus etiam qui novit claudere appetitum, virtutem corde sautiato amplectitur grandiorem.*

in coitu delectatio in emissione et receptione viri autem simplex . Si ergo mulier quovis tempore licet non omni nec ante accensum ignem magis appetit Sequitur quod se cohercendo maiori virtute dotatur . De ista continentia satis superius hac eadem parte proxime precedenti documento et vide .xxviij°. .xxx°. .xxxij°. xxxiij°. lxxxj°. .lxxxij°. distinctionibus in decretis.

‖ *A d pelagus etc* . hec x° regula habet in suo prohemio antiquum proverbium Sed quia illud proverbium fallere sepe repertum est ideo amor posuit proverbium ut subderet sequentia et clara est lictera tamen ibi *occultum* referas ad pelagus non ad dubium . et dubium ponitur adiective *comuni* repete pelago vel subaudi vide nunc exemplum ad regulam ℂ Tres Mercatores ibant nundinas Sed cum eodem tempore in duobus locis fierent dixit unus bonum est nos ire in yspaniam quia nundine illarum partium famosissime sunt Secundus melius est ut eamus in yscotiam quia licet ille nundine que fiunt in illis partibus sint ordinate de novo et quasi adhuc occulte tamen ista loca laudata ut ille de quibus dicis raro sunt ut dicuntur dixit tertius fratres mei et sotij mei non queramus novitates quia etiam occulta loca habent periculum . eamus et expectemus tempus nundinarum campanie ubi soliti sumus bene facere et saltem non perdere . Amor autem erat ibi prope dixit ad eos causa de hiis disceptarent testum istius regule et ita potes

(1) *B* saçiato

Digitized by Google

REGULA .X. c. 41 a.

Apelago laudato
mal pescar otrovato
et ancora (1) il nascoso
trovian pericoloso
pigliati (2) al comunale
di chui sai loco e fondo e quanto vale

.X.

Ad pelagus commendatum, malam reperij piscaturam . ℭ Occultum etiam, dubium invenimus . ℭ Comuni ergo adhereas, cuius situm fundumque cognoveris, quantique similiter sit valoris.

tu ad hec similia respondere . *malam reperij* . Istud bene solet contingere . quod ubi aliquid multum laudatur de similibus signum est quod multi inde traxerint commoda et sic vel pauca remanent vel propter multitudinem in multas partes et ob hoc quasi inutiles dividuntur . Accedit ad hoc regula sequens . cum remissionibus suis . et expone supra *laudatum* . scilicet publice et vulgo non tamen digne laudatum et pro unius cuiusque sufficientia.

Antiquam et hec etiam xj^a^ regula continet in principio antiquum proverbium . Sed subdit amor optimas additiones sine quibus regula stare non poterat . et clara est lictera vide illam Sequitur exemplum . Quidam mercator de Bononia ibat Florentiam cum esset apud valles dictum est quod nova via quedam qua itur Mucellum est brevior solita dixit ad sotium hanc eligibiliorem videri . Sotius autem cautus respondit huius regule testum . Ille mercator alia sumpta sotietate || secutus est penitus velle suum c. 41 b.
et contingit quod occisus est Sotius autem solitum iter arripiens prospera consecutus est . Ad regulam istam vide remissiones notatas supra in regula tertia et in regula proxime

(1) *B* anchora (2) *B* pilgiati

Digitized by Google

REGULA .XJ.

Lantica via non lassar per la nova (1)
se non ai ferma prova
che sia miglior (2) ogni tracto (3) pensato
cosi dogni (4) mutar sia consigliato (5)

.XJ.

Antiquam non deseras semitam pro novella ℂ si tractu quolibet prepensato, tibi quod melior sit, valida probatio non accedit . ℂ Sic ad mutationem quamlibet sis instructus.

precedenti . in ea parte qua huic similes . et ad finem istius regule vide . xxij°. questione .iiij°. In malis promissis rescinde fidem in turpi voto muta decretum . et capitulo magne et per totam distinctionem et ad totam regulam vide infra totam partem constantie sequentem in testu et glosa.

Bestia etc . hanc .xij. regulam sic expone tu puer subaudiens est in principio et dicens et construens bestia idest animal irrationale nunquam est homo idest ut habet rationem quam homo Sed hominem sepe reperi . bestiam (6) idest ratione carere . *est etc* . modo probat per sequentia hominem cui (7) data est discretio si caret ea deteriorem esse bestia cui (7) data non est . *absque illis* idest ratione et cognatione *delectatur* per hoc notatur quod non est ignorans ignorantia excusabili . vide exemplum Accessit quidam miles ad dominam blancemani de qua fit mentio infra in parte prudentie documento .viiij°. in glosa et inquid ad eam dum adhuc virgo esset . Quare non dicitis vos patri vestro ut vos tradat marito Que respondit nec tale consilium dandum est virgini nec a virgine immitandum . Et miles dixit immo est in virgine fatuitas extimanda que tanta pulcritudine dotata est sic inutiliter perdere tempus suum .

---

(1) *In A* nuova *con l'u espunta; in B l'u è rasa.* (2) *B* milglior (3) *B* tratto (4) *B* dongni (5) *B* consilglato (6) *Prima di* bestiam *nel ms. è una* p *cancellata.* (7) *Sopra* cui *è un segno d'abbreviazione cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .XIJ.

Bestia non e mai homo
ma homo bestia spessamente veggio
etanto e peggio
che data glie ragion e conoscença
et el dilecta solo in viver sença

.XIJ.

Bestia nunquam homo ℂ Sed hominem bestiam sepe reperio . ℂ Est tantoque deterior, quod illi ratio atque cognitio est collata ℂ Ipseque solummodo absque illis vivere delectatur.

Et illa iterum dixit ad eum o quam indecens est milite illa verba innocenti virgini dicere que dedecerent etiam inhoneste viventi proferri . Miles quoque propter hoc non desinens, subiunxit per animam meam quod meum consilium placet vobis tunc domina aliquantulum mota dixit Certe non placeret presertim si pater meus talem ut vos estis traderet michi virum . Tunc miles addidit malum malis et inquid si essem vir vester vel possem alias decenter patri vestro vos rapere facerem vos videre si virginitas est laudanda . tunc domina irata valde atque commota inquid ad eum testum huius regule et discessit . et miles in confusione magna remansit . *homo* quid sit homo et multa circa hominem vide infra parte .vij^{a}. documento .iij^{o}. et viiij^{o}. in glosa et remissiones ibi . et de variis membris hominis in diversis partibus huius libri . et de indiscretione habes infra in principio (1) quarte partis discretionis et de similitudinibus ad hec et quasi per totam partem et vide supra in parte prima quasi per totam . et vide .xliij. (2) distinctione (3) sit rector.

Pecudes hanc .xiij. regulam sic expone *pecudes* hic summas proprie pro inrationabilibus *bestie* hic intellige de utrisque . scilicet pecoribus et hominibus ut hoc casu

(1) *Segue* ter *cancellato.* (2) *Le tre unità sono aggiunte sopra.* (3) *Il ms.* distictoe *senza segno d' abbreviazione.*

Digitized by Google

REGULA .XIIJ.

Pecore assai ma vie piu bestie sono
et ogni (1) bestia pecora non ene
ma pecora talor piu vede e tene

.XIIJ.

Pecudes multe sunt ℭ *Bestie vero plures* ℭ *Et omnis bestia non est pecus* ℭ *Sed pecus aliquando videt amplius atque tenet.*

non fiat differentia inter eas nam alias quomodo staret cum pecora forte sint plures quam homines *et omnis bestia* idest homo, *non est pecus* proprie sed methaphorice sic *Sed videt etc* . hoc vult dicere quod bestia videt sepe plus homine . nam sepe videmus bestiam si ceciderit in uno loco illuc non redire et sic in multis casibus . et sepe secus in homine bestiati . pone exemplum . Rediit miles de quo agitur in proxime precedenti regula . ad dominam de qua ibi dicitur et dixit ad eam quid pridem dicere voluistis Et ipsa contennens eum sed more illarum partium aliter non repellens multiplicavit vituperium (2) illius militis et dixit huius regule testum (3) ei . et ad multas que erant ibi dominas se convertit . remissiones alias tibi non facio quere in regula precedenti.

Nescio etc . Et hec .xiiij. regula similitudinem habet ad predictas duas . exponas eam . et construe sic . nescio intueri quod est infra quare homo etc. *nam calandra etc* . verum dicit quia datur nobis delectationem ex cantu et novitatibus (4) suis ita quod non perdimus in eis ponere . *et animal* summe hic de omni [genere] animal scilicet bestia ex quibus de lana vel lacte vel aliis redditum habemus ..... *tributum* idest fructum . *sumpserit* subaudi et expenderit in vestitu et victu perdimus et perdimus .... [pon]e exemplum . Sedente semel domino Raymundo de Andegavia in platea quadam parisius transierant inde tres milites duo in armis probi

(1) *B* ongni (2) *Segue* s *cancellata.* (3) *Il ms.* tetum (4) *Il ms.* novitabus

Digitized by Google

REGULA .XIIIJ.

Non so veder perche homo sappelli
colui (1) che vive sol per pascer gola
che vie piu fa la calandra ela pola
elanimal che appellato bruto
almen ci da tributo
di fructo alchun che noi prendian con esso
ma quel che prende hom tal perdiamo et esso

.XIIIJ.

Nescio, quare homo, dicatur aliquis intueri, qui solum ut gulam impleat, vivere comprobatur . ℭ Nam calandra facit amplius atque pola . ℭ Et animal dictum brutum, saltem nobis ex fructu aliquo, quem cum ipso colligimus, dat tributum . ℭ Quod autem sumpserit homo talis, perdimus et eundem.

sed statura parvi . tertius grandis et pulcerrime forme . Sed quasi totas suas divitias expendebat in gula . hos et eorum esse ipse dominus Raymundus bene alongo tempore cognoscebat honoravit hos duos illi tertio nichil dixit . Alij qui cum [eo ve]nerant ingnorantes hec omnia solum ad illum tertium actendebant . qui cum recessisse[t d]ixerunt sotij ad dominum Raymundum et quomodo illum tertium tam valentem militem nequaquam in aliquibus honorastis Respondit dominus Raymundus et dixit . quia ipse non est homo . Et illi dixerunt (2) et quomodo . Tunc dominus Raymundus respondit testum istius regule quo audito de honore per eos illi facto alio ..... de ista gula vide supra parte prima documento secundo in testu et glosa . Et de hoc vide ..... quicunque cum .vij. capitulis sequentibus et in ..... .xxx. .....

Hominem .... hec .xv. regula habet propositum et exemplum et clara est et ..... || in hac regula in detesta- c. 41 c.

(1) *B* cholui (2) *Segue* test *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .XV.

Hom che non a in sua ordine vita
ben fa ognun che vita
chaugelli assai anno cautela educe
et ancor (1) si conduce
mandria di vitelli ala campana
ancor la spica (2) acerto ordine grana

.XV.

Hominem in vita propria ordinem non habentem, qui vitat quilibet digne agit. ℭ *Nam aves plurime sunt que habent, cautelam ut vidimus atque ducem. Similiter ad campanam, collectio*
c. 41 b. *regitur vitulorum* ℭ *Spica insuper* ‖ *certo fungitur ordine ad granandum.*

tionem ordinationis quando viget in homine quasi dicat vide quod animalia irrationabilia et res insensibiles habent ordinem homo autem non . et habet hec regula similitudinem ad predictas et sequens habet se cum ista . vide hic exemplum . dominus Malamantus de lucera miles fuit probus in armis sed in omni gestu et vita ordine carens nec abstinens ab aliqua immunditia vel peccato cumque guerram haberet dux austrie cum duce Baverie parateque forent utraque pars ad bellum non invitatus accessit ad campum in eius subsidium iste miles . ad quem faciem dux austrie non revolvit . Milites autem eius mirati dicebant ad ducem ecce dominum talem et ipse ad nichilum respondebat . Infestantibus vero eum sotiis ut militem honoraret . inquid dux . Mallem vobiscum perdere quam cum tante immunditie viro vim hostium superare . Et cum iterum infestarent eum de simili tunc subiunxit verba regule presentis . *ordine etc* . de ista ordinatione que debet esse in viro .xl. et .xlj. distintionibus per totum . et vide supra parte prima documento .ij°. per totum . *nam aves etc.* ut grues et apes de quibus vide

(1) *B* anchor (2) *B* spigha

Digitized by Google

REGULA .XVJ. c. 41 b.

Sençordine non vien gia cosa in fructo (1)
e vedian spesso tutto
lo ben ordito lordine lassato
tornar rotto espeçato (2)
cosi avian trovato
ferro venir in oro
per ordin bello ecrescer lo thesoro (3)

.XVJ.

Absque ordine nichil est, quod deducatur in fructum . ℭ Totumque sepius orditum utiliter, videmus ordine pretermisso, in confractum divisumque converti . ℭ Per simile vidimus in aurum ferrum (4) *ordine commendato trasferri . et thesaurum tendere in augmentum.*

in Nono de animalibus aristotilis (5) et notatur infra in regula .xlv. multi etiam alij . *Vitulorum* summe pro animalibus quibuscunque quorum primum campanam gerit appositam ut alij sequantur hoc maxime thauris apponitur . hij thauri ut legitur in de animalibus .viij°. faciunt contrarium equis quoniam nisi aqua fuerit clara non curant potare eam et igitur citius posuit hic amor de illis licet equi sint animalia nobiliora quo autem ad ordinem hoc magis procedit nam equi ut ibidem dicitur aquam potant turbidam et si clara fuerit eam pede turbant et est etiam maior ad talia numerus vitulorum . *Spica etc* . ponit hoc ad maiorem detestationem inordinationis nam posuit supra de animalibus in quibus vita manifeste apparet modo de hiis quibus occulta quod minus est . Anaxagoras dixit plantas esse animalia letari quoque et tristari de fluxu foliorum argumentum assumens . Arbugales sexum in hiis permixtum opinatus est plato de-

(1) *B* frutto (2) *B* espeççato (3) *B* tesoro (4) aurum ferrum *su rasura.* (5) *Le parole che seguono fino a* multi etiam *sono scritte su rasura.*

Digitized by Google

REGULA .XVIJ.

Non dece disputar fra gente grossa
di cosa cherror possa
nele lor menti (1) forse generare

.XVIJ.

Non decet inter ingnaros, de re que possit in eorum mentes errorem forsan impellere, di-

siderare (2) eas terram propter nutrimenti necessitatem ait phylosophus autem in de vegetabilibus et plantis hec repellit dicens quod plante nec sensum habent nec desiderium vide ibi quia longa sunt . Sequitur alia regula.

A absque ordine etc . hec .xvj^{a}. regula differt a predicta in hoc solo nam predicta loquitur de homine inordinato hec loquitur quando res ordine carent sed cum ordo detur adeo vel homine dic quod in casu cum datur ab homine differentia nulla est nisi quod maior est culpa homine in anima male vivere ut in moribus quam in amministratione temporalium rerum . Ad istam non facio tibi remissiones sufficiunt et (3) precedenti vide exemplum . quidam domum suam festinans inordinatam erexit in terris comitis Sabaudie Super qua cum tectum ponerent ruit domus et mortui sunt Eidem duo filii fabricantis . pater ad comitem veniens plorabat incomoda sua . comes autem confortavit eum ne adderet afflictionem afflicto ipso autem discedente inquid comes ad ipsos suos testum presentis regule . Vide quandam sequentem expositionem *orditum* vulgare est tu[scie ab rel]las compositas . et dic utiliter scilicet ..... quantum ad ordinem inutiliter . *per simile* ..... *vidimus etc* . ponit exempla non ..... quod de alchimia loquatur hic amor ..... si facibilis tamen fallibilis.

N [on decet] etc . hec .xvij^{a}. regula clara est Sed [exp]one infra *perlas* idest res subtiles et verba ....sia et nobilia *fabas* idest contraria . iuxta ..... Augustini in libro

(1) *B* menti, (2) desiderare *è ripetuto.* (3) et *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

ne ancor seminare
perle tra lor ne fave tra sottili
ne delicati (1) cibi ai bassi evili

sputare ℂ *Nec perlas etiam inter eos* ℂ *Nec fabas inter subtiles homines seminare .* ℂ *Nec viles cibis, depressosque reficere delicatis.*

de verbis domini nam cogantur duo .....erum cibis vesci et infra . utantur ..... pauperibus vilia Et cum principio re-[gule] concordat codice de summa trinita[te et fi]de catholica lege nemo . et aliqua dicta sunt supra in glosa prohemij circa formam amoris et infra in parte .vij. documento undecimo . Restat modo solum de exemplo huius regule videre . quod est tale frater Albericus dela caprafica missus semel ad predicandum in villas cum esset apud domodossele et astarent sibi rustici et rustice multi volens apparere cum novitatibus cepit dicere quomodo aristotiles erravit ponendo quod non sit possibilis resurrectio mortuorum . et quod nullo modo duo corpora possunt esse (2) in eodem loco . Item quomodo Averois erravit dicens quod angelus nichil potest movere immediate nisi celeste corpus . et quod deus non cognoscit singularia, Item quomodo Avicenna erravit dicens quod anima per ymagynationem suam operatur in corpore alieno . et quod prophetia est naturalis Item quod Alkindus erravit dicens quod simpliciter omnia futura dependent ex conditione supercelestium corporum et quod omnia de necessitate contingunt . Item quod Rabimoisis erravit dicens quod verbum dicitur in deo essentialiter solum et quod corpora supercelestia sunt animata et quod deus non potest facere accidens sine subiecto . Et multos istorum et aliorum qui erraverunt errores recitabat et inutiliter explicabat . cumque ibi esset ex casu quidam valens homo qui hec michi postea et alia recitavit et stetisset in deformi habitu sicut per partes illas transeunt viatores post predicationem habuit fratem et redarguit eum [v]alde inter cetera dicens ei testum regule presentis . vide illum . preterea de variis erroribus habes per varias partes libri et maxime infra in fine penultime partis libri in glosa.

(1) *B* dilicati (2) esse *è ripetuto.*

Digitized by Google

REGULA .XVIIJ.

Daspra correction del buon amico
non si dea luom (1) turbare
ma del nemico laloda inhodiare (2)

.XVIIJ.

Ex aspera boni, correctione amici, non debet aliquis conturbari ¶ *Sed laudem gerere hodio inimici.*

c. 41 d. *Ex aspera etc* . ista .xviij^a^. regula est clarissima Sed expone ibi ex aspera scilicet que correcto seu ei qui corrigitur aspera videtur *conturbari* bene dicit nam ut dicit Augustinus et qui freneticum ligat et qui litargicum excitat ambobus molestus ambos amat et quis nos potest amplius amare quam deus et tamen nos non solum docere suaviter verum et salubriter terrere non cessat .v^a^. questione .v^a^. non omnis . *Sed laudem etc* . quia utilius exurienti panis tollitur si de cibo securus iustitiam negligat quam exurienti panis frangitur ut etiam iustitie seductus acquiescat ut in eodem capitulo et in capitulo precedenti et sequenti et vide supra regulam .viij^am^. et que ibi notantur . Sequitur solummodo de exemplo . Tres sotii studebant Parisius in una domo habitantes unus bonus et senior unum ex aliis iuniorem euntem nocte per terram ad turpia durissime arguebat . Alius hunc iuvenem in eius proposito confovebat contigit quod iste Iuvenis non loquens sotio corrigenti cum altero solo scolas intrabat . Cumque pater Iuvenis hoc audisset ivit parisius et querens a Iuvene Iuvenis de corrigente conquestus alium commendabat . Quesivit a famulis et veritas est reperta Pater quoque ad magistrum filium ducens et in eius presentia omnia explicans filii monita et correctionem imploravit Volvit se magister ad Iuvenem et dixit regule huius testum . Sequitur alia.

Vincere etc . Ista .xviiij. regula clara est et habes verba quasi similia in testu supra eadem parte docu-

(1) *B* luon (2) *B* innodiare

Digitized by Google

REGULA .XVIIIJ.

Vincer hom sua natura e pur gran fatto (1)
ma vinta lei mantenella assai leve
che ragion gionta conosce hom che deve
e conoscendo il merito che nave
ela pena in contraro
duro e chi non acotal vincer caro

.XVIIIJ.

Vincere suam naturam hominem, grande aliquid est omnino ℭ *Sed victa eadem, est perseverantia satis levis .* ℭ *Nam cum venerit ratio, noscit homo quid debeat* ℭ *Et meritum quod exinde assequitur, expectando, in contrarium vero penam durus censebitur, cui non est victoria talis cara.*

mento primo . et ibi vide notata . et remissiones similiter *grande etc* . quia qui dominatur animo suo maior est expugnatore urbium de hiis vide infra parte .iiij^a^. in principio et per totam *est perseverantia* de qua vide infra in parte sequenti in prohemio et glosa . de merito autem et pena vide infra in parte .xj^a^. in testu et glosa . Sequitur breviter exemplum tale *ratio* et de hac in dicta quarta parte documento primo et per totam . (2) *et meritum etc* . de merito et pena vide infra in parte .xj. testum et glosa . *durus etc* . et vere durus si non noverit se in meliorem partem tenuisse Vide exemplum . Quidam magnis opibus derelictis cupiens deo servire in religionem se transtulit . Veniebant ad eum pater et sui et illum ad exeundum de ordine argumentis variis inducere nitebantur inter cetera inferentes quod ille aspera religionis non poterit tollerare Iste autem ad omnia ipsorum verba nil Respondit aliud quam testum regule presentis . Isti autem videntes firmitatem ipsius ob eius molestia siluerunt . et sequitur alia regula.

(1) *Così in B; in A è abbreviato.* (2) *Segue* de *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .XX.

Dilecto in peso allevia labore
lamento in doglia (1) pena
compagno (2) al doloroso redde lena
ma non laudo cotal conforto avere
per laltrui mal vedere
ma quel che nel tormento sa passare
poi pur convien la graveça (3) portare

.XX.

Delectatio in ponderc, laborem allcviat. ℭ *Penam vero lamentatio in dolore.* ℭ *Languenti quoque, sotius reddit vires.* ℭ *Talc attamcn, ob alterius vidcndum incommodum, habere gaudium, iam non laudo* ℭ *Scd qui transire noverit in languore, postquam ipsum omnino convenit tollerare gravamcn.*

Delectatio etc. Ista lictera .xx°. regule clara est et licet sit vera multas tamen habet obiectiones unde in hac primo exemplum pone. ut clarius destendatur. Semel ut relatum est michi dux Burgundie in quibusdam Regis Francorum carceribus tenebatur Qui ad allevianda mentis onera instrumentum et alia multa ibi solatia retinebat die quadam ex certa causa comes eiusdem provincie Burgundie quia in parte ipsius est comes et in parte dux, ad eosdem carceres est deductus ex quo dux letatus est valde die vero sequenti dux iste in se ipso conquerebatur assidue Inquid ad eum comes de quo doles ecce tibi sotium fortuna concessit. Instrumenta et hec multa solatia tecum habes. Respondit dux Igitur ego conqueror ut nichil deficiat quod hoc loco possit haberi Nosti enim quod legitur quod ad calamitatem quilibet rumor valet. Quibus dictis subiunxit. Sed licet sic contingat de sotio (4) nichilominus hoc dampnan-

(1) *B* dolglia (2) *B* compangno (3) *B* gravecça (4) *Segue* d *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .XXJ.

Non creder aciascun che damor vanta
ne acolui (1) che sol di pena canta
chele piu volte enudo il vantadore
laltro vestito di gratia damore

.XXJ.

Ne credas cuilibet qui de amore loquitur se iactando. ℂ *Nec ei qui pene solummodo tantum profert.* ℂ *Nam nudus sepius* ‖ *est iactator* ℂ *Alter vero amoris gratia est indutus.* c. 42 a.

dum est ‖ (2) valde Quo dicto inquid comes bene dixisti nam ego invenio dictam talem regulam ab amore dixitque testum regule presentis, Circa istam regulam solet queri nunquid decens sit et unde proveniat quod si pateris et amicus patiens superveniat alleviabitur passio vel aliter si tibi sit dolendi materia letaberis quod amicus ad condolendum tibi accedat. Multi de hoc dixerunt. Sed causa brevitatis dic cum Massenio quod hic non est bonus affectus ad proximum. velle quod doleat et hoc regulariter verum est. Si tamen ex aliqua causa doles et ad condolendum vocas amicum ut ipse qui esse debet unum tecum ad tuam recreationem vel alleviationem tecum doleat et partem oneris tui ferat ad quod totum ferendum es impotens non es de vitio in hac parte culpandus sed de confidentia commendandus. Super ista regula nullam aliam tibi facio remissionem quia super eius contentis videas totam partem patientie .v^am^. que est infra. et circa finem partem spei in testu et glosa et ad .ℨ. talem hac eadem regula vide .ij^a^. questione prima multi in fine ibi quia non minus ardebunt qui cum multis ardebunt et de hoc vide notata infra regula .xxx^a^ij^a^. c. 42 a.

Ne credas etc. hec .xxj^a^. regula clara est expone solum ibi *nudus* scilicet a gratia. quod patet per sequentia et remissiones ad istam regulam breviter fac infra ad partem .xj. gratitudinis et ibi testus de simili. Da exem-

(1) *B* accolui (2) *Segue* est *espunto.*

Digitized by Google

c. 42 a. REGULA .XXIJ.

Trahe superbia ogni (1) possente ascoglio (2)
ache dunqua fidança sta rigoglio
in loco dove la potença manca
per far istanca (3) vita del possesore
di viço tal che nol puo pinger fuore

.XXIJ.

Trahit ad scopulum potentem omnem, superbia ℭ *Igitur ad quam manet ipsa fiduciam . in loco qui potentia omni caret* ℭ *Ut vite lenas auferat possessoris, de tali vitio quod emictere foras nequid.*

plum Americus de padua in suis omnibus cantilenis adomina sua hobstendebat amari Albertus autem de dicta terra contrarium faciebat cumque semel unus post alium cantassent quidam dixit Iste Americus habet bonum tempus et iste Albertus contrarium et sic male insimul commoratur Quidam alius Nicolo nomine qui sciebat Americum nichil adomina recepisse sed ex vanitate moveri et Albertum adomina sua valde amari dixit ad illum regule presentis testum . Et ista regula potest trahi ad multa similia contra se iactantes et pro coperientibus statum suum.

Trahit etc . hec .xxij. regula clara est sed nichilominus aliqua exponamus . *scopulum* quid sit scopulus vide infra in parte prudentie .vij^a. documento .viiij^o. *superbia* de superbia vide supra notata et figuram in glosis parte prima documento et de humilitate eius contrario supra in glosis prohemij . *Igitur etc* . per licteram istius .§. nota superbiam maius vitium in impotente quam in potente quasi potentia videatur esse partim causa superbie et concordat hec lictera cum illo proverbio vulgari tuscorum scilicet can ringhioso et non forçoso guai ala pelle . *lenas* idest vires

(1) *B* ongni (2) *B* ascolglio (3) *B* istancha

Digitized by Google

REGULA .XXIIJ.

Guarda ver linnocente tender larco
chela saetta fiere te che credi
lui danneggiar ma talor no la vedi

.XXIIJ.

Cave ne archum tendas, adversus hominem innocentem. ℭ *Nam te credentem illum ledere, sagitta repercutit.* ℭ *A te tamen aliquando non videtur.*

et expone istum ultimum .ℨ. sic ut sit responsio ad precedentem .ℨ. qui querit ad quam fiduciam manet superbia in impotente Respondet ut apossidente superbiam vires subvertat de tali vitio quod prosequi non potest Vide exemplum. Quidam Carpentarius tantam in verbis et gestibus inter vicinos suos omnes se maiores gerebat superbiam ut omnes eum fugerent ut serpentem. ex quo ipse in superbiam adscendebat. cumque semel uxorem suam apud lugdunium per pontem supra Rodenum sine causa ut eam percuteret sequeretur una ex pontis tabulis tunc male fixa se solvens illi superbo in annis ingluvine (1) casum dedit et inibi suffocatus est ille Uxor autem evasit ut insons. Astantibus itaque ibi multis inquid miles quidam testum regule presentis. sequitur alia.

Cave etc. hec .xxiij. regula plana est. *archum* de arcu celi et circumstantiis habes supra documento .xx°. parte prima. de laxando arcu || ad honera vide supra eadem c. 42 b.
prima parte documento sexto. *innocentie* de hoc specialem partem habes infra parte .x°. per totum que innocentie subditur et de mente istius lictere habes supra parte prima documento vigesimo. *non videtur.* et hoc verum est nam si recte pensares nichil deus deserit impunitum ut supra dicit regula prima et vide infra parte .xj°. per totum. Vide exemplum Quidam de quodam vitio de quo ipse graviter respersus erat vituperabat in presentia quorundam quemdam absentem insontem credens per hunc modum suum vitium palliare. Tunc unus ex istis qui cognoscebat opera

(1) *Parola d'incerta lettura.*

Digitized by Google

REGULA .XXIIIJ.

La paglia (1) al fuoco non dar per mogliere (2)
e quei che vuo tenere
da se remoti non li rappressare
chaltre arde spesso e credesi scaldare (3)

.XXIIIJ.

Palcam igni ne dederis in uxorem, ℭ *Et quos ab invicem remotos esse volueris non coniungas .* ℭ *Nam sepe comburitur qui cogitat calefieri.*

utriunque dixit ad eum testum presentis regule de istis detractatoribus habes multa superius parte prima documento decimo in testu et glosa et nota quod ex tali vituperatione quis se magis vituperat et hec regula si pateretur locus ad multa et multa posset utiliter adaptari.

Multi etc . ista .xxv^a^. regula parva eget glosa fundatur enim super detestatione linguas laxantium de qua supra dicitur parte prima documento .xvij^a^. et concordat huic illud vulgare tuscorum lingua non a osso ma fa romper dosso . et expone ibi *non verberant* idest non refrenant . Vide exemplum . Quidam rudis de Boemia scolaris Parisius tota die circa multa insana frenum laxabat Unde semel volens coram aliquibus apparere nitebatur defendere errores phylosophi quod deus non posset alium mundum facere et quod non sit dare primum hominem nec primam pluviam . Super hiis autem fuit delatus . Et cum ex maiori insania hos errores perseverando defenderet est combustus . Conferebant super hoc aliqui dixit dominus Americus de nerbona testum regule presentis . posset etiam hec regula trahi ad illos qui perversitatem et vitia non corrigunt filiorum.

Paleam etc . hec .xxiiij^a^. regula plana est . et habet in se propositum et exemplum et quasi glosa non indiget . sed expone . *palleam* . idest inimicum igitur .i. inimico et dicunt aliqui quod pallee non declinantur in sin-

(1) *B* Lapalglia (2) *B* molgliere (3) *B* schaldare

Digitized by Google

REGULA .XXV.

Molti si lagnan (1) se perdon la lingua
ma nola batton quandella gli face
perdere stato ericcheça (2) con pace

.XXV.

Multi si linguam perdiderint conqueruntur
℄ *Illam tamen non verberant, cum eorum*
status divitiarum et pacis perditionis est causa.

gulari non credas eis . et preterea potest dici ut dicit Augustinus .xxxviij. distinctione in illa pallea locutio Indignum vehementer extimo ut verba celestis oraculi submictam regulis donati . mens istius regule concordantias multas habet .xxxij°. distinctione hospitiolum et que notata sunt supra parte prima documento .viij . ℣. decet (3) et illud extra de vita et honestate clericorum capitulo quod ad te circa medium . et .lxxxj°. distinctione capitulo legitur quod beatus Augustinus . cum multis similibus . vide exemplum Quidam habens filium amantem quandam dominam vicinam suam ita ferventer ut quasi deficeret accessit ad Ovidium et statui filij dari remedium supplicavit Respondit ovidius tolle filium tuum et ad remota transmicte quanto enim domine amate propinquior est amans tanto ferventiori amori comburitur . Scis enim quod (4) cupiens servare palleas eas ignibus non adheret tunc pater inquid peto de gratia hec vel similia michi scribi ut possim dicere a te tale consilium reportasse . tunc ovidius dedit ei testum regule presentis . hoc idem accipias de singulis inimicis . et vide notata de hoc supra . parte prima documento et super ista lictera *igni* dicas quod aristotilis in .iij. metaurorum dicit quod omnia putrefiunt preter ignem . et vide in .v°. thopicorum de igne carbone flamma et luce . Et infra in tractatu de elementis in parte .xij°. in glosa.

Laudare etc . hec .xxvj°. regula habet verum propositum et sub propositum ponit signum . et clara est

(1) *B* langnan (2) *B* ricchecça (3) decet *nel ms. è aggiunto sopra.*
(4) *Segue* dilig *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .XXVJ.

Laudar lo mal non e che ben blasmare e questo e segno (1) che face la gente conoscer qual e malvagia e nocente

.XXVJ.

Laudare malum, nichil est aliud quam contempnere bonitatem ℭ Hocque signum est faciens gentem nosci, que illius maligna fuerit atque nocens.

nulla indigens expositione concordantias habes eius supra parte prima documento vigesimo . Vide exemplum et breviter Quidam transeuntibus religiosis vel clericis contempnebat eosdem et quasi publice infamabat Quidam alius hunc laudabat . Tertius quidam ad astantes dixit testum regule presentis et bene nam et si male dicere de singulis sit prohibitum, obloqui tamen contra clericos et Religiosos gravius est dampnandum, quoniam si ex eis mali sint aliqui et reprehensibiles ob hoc valde nos tamen deum convenit immitari qui solem suum oriri facit super bonos et malos .xxviij°. (2) distinctione capitulo consulendum . et .xv°. questione ultima capitulo siscitantibus . In quibus autem casibus loqui valeas contra eos vide extra de cohabitatione clericorum et mulierum capitulo vestra duxit.

Vos etc . clara est hec .xxvij°. regula . et sivis intelligere de amore divino vide supra in glosis prohemij per totum Si autem de licito mundano vide supra hac eadem parte documento secundo per totum et ibi multa . Adaptatur hec regula contra illos qui vel de deo vel de amore conqueruntur assidue super hoc vide multa in testu et glosa infra in .vj°. parte spei . et exemplum aliud non do tibi.

Non omne etc . in hac .xxviij. regula expone principium sic non omne quod licitum est, honestum subaudi est concordat cum regula iuris digestorum ubi dicitur non omne quod licet honestum est . exemplum vide

(1) *B* sengno (2) *Segue* questione *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .XXVIJ.

Voi che parlate dogliendo (1) damore
dogliavi (2) piu del fallo che in cio fate
poi che se ben pensate
per lui vi guida vertu in honore

.XXVIJ.

Vos qui de amore loquimini conquerendo, vobis longe de vitio quod in hoc commictitis, amplius est dolendum ¶ Postquam si recte conspicitis, virtus ob eum vos dirigit in honorem.

Quidam Mercator cum obviasset uxori publice in platea osculatus est illam . Illa autem turbata maledixit ei et ipse inquid nonne michi est licitum (3) || cum sis uxor . Respon- c. 42 c.
dit hec domina . testum istius regule usque ad .ℨ. nec licet . de inde Mercator domum rediens hanc uxorem egregie verberavit . traxerunt illuc vicini et redarguebant eundem . ipse autem dicebat quod uxorem istam ad actus inconvenientes invenerat . Illi autem honestatem scientes uxoris dixerunt ad eum istius regule complementum . quod etiam facit contra ypocritas de quibus habes infra plenissime parte .vij^a^. documento .iij. in glosa . Sequitur alia lictera.

Sicut etc . hec .xxviiij. regula clara est et loquitur per exemplum . Quidam Monacus religionem intravit et licet eius effigies mala signa deferret tamen per .vj. menses tam laudabilem vitam gessit ut Abbas et Monachi mirarentur et etiam laici circumstantes . Cumque semel hic monacus reservasset custodiam sacrestie nocte fregit illam et fugit cum omnibus que potuit ferre secum . Mane autem hoc reperto (4) Abbas huius regule testum dixit Et sic sepe vitia se inge-

---

(1) *B* dolgliendo (2) *B* dolglavi (3) *In fondo alla pagina con un segno di richiamo che non ho ritrovato nel testo è aggiunto quanto segue*: facit ad istam regulam illud ysaye ve qui divitis bonum malum et malum bonum ponentes tenebras lucem et lucem tenebras etc . et illud Ieronimi siquis dixerit iustum iniustum et iniustum iustum abhominabilis est utrunque de quibus vide .xj^a^. questione tertia capitulo siquis ..... qui ..... ibi . et .xlvj. distinctione .... sunt no..... (4) *Segue nel ms.* fugit *espunto.*

Digitized by Google

REGULA .XXVIIJ.

Non e honesto tutto cio che lice
ne lice sotto spetie donestate
con tinta cappa covrir falsitate

.XXVIIJ.

Non omne quod licitum, est honestum. ℭ *Nec licet sub spetie honestatis, nigra cappa coperire quod falsum.*

runt et esse virtutes mentiuntur ut dicitur .xlj°. distinctione sepe . et notatur superius parte prima documento tertio et vide exemplum istud de cristallo representatur enim pro munditia in qua turpe non latet et vide de pomo christallino (1).

Habet nimia etc . super hac .xxx°. regula nullam glosam adducit necessitas eo . quod quasi similis testus est supra documento .viij. parte prima et ibi glosa . nichilominus da exemplum quidam bene loquens et cum tam multum loquebatur in mensa Rudis alius dixit ad eum tu non permictis nos commedere . Dominus autem Beriola qui erat ibi prope dixit ego volo super hoc aliquem limitem stabilire ac formatis verbis in substantia dixit quod dicit hec regula . Amor autem inter cetera de hoc presentem regulam fabricavit ad etternam rei memoriam . *solent etc* . que autem loco tali referenda sint et qualiter supra dicto documento parte prima notatur et plene.

Omnis etc . hec lictera .xxxj°. regule clara est et loquitur ad exemplum illorum qui tendunt retes vel laqueos ad piscandum seu venandum . non autem ad recipiendum . Et da primo exemplum . Quidam seruit in campo suo annis duobus frumentum et utroque anno ipse ac alij quasi nichilum perceperunt . Anno autem tertio serere neglexit et omnes alij fructus assecuti sunt multos Iste dolebat frater vero eius dixit ad eum hunc testum . Vel exemplifica in studentibus vel etiam in piscantibus proprie tantum . et similibus .

(1) *Segue nel ms.* infra parte sequenti constantie circa principium *tutto cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .XXVIIIJ.

Come non late il negro nel crestallo (1)
cosi giamai nascoso
non puo nel viçioso
far longiamente sua dimora il fallo

.XXVIIIJ.

Sicut quod nigrum est, in cristallo non latet ℭ *In vitioso similiter, nequit longius, occultum aliquod residere delictum.*

remissiones tibi non facio ad hanc regulam videbitur eas infra in regula .xcj^a^. et sequenti que de sollicitudine plene tractant et remictunt ad loca.

Exemplum etc . Ista xxxij^a^. regula est clarissima et plana faciam ergo tibi ad eam solum remissiones et exemplum et primo igitur da exemplum Ponit Monachus de Montalto quod tempore status comitis Tollosani quidam ex suis militibus nomine dominus Ugonettus nocte quadam in Monte pesulanensi cum quadam uxore alterius captus fuit et deductus ad comitis presentiam per burgenses Quem cum comes interrogaret de istis confessus est totum . Sicque comes dixit ad eum et quomodo ausus es honorem nostrum sic postponere atque tuum . Respondit miles et dixit domine illud quod feci faciunt omnes milites et scutiferi tui deinde comes obmissis aliis que fecit circa iustitiam contra eum dixit testum regule presentis . *trahe* circa hoc vide notata superius parte prima documento .xxiiij. *non excusat* . et de hoc eadem parte prima et documento .ℵ. sequenti . *digniorem* et de hoc eadem parte prima documento secundo . et .ij^a^. questione prima multi in fine.

Non omnis etc . ista .xxxiij^a^. regula tam in testu vulgari quam latino clarissima est . et igitur expositione non eget . remissionibus autem paucis eo quod de tota eius materia speciale amor documentum ponit tibi superius parte prima documento .xvj^o^. et ibi ad alia loca remicteris . Vide

(1) *B* cristallo

Digitized by Google

REGULA .XXX.

Ablasmo in mensa soverchio parlare
ma quel e troppo che cagion non move
c. 42 b. et almen cose nove
piaccion allor edilectan udire
se pur avien cheti convegna (1) dire

.XXX.

c. 42 b. *Habet nimia, redargutionem in ‖ mensa, locutio . ℭ Illa tamen superflua est, quam causa non moverit ℭ Quod si te omnino loqui opporteat nova saltem et delectabilia solent, tunc auditoribus complacere.*

ergo exemplum . Recitat dominus Raymundus de Andegavia in tractatu de sotietate fraterna quod dominus philippus de caris habuit .iij. filios, unum Raembauld nomine alium Guillelmum alium Morot . Cumque missi essent ad (2) Regem Anglie ut milites fierent Rex de ipsorum conditionibus et vita quesivit . Erat autem ibi quidam miles curialis qui vitam et mores non ingnorabat ipsorum et dixit domine Rex Raembaud est largissimus donaret etenim quicquid habet si pater permicteret Guillelmus autem est avarissimus querit bene mille consilia in donando Morot autem nulli viventi daret denarium nisi crederet recipere inde soldum . Quibus auditis Rex respondit testum regule presentis in verborum substantia . et vide supra .xv°. documento .ℨ. actende . et .ij . ℨℨ. sequentes parte prima.

Ornet etc . Nec ista .xxxiiij. regula indiget expositione clara enim est, Sed tu puer summe illam dictionem nobilis et coniunge cum domina quod est in principio ut dicat omnis nobilis domina et dic nobilis nature vel natione et progenie . *cum durabilia non existitant* di-
c. 42 d. citur in ‖ predicamentis neque enim qui propter verecundiam factus est rubens, rubens dicitur neque qui propter timorem

(1) *B* convengnia (2) ad *nel cod. è scritto due volte.*

Digitized by Google

REGULA .XXXJ.

Ognun (1) che tende non piglia (2) maspesso
chi vigila piu trova
dormendo rado si fa buona prova

REGULA .XXXIJ.

Exemplo reo non ti dea trar in fallo
ne fallo tuo con exemplo covrire
che gia laltrui fallire (2)
non scusa te ma piu accusa equello (3)
fa piu vertu se vive buon con fello

.XXXJ.

Omnis qui tenderit iam non capit ℭ *Magis tamen invenit sepe qui vigilat .* ℭ *Dormientes quidem rarissime bene probant.*

.XXXIJ.

Exemplum mali non debet te trahere in delictum ℭ *Nec alieno tuum tegere fore factum* ℭ *Nam excessus te alterius non excusat . sed accusat et magis* ℭ *Is quoque qui bene vixerit cum maligno, virtutem prosequitur digniorem.*

palidus et ibidem quecunque facile solvuntur et cito transeunt passiones dicuntur *virtutem* super hoc vide totum tractatum de virtute in genere et figuram eiusdem supra parte prima documento .v°. in glosa et de speciebus virtutum in variis partibus libri huius . et de ornatu mentis .xl. distinctionem per totum . de ornatu (5) autem exteriori dicit Augustinus in libro de doctrina christiana quisquis rebus pretereuntibus strictius utitur quam se se habent mores eorum

(1) *B* Ongnun (2) *B* piglia (3) *B* fallire, (4) *B* equello, (5) *Il ms.* ornanatu

Digitized by Google

REGULA .XXXIIJ.

Non e avaro ognun che mano stringe
ne largo ognun chaperta borsa porta
ma quel chaccorta
usa maniera in dare et in tenere
como (1) lo tempo chere
loco possança eben guarda in chui pinge
eche don mai non finge
quel chesso face per cambio oper fructo (2)
che mercatar ecio da dicer tutto

.XXXIIJ.

Non omnis qui manum strinxerit est avarus ℭ *Nec largus apertam quilibet bursam ferens* ℭ *Sed qui in dando pariter et tenendo, ut possibilitas exigit atque tempus, debitum modum servat in quem contulerit inspiciens diligenter .* ℭ *Quique donum non fingit, quod ipse pro cambio fecerit atque fructu* ℭ *Cum id tale totum mercatio sit dicenda.*

cum quibus vivit aut intemperans aut superstitiosus est . de qua vide .xlj. distinctione in capitulo quisquis et eadem distinctione parsimoniam cum veste humili non reprobamus sicut etiam ornatum preter corporis diligentiam infucatum laudamus . dissolutos autem et fractos vestibus et incessu non recipimus etc ut ibi in capitulo parsimoniam et dic infucatum idest pretiosum quia ponitur in pronomen . et de hoc vide supra parte prima documento .xij°. in testu et glosa . et in dicta distinctione vide in .ℨ. finali . *quantum minuitur etc* . vide quomodo argumentatur amor per contrarium . non per simile similitudinem tamen habet propter motum adscensus et descensus Vide exemplum legitur in libro qui construit arma cordis composito adomina Monas de qua fit mentio infra in parte .x°. innocentie in glosa versus finem . translato in

(1) *B* chomo (2) *B* frutto

Digitized by Google

REGULA .XXXIIIJ.

Orni la mente ogni (1) donna gentile
se vuol ornata la faccia portare
che no lisciare o lavamenti fanno
poi che no stanno
ancor lei (2) pregio di belleçe (3) avere
ma vertu possedere
aumenta laude cotanto in ciascuna
quanto discresce belleça in alchuna

.XXXIIIJ.

Ornet omnis domina, si ornatam faciem, ferre desiderat, nobilis mentem suam. ℭ *Nam etiam liscium, vel lavamen, eandem, cum durabilia non existant, famam non faciunt pulcritudinis optinere* ℭ *Sed possidere virtutem, tantum in qualibet laudem auget, quantum minuitur in aliqua pulcritudo.*

latinum inter cetera testus talis ℭ Alfea vidua cum in iuventute satis haberet pulcritudinis anatura eam non iuvit et tamen maximam de pulcritudine famam gessit. Cumque in etatem procedens per accidens restaurare quod anatura datum fuerat niteretur continuo turpior apparebat. Unde non solum priorem formam perdidisse probata quam de tali gestu vituperata est. et quadam semel ancilla comitisse nemee publice obloquente de ista accessit ad comitissam vidua et coram ea deposuit questionem Comitissa Respondit, obmisso iudicio de oblocutionibus in ancillam quod ut decuerit faciemus tibi loquimur quod te decet operam dare virtutibus et non vanis Et potuit respondere testum presentis regule Quibus autem uti valeant ornamentis et aquis et unguentis ad necessitatem earum singule domine dicitur in libro de moribus dominarum de quo fit mentio supra circa finem prohemij libri huius in testu et glosa. parte .xvj^a. ipsius libri. Sequitur alia lictera.

(1) *B* ongni (2) *B* anchor ley (3) *B* belleççe (4) *B* belleçça

Digitized by Google

REGULA .XXXV.

Donna ad ornato e cervo ala fontana
dunqua e in lor maggior vertu misura
che stringer voglia (1) pur e cosa dura

.XXXV.

Domina ad ornatum et cervus ad fontem
℄ *Maior virtus in eis igitur est mensura*
℄ *Cum penitus durum sit, compescere voluntatem.*

Domina etc . ista .xxxv^a^. regula clara est et exemplificat de domina ad cervum quoniam uterque videtur ad id de quo hic dicitur adeo avidus ut (2) quasi quod natura petit excusabile videatur de quo dic quod non est excusabile sed culpandum est minus per quod nota quod in homine vile est si more mulieris se ornet de quo notatur supra parte prima documento duodecimo . da breviter exemplum . Quidam Senex quandam dominam transeuntem et plurimum ornatam publice arguebat de ornatu eiusdem . Quidam Iuvenis qui diligebat eam nisus est ad excusationem illius et inquid testum presentis regule . *Et cervus* quod autem cervus fontem desideret interroga venatores et lege psalmistam qui similiter exemplificavit de illo . *virtus* de virtute vide remissiones in regula proxime precedenti . *compescere* . de compescendo te ipsum vide plene infra in parte .iiij^a^. discretionis in testu et glosa primo documento et quasi per totum . Posset similiter ad maiora hec regula conformari verbi gratia quandocumque amicus tuus erraret in casu videlicet quò eius esset coperiendus error posses hoc modo apud alios eius verecundiam coperire et te similiter cum casus occurreret excusare.

c. 43 a. *Videt suam etc* . Et hec regula in utroque testu planissima est et loqui videtur de mala domina per quod dicas quod licet hoc nomen mala non mereatur usus est tamen comuni vulgari . per quod actende tu qui contra quemquam irasceris loquendo cum illo nomen dignitatis eius vel titulum non obmictas ita etiam de tuo quolibet inimico

(1) *B* volglia (2) ut *è ripetuto.*

Digitized by Google

REGULA .XXXVJ. c. 43 a.

Vede sua donna macula in ispecchio
eleva quella per piager di fore
la grande cha nel core (1)
non cura (2) torre che sol dio lavede
maggior la terra chel ciel esser crede

.XXXVJ. c. 43 a.

Videt suam domina, in speculo maculam . utque foris placeat removet illam . ℭ Magnam quippe quam eadem corde gerit, quia videtur a solo deo, admovere non curat ℭ Terram celo extimat grandiorem.

loquendo de illo . et de mala et bona vide supra . parte prima documento secundo in glosa *in speculo* de speculis tractatum vide supra eadem prima parte documento .xij". in glosa . *maculam* de removendis maculis vide in libro morum dominarum supra in .xxxiiij^a^. regula allegato in parte .xvj^a^. ipsius libri . *deo* de deo vide remissiones supra eodem documento in regula prima . *terram* de terra et questionibus circa terram vide infra parte .vij^a^. documento .viij". *celo* de pertinentibus ad speram vide infra in principio dicte .vij^e^. partis et aliam divisionem supra in glosis prohemij libri huius . et de altitudine celi infra in prohemio partis .xij". et de firmamento infra parte ultima predicta documento unico . vide exemplum Inhonesta quedam ivit ad medicum et petebat ut doceret eam certas maculas quas habebat in facie removere Medicus qui vitam non ingnorabat illius dixit ad eam cum ipse bonus esset testum regule presentis . et mulier stupefacta recessit.

Arma etc . hec regula .xxxvij^a^. clara est sed sub audias ibi in mente constantiam scilicet habere . et est hec optima regula pro dominabus Super qua tota vide de domina Monas infra in parte Innocentie .vij^a^. in glosa do-

(1) *B* chore (2) *B* chura

Digitized by Google

REGULA .XXXVIJ.

Arme di donna ornamenti lassare
vana laude inhodiare
fermeça (1) nela mente
et esser di vergogna (2) conoscente

.XXXVIJ.

Arma domine ornamenta deserere ℭ *Vanam hodire laudem .* ℭ *In mente constantiam* ℭ *Et esse verecundie non ingnaram.*

cumenti primi ubi plurima de ipsa . *ornamenta* vide de hiis remissiones in regula .xxxiiij^a^. *laudem* et de hiis supra parte prima documento decimo . *verecundie* . de hac vide supra hac eadem parte documento vide exemplum Accessit quedam domina ad medicum animarum et quesivit quomodo possem ego istos amatores repellere ut ad dei servitium sim liberior Respondit ad eam testum presentis regule . Sequitur alia.

Illa que etc . huius .xxxviij^a^. regule lictera clara est et testus rationibus probat se ipsum . *desiderat reputari etc* . In yconomicis dicit Aristotiles . bonam mulierem hiis que intus sunt decet dominari omnibus curantem singulorum . secundum scriptas leges non permictentem intus nemine nisi vir precepit . timentem precipue ad correctionem anime . verba forensium mulierum et ea que contingent intus ut sciat sola et siquid sinistri fiat ab ingredientibus vir habet causam . et ibi multa *munditiam* de (3) hac munditia hoc libro habes notata parte prima documento .xxij^a^. *castitas* . nichil est proprius et maius uxori pretiosa commitatione et fideli ad virum . in eodem libro hoc habes et in heticis corrumpitur castitas et fortitudo asuperfluitate et indigentia . de hac castitate (4) habes supra parte prima documento (5) *ancilla* dic propter conscientie remorsum ut sequitur . et ammodo vera et clara est lictera *mentem scu-*

(1) *B* fermeçca (2) *B* vergongnia (3) de *è ripetuto.* (4) *Il ms.* castitates (5) *Segue* ancilla *non sottolineato e cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .XXXVIIJ.

Quella che vuol esser donna in magione
netteça (1) nel cor pone
evedi con gran cosa e castitate
chele da signoria (2) elibertate
cosi serva divene
quella che donna se tal non si tene
onde vedian la ria

.XXXVIIJ.

Illa que domina in domo desiderat reputari, in suo constituit corde munditiam . ℂ Et ut castitas est res magna considera ℂ Nam illi tribuit cum dominio, libertatem . ℂ Sic efficitur et ancilla, si se talem que domina fuerit, non conservat . ℂ Unde videmus malam in quam famuli

tiendo . de hoc vide testum et notata infra parte .x^a^. et ibi conscientie figura . *secura graditur etc* . et de hac securitate unde proveniat vide ibi . Exemplum vide . Anthonius et bernardus fuerunt duo fratres in Monte pesulano et habebant duas sorores filias philippi yordani in uxores una nomine Guillelma multis vituperiis maritum ignorantem gravaverat secunda nomine cara honestissimam gerebat vitam . hec quidem Guillelma mirabiliter viro et omnibus suis familiaribus preve || niebat . Cara autem quasi negligens videbatur c. 43 b.
in domo . conquerebatur sepe maritus (3) negligentis ad eam de sororis illius sollicitudine arguendo soror autem nolebat in excusationem sui accusare sororem . Cumque semel essent coram Tholosana comitissa que istud coniugium fieri tractaverat . quesivit a bernardo de cara quomodo tibi est de uxore Bernarde . Respondit male quia in dando Guillelmam Anthonio decepistis me . illa enim super omnes sollicita illa viro et suis mirabiliter obsequiosa mea autem ut iners et demens in domo sedet ut statua . Comitissa autem que

(1) *B* netteçça (2) *B* singnoria (3) *Segue* solli *cancellato.*

Digitized by Google

che yfanti sovra lei (1) an maioria
et essa di e notte va servendo
la mente sua maculata sentendo
la buona va secura
motto non teme che sente se pura

REGULA .XXXVIIIJ.

Ad ogni donna lesser donna basta
non voglia (2) suo marito servo avere
challui pregio ne pere

dominio abutuntur ℭ *Ipsa itaque die ac nocte, serviendo discurrit, mentem sentiendo propriam maculatam .* ℭ *Bona vero secura gradilur, verbum non metuens in se pura.*

.XXXVIIIJ.

Omni domine fore dominam satis est . ℭ *Non velit suum pro servo retinere maritum* ℭ *Nam ob hoc illius fame detrahitur, tantoque mi-*

non ignorabat conditionem et mores utriusque Respondit testum istius regule . Bernardus vero contentus in se tamen in fratris verecundia turbatus Respondit et dixit scio quod hec non dicitis propter nos dixit illa nolens quod Anthonius turbaretur, dico pro te in quantum regula loquitur de bona . In quantum autem loquitur de contraria dico ad exemplum ut probem quod dixi . Et hoc exemplum in substantia recitat domina Blanceman in quibusdam contentionibus suis licet non ordinaverit ita testum . de ista pudicitia intelligitur illud in canticis gene sponse turturi comparantur . Sequitur alia regula.

Omni domine etc . Super hac .xxxviiij. regula videas expositionem et concordantias simul . *domine* loquitur de maritata per sequentia . circa istam multa tractantur in libro de moribus et regimine dominarum de quo supra fit

(1) *B* sovra allei (2) *B* volglia

Digitized by Google

etanto iscresce lonor di costei
quanto per lei
esso e tenuto di picciol (1) valere
ese donna che saggia
brama aver saggio edivertu laudato
onde le questo dato
che per cio voglia (2) chom per matto laggia
vien dala folle superbia dalquante

nuitur amplius honor huius, quanto per hanc vir ipse, valoris modici reputatur ℭ *Sicque domina sapiens* (3) *habere desiderat sapientem, ac virtutibus commendatum, unde hoc illi datum noscitur mulieri, quod ob id patiatur ut ille, ab aliis insipiens reputetur .* ℭ *Venit acaliditate superbie aliquarum que*

mentio in totius libri principió seu prohemio in fine in parte ipsius libri .iij°. et multa in yconomicis Aristotilis et multa in Albertano . et multa in breviloquio Iohannis gallensis circa finem . et multa in libro qui construit arma cordis de quo supra fit mentio . *fore dominam* . expone idest habere in domo debitum statum suum . de quo tractatur superius parte prima documento .ij°. *pro servo etc* . quia quomodo habent se invicem tractare in documento proxime allegato dictum est . et habetur ibi magis moralis quam necess[aria] glos[a] (4) *illius* scilicet uxoris *honor huius* scilicet mulieris *Sique etc* . ecce quam bene infert si mulieres attenderent . *reputetur* non curant tales mulieres de monito aristotilis in yconomicis ibi scilicet ut comunibus curet rebus et ut nullus videatur ei nec melior esse nec pudicitior neque magis proprius suo viro . *superbie* de ista superbia habes supra parte prima documento .xxij. in glosa et figuram . *constantem* subaudi maritum . *vincere* de hoc dicitur in regula sequenti . *subtilis* ipsa scilicet .. mulier *exterius* idest ab astantibus *capitis* quia decet ipsam uxorem reputare virum capud suum et eum diligere ut dicit Aristoiles [cum pudore] suavi Timere autem sicut elena ..... dicens timere pria-

(1) *B* piccol (2) *B* volglia (3) *Il ms.* sappiens *con la prima* p *espunta.*
(4) *Le due ultime parole sono aggiunte nel margine e non si leggon bene.*

Digitized by Google

c. 43 b. caman (1) vincer constante (2)
eche si dica costei e sottile
dicio che buone donne lan per vile
edel suo capo ella perde lonore
che dice ognun di fore
vetu costei elle donna dun folle
crede sallir donde discender tolle

c. 43 b. *constantem vincere concupiscunt utque quod ‖ subtilis exterius appelletur, in eo, de quo ipsam reputant bone domine vilem fore ℭ Sicque sui honorem capitis illa perdit ℭ Cum quilibet extra dicat, vides tu istam, stulti quidem est uxor ℭ Credit nempe adscendere, dum descendit.*

mum . O amantissime socer ..... michi verendus atque timendus nil aliud ..... quam diligere ipsum cum pudore quidem et timore nam timendum terribilem esse credit . Et iterum ulixes a Nausicaa ..... o mulier stupeo et timeo te putat enim homerus .... invicem haberi virum et uxorem a.....bo sint sic invicem bonum erit nullum ..... amare nec mirari nunquam se peiorem nec ..... cum pudore sed huiusmodi passiones contingere ..... ad invicem et habere qui natura utiles sunt et minoribus sc.... ad maiores eis . Hunc habitum fecit ulixes penelope subaudi uxori sue . vide ibi in yconomicis . *cum quilibet etc* . et hic etiam bene infert credunt nanque stulte mulieres augere statum suum dum minuunt illum . legitur de nausicaa Orat enim deos sibi dare virum et ..... et concordiam bonam ad virum vide breviter exemplum . Domina fenea de Vercelli maritavit filiam suam Iacopo Arrigi de Noaria et stetit cum illo per annum et rediit vercel[lum in]terrogavit bona mater et quomodo habes te cum viro Respondit filia dicam vobis quod ago sc.... ita facere quod ego homo illum ita sub pedibus sicut vos ancillam vestram et famulum pater ..... mater non obstante presentia duarum sororum ipsius matris cepit eam per trecis et .... verberavit dicens hec tibi non fuit

(1) *B* chaman (2) *Questo verso in B è scritto due volte, in fondo a c. 43 a e al principio di c. 43 b.*

Digitized by Google

REGULA .XL.

Vinto si crede aver donna per senno
homo quandessa la sotto se tracto
non a per quel cio facto
ma sola deboleça (1) lui costringe (2)

.XXXX.

Vicisse credit industria, mulier se maritum, cum traxerit sub se illum. ℂ *Non autem ob id asserat se fecisse, cum sola debilitas cohegerit*

materna monitio . tunc Astantes volebant verbis..... matrem dicentes . et ipse quod bene fecerat et quod ipse ita faciebant de suis . Tunc mater in substantia dixit ad omnes huius regule testum . Ego autem aprobo viro ..... semel audivi hoc novum . de hiis vide si placet in decretis .xxx^a^. quesitone .... femine cum maritantur ideo velantur ut noverint se semper viris suis subiectas .... Et lege capitula .xxxiij^a^. questione ultima capitulo . manifestum . et capitulo est ordo et capitulo hec ymago et capitulo satis et capitulo cum capud alia dicta hoc libro de paritate dico ad conver..... decere.

Vicisse credit hec .xl. regula rudibus forte videretur obscura in fine Sed exponendo clarificamus eam . et construe sic principium . mulier se credit etc . *industria* de hac industria plene dicitur supra in principio huius partis que industrie subditur . *cum traxerit sub se etc* super ista regula vide notata in precedenti proxima regula et remissiones ibidem . *debilitas* mariti scilicet *cuius* scilicet debilitatis ut intelligas quod esse debilitatem et inconstantiam in viro non probat esse contrarium in muliere . et de ista constantia et inconstantia vide infra in proxime sequenti parte per totam *Sed potest etc* . iste .ℨ. est ille qui rudibus videretur obscurus expone sic . Sed potest dici quelibet subaudi mulier non operans idest sua potentia vel virtute non subiciens virum . sed operis huius scilicet c. 43 c.

(1) *B* deboleçça (2) *B* constringe

Digitized by Google

per la qual non si pinge
valor oforça oprodeça (1) in alchuna
ma puossi dir ciascuna
non operante ma cagion dellovra
per chui natura in tal manera adovra

in hoc eum ℭ *Cuius causa in aliquam, valor nec probitas neque fortitudo impingitur* ℭ *Sed potest dici quelibet non operans, sed operis causa huius . pro qua natura, per modum huiusmodi operatur.*

victorie causa . pro qua natura scilicet humana per modum huiusmodi operatur scilicet quod vir aliquando subicitur mulieri . Sed quero quid est hoc dicere . dico tibi mulier est causa cum homo non fortis conversatur cum illa propter quam causam ex concupiscentia carnali non ut se subiciat sed ut quasdam (2) suas voluptuositates impleat obsequitur et se submictit igitur non glorietur de hoc mulier quod ex sua virtute non impetravit quasi dicat non est virtus vincere nolentem resistere sed vitium non resistere ubi resistendum . ed dic quod natura sic operatur non ex vitio nature sed ex vitio utriusque mulieris scilicet volentis quod non decet et viri acquiescentis ad quod non convenit . magis enim ut dicit Aristotiles in polliticis opportet concupiscentias regulare quam substantias . et decet potius dominari domo virum quam mulierem tanquam senissimum unde Aristotiles in eisdem . Omnis domus regitur asenissimo quare et vicine . propter cognationem . Et hoc est quod dicit homerus leges statuit unusquisque pueris et uxoribus dispersique enim et sic antiquitus habitabant etc . Accedit ad hoc illud heticorum beatus quidem nullus volens nullus improperabit ceco anatura aut egritudine aut ex plaga sed magis miserebitur si etc . Vide exemplum . et primo dicas quod exemplum precedentis regule ad hoc tendit ut autem differat sicut formasti ubi vitij conrectionem ad secundam personam ita funda hic ad personas tertias male iudicantes . Ates rex scitarum

(1) *B* prodeçça (2) *Il ms.* quasdas *con l'*s *cancellata ed il segno d'abbreviazione sull'* a.

Digitized by Google

REGULA .XLJ.

Non face donna belleça (1) onatione
ma senno edi vertuti operamento
accrescimento (2)
porge aciascuna distato edi fama
beata qual per cio donna si chiama

.XLI.

Non facit natio dominam vel etiam pulcritudo ℭ *Sensus attamen operatio et virtutum status cuique argumentum porrigit atque fame .* ℭ *Beata que propterea domina nuncupatur.*

dum semel cum regina et aliis dominabus in colloquio esset de Acadio milite eius qui post ductam uxorem paroneam per annum steterat nec viderat regem responderunt omnes paroneam scivit ita se gerere quod magis cum ea quam in armis esse delectatur . dixit regina benedicatur ipsa dixerunt alie apueritia sua fuit puella ita industris et sagax pro certo sapiens domina erit scitis enim quam sapiens erat iste et omnibus abstinet preterquam eius consortio paronee et omnes sic per modum istum nitebantur applaudere Regi ut cum regina delectaretur od moram . Rex autem vocatis quibusdam militibus et premissis que dicta sunt inquid in substantia testum istius regule . Sequitur alia.

Non facit etc . hec .xlj. regula clarissima est et concordat cum notatis in regula supra eodem documento . numero (3) . Et (4) dicas quod licet dicat hic amor non facit etc . subaudi perfectam nam etiam pulcritudinis gratia multum confert ad statum temporalem . ad spiritualem autem forte obest de hoc vide novum quod recitat Innocentia pars decima infra circa in sue lecture principium . de domina Monas . natio autem multum confert . sed hoc vult dicere propter (5) comparationem ut omnia nichil sint compa-

(1) *B* belleçça (2) *B* acrescimento (3) *Lacuna nel testo.* (4) Et *nel ms. è ripetuto.* (5) propter *è congettura; nel ms. non si vede che la* t *e un segno d' abbreviazione.*

Digitized by Google

REGULA .XLIJ.

Le vaghe (1) donne anno amadori assai
loneste nanno men ma son perfecti
che y primi non son netti

.XLIJ.

Vage multos habent domine amatores ℂ *Honeste si quidem pauciores .* ℂ *Hii veruntamen sunt perfecti* ℂ *Nam munditia primi ca-*

ratione virtutis . Accedit illud ex yconomicis virginem autem ducere ut bonos mores doceat dissimilitudines enim morum nequanquam amabiles quod facit ad sequentem regulam . *et virtutum* . de istis virtutibus habes per totum librum et specialiter vide superius parte prima documento .v°. in magna glosa (2) *fame* . quam ut dicit canon (3) qui negligit crudelis est de hoc sepius habuisti . *beata que propterea* . idest propter possessionem virtutum . *domina* . dicas quod talis meretur hoc nomine appellari ex sua virtute Alia autem pulcra et bene nata ex gratiis eis collatis . licet utrunque sit adeo collatum . Vide exemplum . Vos audistis quod regina Anglorum semel inter cetera de quibusdam dominabus convivium celebravit dum esset Parisius inter quas venerunt comitissa Artensis magnifica et illustris domina . et domina Aylis uxor domini .U. de boemia que venerat ad videndam terram cum viro et erat pulcrior que suo tempore visa esset Iuxeratque Rex francorum militibus suis ut hanc pulcram honorarent pro posse . unde hij suaserant regine hanc honorari . Erat et ibi domina blanceman (4) de qua supra fit mentio que licet iam pulcritudinem ammisisset sermonem et virtutes habebat Regina hec dicto ad milites ut de aliis ordinandis in mensa pensarent has tres solas secum vocavit et hanc dominam Blanceman pre aliis duabus probam et eloquentem in digniori loco ad sedendum constituit . Murmurabant ex hoc Iuvenes et ingnari . Cumque post mensam curialiter et

(1) *B* vage (2) *Segue* qu *cancellato.* (3) *Sopra* canon *è un segno d' abbreviazione cancellato.* (4) *Segue* que *cancellato.*

Digitized by Google

e non si curan delonor di quelle
glialtri aman lor per elle
desideran servir lor e piagere
honor epregio desse mantenere

rent . de illarum honore penitus non curantes ℂ *Alii vero eas diligunt propter illas .* ℂ *Eisque servire desiderant et placere, nec non et ipsarum, manutenere honorem, insimul atque laudem.*

ridendo regine actum reprehendere niterentur ‖ in absentia predictarum trium hec Regina se volvens ad illos inquid scribite proverbium istud et postea vester rumor cessabit et dixit eis in substantia testum regule presentis . Sequitur alia regula . Sed quia tempus cenandi est illius glosam in crastinum reservemus. c. 43 d.

Vage multos etc . istam .xlij. regulam glosabimus cum novitatibus Bononiensium dominarum cum simus in earum civitate ad presens de multis remissionibus in hac non curantes Sed per exempla quodam indirecto tramite venientes ad quod intendimus audiamus quod dicam vobis . Vadit vaga que potius dici vana valeret, de domo sua ad sanctam Mariam in Monte secuntur eam .x. viri aut scolares aut alij et istorum quilibet credit esse dilectus eiusdem . Illa primo quem invenit (1) modicum ridet . Secundo signum ut ad sanctam Mariam vadat facit . ad tertium cum illi obviat (2) hostendit se expavescere . Ad quartum mictit ancillam quod ad dictum locum est itura . Quinto in vie medio sertum factum de erba latenter cum iuxta eum fuerit . in terram prohicit ut quo ad alios cadere ipsa invita videatur .vj. alacri facie salutat . et causam querens loquendi cum eo de quadam domina utrum precesserit querit .vij°. cum fuerit in ecclesia dicit vade queras si vinum vel aquam pro nostra pecunia vel dono habere possemus . Octavum cum altare fuerit obsculata respiciens subridet . Nonum redeundo in via reperiens quasi fatigata iuxta vel prope illum sedebit et dicit dimictatis sedere dominas vos Iuvenes recedatis Ad decimum quem transeundo non respiciet retro postea oculos vertet . Nitetur quoque hec ita cum uno

(1) *Segue* ridet *cancellato.* (2) *Segue* o *espunto.*

Digitized by Google

REGULA .XLIIJ.

Femina folle e malvagia bastone
donna valente (1) pone
amor che deggia monendo pregare

.XLIIJ.

Mulieri nequam baculum et maligne . ℂ Valentem itaque domina ponit amor ad boni, perseverantiam (2) *a te monitis exortandam ℂ Nec*

peragere, ut alij non perpendant . et si duos invicem forte invenerit alteri altero non videnti signum faciet ut prevadat . Unde iste sicut male amat unumquenque ita male amantur quia contigit ut raro in tot (3) valeant varietatibus se celare . Constat ergo ut ultimo diligantur ut diligunt . Et contra honesta domina vadit ad idem festum . hec ad neminem singulariter oculum vertit nulli signum facit anemine petit anemine recipit nulli donat hanc vani homines non secuntur Probi tamen et ordinati sequentes eam laudant et dicunt durum esset adscendere in celum et grave esset hanc habere sed siquis haberet longe et de terre finibus pretium eius . Converte itaque predicta ad bonum et dic quod due sorores fuerunt iste Bononie et non dum maritum habebant et ego vidi eas . prima credidit hoc (4) modo maritum habere . et nunquam habuit et decessit, Secunda maritum habuit quendam honorabilem militem qui semel postea dixit michi Annis .iiij^{or}. hanc amavi et nunquam per signum aliquod perpendere potui de hac idem . Cumque mecum esset iam uxor interrogavi eandem si ob amore quem ad eam habui me amabat Respondit nec te adhuc amarem nisi maritum . Vivente autem adhuc prima (5) dixit ad istam bene scivisti me decipere . Tunc Amor qui erat ibi prope Respondit et dixit testum regule presentis . *honeste* de honestate habes hac eadem parte supra speciale documentum . *munditia* de hac vide notata parte prima documento

(1) *B* valentre (2) *Il ms.* perseveratiam (3) *Segue* se *cancellato.* (4) hoc *è aggiunto sopra.* (5) *Segue* dis *cancellato.*

Digitized by Google

del buon perseverare
ne lei tentando stringer troppo il freno c. 44 a.
per che spesso vedeno
caval human divenuto restio
se forse il tracti amaniera del rio

tentando illam, nimium ‖ ei frenum, stringere te c. 44 a.
debere . ℂ Nam videmus sepissime, humanum in retrogradum, vergi equum . si eum ad mali, volueris maneriem pertractare.

.xxij°. et alibi supra et infra . *diligunt etc* . de isto amore et coherentiis huius conclusionis habes infra parte .xj. documento primo . in glosa et testu et supra parte prima documento secundo . et hac eadem parte documento secundo supra.

Mulieri etc . hec regula .xliij°. clarissima est vide eam . Corrigit enim antiquum proverbium aliquorum qui dicebant buona femina et mala femina vuol bastone buon caval et mal caval vuol gli sproni Istud enim non procedit quod inter tales servetur equalitas . Et nota quo vulgari utitur amor hic et pluries in hoc libro nam ubi loquitur de femina mala dicit femina ubi autem bona dicit domina ut videas que hoc nomine ‖ digna est quod omnis c. 44 a.
homo potest dici homo sed non dominus . ed dic *baculum* ab eo ad quem pertinet eius correctio . et modo quo decet et etate qua decet Super quo vel quibus vide canones positos .xxxiij°. questione ultima de quibus notatur supra .xxxviiij. regula in fine et iura de patria et dominica potestate et de emendatione propinquorum lege una . *valentem* idest virtuosam . *exortandam* super quo vide .xliij°. distinctione sit rector sepissime allegatum . *stringere* . nitimur enim invetitum semperque natura negatum de quo vide notata superius parte prima documento *humanum etc* . et certe dignum est ut si bonum equaliter cum malo pertractes talis exitus sequaris honore . Vide breviter exemplum . duo Senenses quos ego cognovi habebant duas uxores alter bonam et alter malam . Unus conquerebatur cuidam tertio de sua mala . et alius bonam suam laudabat et subiungebat quod ipse poterat eam artare ad standum semper in domo et ad faciendum quicquid volebat . Iste tertius di-

Digitized by Google

REGULA .XLIIIJ.

Sovrogni (1) peso egravoso aportare (2) luom (3) grave in collo e femina superba

.XLIIIJ.

Super pondus quodlibet onerosum, invenimus ad ferendum, collo gravem virum, ℭ *Et*

xit marito male verbera eam . et marito bone non nimium artes eam tunc dixit maritus male immo et sua et mea baculum vellent . Replicavit tertius testum istius regule . Sequitur alia.

Supra pondus etc . hec .xliiij^{a}. regula utillima est et si pateretur locus omnis versiculus egeret exemplis . et aliis auctoritatibus adiuvari . Sed brevitate cridante breviter transeamus . *gravem etc* . Vide comparavit hominem gravem mulieri superbe . et dic gravem idest onerosum non gravem idest moralem . et de hoc habes supra parte prima documento .xiij^{o}. in testu et glosa . *et superbam etc.* quia melius est habitare in deserta terra quam cum muliere rixosa et iracunda . proverbiorum .xxij^{o}. capitulo . *torquetur* . accedit ad hoc illud eodem capitulo noli esse amicus viro iracundo nec ambules cum viro furioso . ne forte discas semitas eius et summas scandalum anime tue . *Suspicatur* et de hoc vide supra parte prima documento .xiiij^{o}. in testu et glosa . *dedignatur* et de hoc ibi *pomposus* et de hoc eadem parte documento .xxj^{o}. Exemplum vide . Ibant romam quidam florentinus onerosus valde in moribus suis et ducebat secum uxorem valde superbam . iste continuo rixabatur cum ea improperans ei superbiam et illa in eum istos suos onerosos mores . Ipsis euntibus adiunctus est eis quidam Bononiensis qui nil faciebat aliud per camminum quam blasphemare in deum et dolere verbis et minari minoribus suis . Procedentibus ipsis supervenit et adsotiatus est eis quidam lucanus qui de omni eo quod dicebant alij suspicabatur et credebat de se dici . demum adiuntus est eis ex

(1) *B* Sovrongni (2) *B* apportare (3) *B* luon

Digitized by Google

e molto avita acerba
colui che pur convien continuare
con quel che non fa che se lamentare
ancor greve edurare
conluom che dogni (1) cosa e sospeccioso
epiu col disdegnoso (2)
ne molto men ci fa noia il ponposo (3)

superbam similiter mulierem ℭ *Acerbam etiam vitam ducit, qui cum illo habet penitus conversari, qui assidua lamentatione torquetur .* ℭ *Grave insuper est durare cum eo, qui de re qualibet suspicatur* ℭ *Et amplius cum qui de singulis dedignatur* ℭ *Nec multo minus pomposus tedium nobis affert.*

casu quidam Marchianus qui de omni verbo levissimo dedignabatur cum istis . Cumque pervenissent ad radicofani supervenit quidam venetus qui in gestibus et verbis suis tot pompis (4) et vanagloria utebatur ut locus non remanserit dictorum quasi oneri vitiorum Bataçius autem de Aretio qui ex casu similiter ibat Romam inveniens se uno sero cum istis et perpenso (5) de moribus et actibus singulorum dixit probandum michi est si cum tot gravaminibus probare potero die una . Sicque sequenti die de sero durare cum istis non valens ivit et hospitium per se cepit . Alii autem hunc non videntes fecerunt de ipso queri per terram quo invento et vocato ad eos venit (6) . ad quem loquens pro omnibus venetus dixit ei et quo deseruisti consortium nostrum . Tunc ‖ Bataçius respondit ei testum huius regule et discessit . Sequebantur hii eum ut eis diceret quis quodque vitium pateretur sola muliere que expresse detecta est remanente . Dixit eis ite et exquirite vos ipsos in mentibus vestris quia non essem una alia die vobiscum pro toto orbe terrarum . Sequitur alia regula. c. 44 b.

(1) *B* colluon che dongni (2) *B* disdengnoso (3) *Così in B; A* pōposo
(4) *Il ms.* popis *senza segno d'abbreviazione.* (5) *Il ms.* perpeso *senza abbreviazione.* (6) *Segue* q *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .XLV.

Assai e terra e son certi animali
vivon di quella e non sen tolgon (1) fame
lassa lavaro il pan vive di strame

.XLV.

Satis de terra est, animalia sunt et quedam, de hac viventia sed nec audent, se propterea saturare ℭ Panem avarus deserit et de strame nutritur.

Satis etc . hec .xlv^a^. regula clara est . *de terra* . hanc terram (1) et questiones circa eam habes infra parte .vij^a^. documento .viij^o^. in glosa . animalia . super ista dictione animalia nota quedam que ad exempla ponenda tota die tibi possunt occurrere dicitur in primo animalium yrundo est avis bone ale et omnes aves que assimilantur ei sunt bone ale et malorum pedum . Omne animal manens cum suis sotiis etc . est vespa et apis et formica et grus et quedam istorum animalium regit Rex et erunt obbedientia illi sicut grues et apes nam ista habent regem et principem circa se sollicitum et quedam habent regem sicut formice et multa eis similia quedam commedunt gustabile proprium sicut apes et genus aranee nam gustabile apis est mel et quedam animalia pauca de numero dulci Sed aranee vivunt de venatione muscarum et quedam vivunt de venatione piscium . et quedam sunt venantia animalia acumulantia suum nutrimentum . et quedam e contrario et quedam habent habitacula et quedam non et que habent sunt sicut talpa mures et formice quedam sunt mansueta et pauce ire et insipientie sicut vacce et quedam sunt iracunda et insipientia et non recipiunt aliquam doctrinam bonorum morum sicut aper agrestis . et quedam sunt patientia et timida sicut cervus et quedam austuta ut serpens et quedam audacia fortia larga et nobilia ut leo . et quedam austuta fortia et silvestria ut lupus . et quedam ingeniosa ut

(1) *B* non si tolgon (2) *Il ms.* terra *senza segno d'abbreviazione.*

Digitized by Google

REGULA .XLVJ.

Morte non e (1) finir per cosa honesta
ma morte grande e questa
viver per viçi edilectarsi in quegli (2)

.XLVJ.

Mors utique ob honestum, finire aliquod, non existit ℭ *Sed ad vitia vivere, ac in illis similiter delectari .* ℭ *Nam propter laudabiles*

pravarum operationum ut vulpes et quedam iracunda et applaudentia hominibus ut canis . et quedam mansueta et domesticantur cito ut elephans . et quedam verecunda et osculantia se ut anseres . et quedam invida et amantia pulcritudinem ut pavo . animal vero quod habet discretionem est solus homo . etc vide ibi . *et quedam* ut talpa et similes unde dicitur quod talpa timens ne terra sibi deficiat nunquam de illa commedit ad saturitatem . et inde comparatur avaro . *panem* hoc vult dicere quod avarus propter vitium vivit de vilibus meliora dimictens . Vide breviter in hac exemplum . Armanicus nimpha tu[nc.....] (3) caritudo veniret in Assa de [numerata] pecunia quam habebat emit omni[a victu]alia de terra cumque conquererentur [incole] inter se quod annona carerent et rogarent eum ut redderet pro pecunia tripli[cata] inquid ad eos . dicit michi Erithea [sibilla] magnam inesse causam venture car[itatis ....] in patria tota et quod ipse pro comuni boni [congre]gaverat singula quod hoc argumento [probab]at . quia nunquam ipse cum sua familia ex tanta congregatione aut cumulatione rerum ad sufficientiam assummebat . Amor autem hec audiens dixit ad eum audientibus illis huius regule testum.

Mors etc . hec regula .xlvj°. habet aureum testum et vix posset melius glosari . unde sufficeret Et concordat principium istius regule cum illo canone .xj°. questione tertia nemo peritorum ubi dicitur Melius est pro veritate

(1) *B* nonne (2) *B* quelgli (3) *Tra parentesi quadra pongo in questo brano tutto ciò che nel ms. fu ritoccato da mano posteriore del sec. XVIJ; qui il ritocco non è punto chiaro.*

Digitized by Google

che per tuoi gesti begli (1)
riman poi morte memora vivente
cosi lo sconoscente
non puote morto memora servare
che mai non volse nela vita intrare

gestus tuos, vivens post mortem, memoria conservatur ℭ *Sic quoque ingratus, post exitum nequit, conservare memoriam, que nunquam ingredi voluit ipse vitam.*

pati supplicium quam pro adulatione beneficium et ponitur hoc elective non comparative ut ibi notatur . *ob honestum* . de honestate vide suum supra speciale documentum .iij. hac eadem parte . *ad vitia* de vitiis vide supra in opposito virtutis parte prima documento .v°. in glosa . et per totam partem . *vivens post mortem etc* . de hoc vide notata in parte .viiij^a^. documento ultimo . *ingratus* Super hoc vide notata in regula seguenti . *vitam* . scilicet bene vivendo et vide quod male vivere posuit ut mortuum esse et e contra . Sequitur exemplum . Quidam delicate vivens se continuo inmunditiis et voluptate nullo freno adhibito immiscebat cumque redargueretur aquodam dixit non est res que tanto tempore hominem in vita conservet quam sue quemque in omnibus satisfacere voluntati dixit alius hoc verum non est et si verum esset quo ad vitam mundanam tamen quo ad etternam falsum est . cumque de hoc diu durasset contentio inter eos iverunt de comuni concordia ad amorem . solutionem huius questionis petentes . Tunc amor vertens renes ad primum dixit ad secundum verba istius regule . Sequitur alia.

Non solum etc . Super hac .xlvij^a^. regula habes speciale de ingratis documentum superius parte (2) prima numero .xviiij. vide ibi . vide ergo breviter expositionem . *sibi* . scilicet ingrato . et omnis testus sequens est apertissimus et si cui forte in vulgari esset obscurus in (3) latino tamen recipiet claritatem . Sequitur exemplum . Quidam recepit de pluribus aquodam suo maiori commoda et

(1) *B* belgli (2) *Il ms.* supte *e sopra, nell'interlineo, l'abbreviazione dello* ius *di* superius *e* par (3) *Segue una parola cancellata, illeggibile.*

Digitized by Google

REGULA .XLVIJ.

Non solamente si perde se fai
ad homo ingrato serviso odonore
ma ecco (1) il gran dolore
che spessamente per nemico lai
enoli basta il non voler servire
desideral finire
di quel da chui aricevuto il bene
cha vergogna (2) si tene
che sia veduto et essergli obligato
che di non meritar agia fermato

.XLVIJ.

Non solum perditur, si ingrato homini obsequium feceris vel honorem . ℭ *Sed quod dolorem affert non minimum, hunc tibi sepius reperies inimicum .* ℭ *Servire insuper sibi nolle non sufficit, mortem eius desiderat, a quo receperat ipse bona* ℭ *Cum videri et obligatum illi existere, ad verecundiam sibi gerat* ℭ *Eo quod iam penitus ab omni merito abstinere firmavit.*

doctrinam . cumque iam cognosceret se ob hoc illi multipliciter obligatus et ullo modo ad retributionem intenderet, quesivit causam (3) non causam ut cum non egeret amplius illius obsequio || eius fieret inimicus . Quod ille bonus per- c. 44 c.
pendens ivit ad amorem et conquestus est ei . Tunc cum Amor esset in colloquio cum pluribus dominabus que nominantur virtutes posuit finem tractatui et non respondens ad conquerentem quasi doleret super eum . dixit ad dominas testum regule presentis sequitur alia

Aquilam etc . hec regula .xlviij". si videatur latinum clarissima est . et per sequentia tibi clarior appare-

(1) *B* eccho (2) *B* vergongna (3) causam *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

c. 44 b. REGULA .XLVIIJ.

Aquila ueggio se preda le manca
poi del volar e stancha (1)
ne suoi pasciuta soverchio lor parte
hom cui (2) adio ragion data con arte
fame no aspecta in robbar et in torre
ne mai soccorre
quel che non a per chabbia (3)
ragion in bestie et in huomini rabbia

c. 44 b. .XLVIIJ.

Aquilam video, si cum forsitan fatigato volatu fuerit, preda caret, refecta ex propriis, residuum dividit inter eos . ℂ Homo vero cui rationabilitatem contulit ipse deus et artem, famem, ad derobationes et spolia, non expectat ℂ Nec succurrit decetero, licet habeat indigenti . ℂ In bestiis ratio, in hominibus rabies invenitur.

bit . *aquilam* hec ab acumine oculorum dicta est tanti enim et tam limpidi dicitur esse visus et cum super maria immobili penna feratur nec humanis pateat obtutibus de tanta subtilitate ad instar lapidis ad centrum tendentis descendens raptam predam ad litus trahit ysidorus . Est autem hec avis grandis magnarum alarum latitudine expansa . longo membrorum ductu plena plumis secundum complexionem . c. et s . Spiritum visibilem inter omnes avium species temperatissimum habet secundum complexionem in actu videndi acutissimum unde contra solis radios fertur non flectere oculorum suorum obtuitum virtus enim visiva in ipsius oculis ex causa intensa luminis non disgregatur ut dicit Ambrosius . pullos quoque suos radiis solis obicit et quos viderit immobilem tenere aciem more parentum cum diligentia tanquam dignos suo genere fovet et nutrit quos autem flectere obtuitum (4) viderit quasi de genere adulterinos contempnit . ysidorus. Et

(1) *B* stanca (2) *B* chui (3) *B* chabia (4) *Segue* verter *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .XLVIIIJ.

Auliscon fiori et dilectan lerbette
ma spande vita deli buon magiore
e piu lontan lo dilecto (1) elodore

.XLVIIIJ.

Redolent flores, et delectationem summimus in erbettis ¶ *Hanc tamen pariter et hodorem, longiorem vita et etiam grandiorem expandit, que a bonorum actibus nomen summit.*

quamvis irreverberatis oculis radios solis inspiciat eandem tamen oculorum aciem ad cadaveris aspectum inclinat ut dicit gregorius, Et augustinus dicit quod aquila dum senuerit et aggravatur et in oculis caliginem nimiam senserit et in rostro duritiem fontem aque scaturientis querit et altissime per directum aeris sursum evolans et ex motu et aeris calefactione et solis appropinquatione se calefaciens subito in fontem descendit in quo purgatis plumis et oculorum caligine, renovata conscendit huius quoque penas si aliis pennis assoties ille illas conterunt et devastant . ut cordarum luporum sotietas data cordis comunibus sonum tollit et cum de hac quam varia scripta sint quere illa per libros et nos ad licteram veniamus . *refecta ex propriis, etc* . hoc etiam legitur de ipsa quod ante quam de avibus que secuntur eam, commedat famem expectat et de inde antea predam querit quam non reperiens fatigata, se vertit ad proprios iure dominij et ex illis quod placet accipiens siquod est residuum dividit inter reliquos se sequentes . *homo vero etc* . modo vide quomodo exemplificavit de animali irrationabili ad animal rationale in verecundiam male viventium nam ante quam egeant alios gravant et cum quesierint quod eis expediat de residuis non subveniunt (2) indigenti . Unde bene (3) loquitur finalis .ꝯ. Exemplum vide . immo exempla infinita in tuscia in lombardia et in infinitis partibus mundi et hec (4) tibi sufficiant in ac regula.

(1) *B* diletto (2) *Il ms.* subeveniunt *con la prima* e *espunta.* (3) bene *è ripetuto.* (4) hec *è ripetuto.*

Digitized by Google

REGULA .L.

Poveri son color channo (1) il disio
tuttora in acquistare (2)
non chi del poco si sa pace dare
dunqua se fin tu poni al desidero
puoi esser ricco se vuo di leggero

.L.

Pauperes sunt qui semper acquirendi desiderium patiuntur . ℭ *Non qui de modico ponere noverint sibi pacem* ℭ *Si ergo posueris desiderio finem tuo de levi cum volueris poteris dives esse.*

Redolent . hec .xlviiij^a. regula clara est et exemplificando verum dicit *flores* vide bonum modum exemplificandi de similibus ad similia nam odor florum erbarum et aromatum est invisibilis ita et fama licet differant . *odorem* et sicut odor (3) aromaticarum plantarum alius ex radicibus alius ex cortice alius ex floribus alius ex ligno ut dicitur in libro de vegetabilibus et plantis ita de vita odor ab homine aliquando a principio Aliquando ab extra Aliquando in superficie parum durabilis Aliquando ex anima bona et hic durabilis et vide capitulum extra de sacra untione cum venissent . ibi ut interius nitorem conscientie quantum ad deum et exterius odorem fame quo ad proximum de primo dicit apostolus gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre . nam omnis gloria regis filia ab [i]ntus et de secundo idem .x. bonus odor sumus in omni loco et aliis sumus odor vite in vitam et aliis odor mortis in mortem . exemplum vide .vj. domine provinciales exeuntes ad solatium de naumaso ut tractat dominus Naumerich diviserunt se ab invicem extra portam alie in quandam ecclesiam recreationis causa intrantes contemplabantur de divinis Alie in viridarium spatiosum iuxta ecclesiam se trahentes cum tri-

(1) *B* canno (2) *B* aquistare (3) *Segue* arborum *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .LJ.

Vaglion (1) li dextri piu che iforti assai
e sempre ingegno (2) et arte et uso vince
piu che forteça (3) cittadi e province
ma dove posson insieme regnare (4)
fanno in effecto (5) ciascun avançare

.LJ.

Valent qui dextri sunt, satis ultra quam fortes. ℭ *Semperque ingenium ars et usus, citius quam fortitudo provincias, vincunt et etiam civitates* ℭ *Ubi attamen simul stare potuerint, excellere faciunt quenlibet in effectu.*

bus militibus iuxta limites viridarij consistentes de novitatibus loquebantur Sacerdos autem quidam qui viridarium aperuerat illis tribus eiectus amilitibus venit ad illas que in ecclesia (6) ipsa remanserant et dixit eis Ille vestre socie sciverunt eligere delectabilius quam vos hic narravitque statum viridarij et illarum . Respondit domina Blanceman una ex remanentibus dominabus de qua supra fit mentio et inquid testum huius regule . secunda dixit ad presbiterum hec non sunt ipsa monita sacerdotum Tertia eum volentem respondere reiecit . Sequitur alia .

Pauperes etc . hec .l. regula plana est et bona vide eam . *pauperes* insatiabilis et delectabilis appetitus et undique insipienti . et illud senece pauper est non qui parum habet sed qui parva || cupit Sivis dives fieri non c. 44 d.
pecunie adiciendum sed cupiditati detrahendum brevissima via est ad divitias contentus divitiarum . et vide super hac regula que notantur parte prima documento secundo . vide ammodo super hac exemplum . Carnarius aurifex de parisius homo quidem dives et avarus cum dixisset ad quendam alium burgensem nomine Iohannem cur non dabat se arti

(1) *B* Valglon (2) *B* ingengno (3) *B* forteçça (4) *B* renguare *L'intero verso in A è scritto su rasura.* (5) *B* effetto (6) *Segue* consist *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .LIJ.

Intender e comprender quel chom parla davanti asua risposta deve hom saggio che veder lo coraggio

.LIJ.

Intelligere convenit et comprehendere unumquenque, qui sapiens, antequam respondeat illud quod loquitur quisque homo . ℭ *Nam vi-*

eius et (1) dives fieret . Respondit ille ego dictior sum te animo et materialiter mihi sufficiunt citra indigentiam que possideo Ille autem replicat nec dives es nec eris de cetero sic agendo . Tunc ille subiunxit testum regule presentis ad eum . Carnarius autem nesciens quid respondere discessit . Sequitur alia.

Valent etc . huius .lj°. utilitas regule per se patet et dicit *satis ultra* ubi scilicet non sola fortitudo est necessaria . unde hoc dicas regulariter (2) verum . *ingenium et ars etc* . dicitur primo methaphisice omnes homines natura scire desiderant . signum autem eius sensuum delectatio . experientia quidem ratione singularum est congnitio ars vero volumen hoc autem est quod hij quidem causam sciunt nunc experti vero ipsum sciunt quid sed propter quid nesciunt hii vero propter quid et causam cognoscunt Et in .vj°. methaphysice Illud autem quod fuimus assueti magis applicabile est animo nostro et magis notum ecce potes scire quantum facit consuetudo (3) hic invenies enim apologos et fabulas magis applicabiles animo quam scias licterales . et vide de experientia supra parte prima in suo prohemio in glosa . et multa que ad hanc (4) regulam faciunt . *civitates* Quoniam omnem civitatem vide comunitatem quandam existentem et esse comunitatem boni .... (5) gratia institutam, ut dicitur primo polliticorum . Exemplum vide . infra in primo documento .vij°. partis prudentie ubi cum venus non posset ca-

(1) *Segue* dis *cancellato.* (2) *Il ms.* reglariter *senza segno d' abbreviazione.*
(3) *Segue* hic *cancellato.* (4) *Il ms.* hac *senza segno d' abbreviazione.*
(5) *Il ms.* sac'

Digitized by Google

di quel cha coninciato e che vuol dire
e sol potença del superno sire

dere cor eius, qui ceperit, et quid dicet, in solius est superni domini potestate.

strum virginitatis invadere cum omni sua potentia et suorum per foveas subterraneas ingeniose occupavit et vide illud tullij . natura potentem ars facilem Ingenium humilem et usus promptum reddit artificem cum hiis que notantur in allegato prohemio . Sequitur alia.

Intelligere etc . hec .lij°. regula clarissima est . accedit ad eam lex illa Incivile est nisi tota lege perspecta aliquid iudicare vel respondere digestis de legibus incivile . et illud ex .viij°. thopicorum necesse est autem Respondentem substinere orationem . Immo ne dum audire quod loquens predicat sed etiam in pluribus actendendum bene quid et qualiter dicat et deliberandum sepissime ante responsum facit ad hoc illud ex primo priorum primum opportet constituere circa quid est intentio et de quo cum itaque sepius etiam de iam dictis dubitatio quid dicam de ceptis sed non (1) perfectis Bene loquitur finis regule huius previdere quid velit dicere qui nondum perfecit solius dei est . tamen caute ipso dicente precogita ut si contigat eum ad id tendere quod extimasti tua maturior erit responsio . vide exemplum . Patre presente (2) quidam tertius venit ad filium et cepit ei quandam Iuvenem plurimum commendare filius ante quam tertius ultra procedere Respondit nunquam eam michi dabitis in uxorem et propterea ulterius non dicatis . extimabat enim hoc iste credens etiam patrem de hoc sentire qui de quadam alia quam volebat filius dissuadebat eidem . Tunc tertius dixit iuvenis es et ut iuvenis loqueris ego nanque volebam ate consilium circa mores illius cum in pueritia fueris conversatus cum illa eo quod ad eam accipiendam pro filio meo (3) tendo . tunc Iuvenis verecundatus confusus est . et tertio aliud ‖ non expectante responsum et recedente dixit pater ad filium testum presentis regule inferens etiam multa alia contra eum . Sequitur alia. c. 45 a.

(1) non *è ripetuto*. (2) *Sull'* e *finale è un segno d'abbreviazione cancellato*.
(3) *Segue* quer *cancellato*.

Digitized by Google

REGULA .LIIJ.

Perseverança è tra vertu tal donna
che nulla desse riceve corona
se solo un passo tra via labbandona (1)

.LIIJ.

Perseverantia domina inter virtutes est tanta, quod coronam nulla recipit earundem, si per viam illam passu solo et unico derelinquit.

Perseverantia (2) *etc* . et hec .liij^a^. regula clarissima est Super qua vide notata (3) infra parte sequenti circa principium et vide perseverantie figuram infra circa finem testus totius libri . quibus visis nulla alia glosa eges . Vide exemplum . domina floria de Auringia meo tempore talem observantiam habebat in moribus nam in quadragesima et in diebus veneris et sabati tam in gestu quam vestibus et ornatu sic humiliter incedebat ecclesias visitando ut cum pulcra mirabiliter esset singuli mirarentur in eam . diebus autem reliquis aut ad fenestram stabat aut theatra circuebat ornatu mirabili et gestu penitus immodesto cumque semel una cum quodam milite nomine domino Bernardo de Naumaso Regis francorum Ambaxiatore irem per terram Quadragesime die prima, inventa hac domina dixi ad eum ecce affabiles et honestos huius domine gestus . Iste qui actus domine cognoscebat Respondit michi huius regule testum . Sequitur alia.

Quando etc . huius .liiij^a^. regule que clara est vide ydoneas concordantias supra parte prima documento .vj^a^. in testu et glosa . et aliud in hac tibi non dico exemplum vide . Quidam florentinus quem non nominabo ne videar forte in aliorum infamia delectari hunc morem comuniter observabat ut se minores in omnibus vilipendens vera et non vera in illorum honoris dispendium proferebat contigit eum ex culpis istis in casum alium cadere sine culpa ob

(1) *B* labandona (2) *Il ms.* Perseveratia *senza segno d' abbreviazione.*
(3) *Segue* s *cancellata.*

Digitized by Google

REGULA .LIIIJ.

Quanto eluom maggio tanto piu dispare
quando li bassi dispregia oschernisce
e piu chel si seguisce
mante fiate che gente cotale
cade disotto acolui che men vale

.LIIIJ.

Quanto maior est aliquis, tanto minor videbitur, cum contempserit vel deriserit humiles ℭ *Et amplius hoc contingit sepissime, quod gens talis, sub illum qui minus* ‖ *valuerit, emergetur.* c. 45 a.

quam comune fiorentia sic excoriavit eundem ut vilis avilibus ne dum abonis universaliter putaretur Conquerebatur hic in amoris presentia coram tribus fortune Iudicibus Amor autem silentio posito Iudicibus memoratis inquid ad eum huius regule testum quo dicto imperavit ancille sue morti nomine ut eius insanie finem poneret et sic fecit . Sequitur alia.

Nequaquam etc . (1) hec .lv^a^. regula planissima est et vera concordat cum ea regula iuris illa Non est sine culpa qui rei que ad eum non pertinet se immiscet extra de regulis iuris libro .vj^o^. cum brocardicis suis . Exemplum vide ex vero ipsius fundamento . hec regula facta fuit ab amore in terra de Bedoino in comitatu Venesis ubi cuiusdam mei sotij famulus dum duo fratres invicem verbis contempnerent iste cepit alterius partem sequi et alterius dicta convincere nitebatur . unde ille cuius hic resistebat ad fratrem contentione relicta volvit se ad famulum istum dicens quid a te de contentionibus nostris ille autem replicans dixit volo defendere rationem et ille et quomodo es Iudex inter nos fratres, breviter isto famulo male loquente fratres ambo insurrexerunt in eum . et crescentibus verbis illum tribus vulneribus vulnerarunt Rediens iste querelam posuit coram Iudice terre . dominus famuli subiungebat hic domine sine

(1) Nequaquam etc . *nel ms. non è sottolineato.*

Digitized by Google

c. 45 a.

REGULA .LV.

Non e netto di colpa
chi pon la man o parlando la bocca (1)
in quella cosa che gia noli tocca (2)

.LV.

Nequaquam noscitur is immunis aculpa, qui manum posuerit vel os forte loquendo, in rem que nullatenus eum tangit.

culpa hec patitur . dixit Iudex nolumus passo hec dicere ne addatur afflicto afflictio, Sed vobis domine loquimur et dixit testum huius regule concludens quod nichilominus debitam iustitiam ageret de predictis . Sequitur alia.

Omnis etc (3) hec .lvj^a^. regula utilis est et bona et sepius allegatur et in sua lictera clara est . *in culmine*
c. 45 b. *gravior etc* . quod hoc sit verum || facile est videre nam si fortis et levis eris in pede montis quanto (4) magis fatigaberis versus culmen tanto difficilius adscendes probatur hoc etiam in balista *ditari levius,* et hoc verum est de quibuscunque divitiis velis intelligere . pro eo quod in principio solus es ad querendum In processu (5) autem ab unoquoque acquisito iuvaris . *ex alto etc* . totum tractatum de adscensu et descensu habes supra parte prima documento *qui eis perditis* Vide infra parte .vij^a^. per totum que te docet multipliciter custodire quesita . Vide exemplum Sed ante omnia dic quod huius regule propositum est ad custodiendum quesita relique partes sunt exempla . Paulus constantinus de Clarintia cum ditissimus esset a curialitate deceptus preter quoddam podere suum ex quo ultimo substentari (6) ad sufficientiam confidebat omnia bona contulit diversis temporibus in diversos . Post hec autem dux clarintie proprie voluntatis (7) arbitrio podere huiusmodi austulit eidem et cum iste

(1) *B* boccha (2) *B* toccha (3) Omnis etc . ***nel ms. non è sottolineato.*** (4) *Il ms.* quato ***senza segno d' abbreviazione.*** (5) *Il ms.* processus ***con l' s finale cancellata.*** (6) *Il ms.* substendari ***con la d espunta, probabilmente con l' intenzione di sostituirla con*** t. (7) *Il ms.* volutatis ***senza segno d' abbreviazione.***

Digitized by Google

REGULA .LVJ.

Ogni (1) montar nela cima epiu greve
ma larricchir piu leve
cosil (2) descender dellalto piu duole
achi ben seder suole
ela riccheça (3) emortal acolui (4)
chessa perduta dimanda laltrui

.LVJ.

Omnis in culmine, gravior est adscensus . ℭ Sed ditari, levius in hoc gradu . ℭ Sic ex alto descendere, qui sedebat commode, dolorem incutit grandiorem ℭ Illique divitie sunt mortales, qui eis perditis, petere cogitur alienum.

ad multam indigentiam devenisset (5) ivit ad ducis fratrem et sibi petiit verecunda facie de aliquibus subvenire Qui frater obmutuit illeque recessit . Inde comes vegle qui ex casu ad curiam illam accesserat hoc perpenso miratus super incuriam fratris ducis et antique curialitatis pauli et predicte violentie non ingnarus tractis familiaribus suis in partem inquid ad eos huius regule testum vide illum . Sequitur alia.

Non debet etc . hec .lvij^a^. regula habet in se regulas plures Sed in suo principio est propositum regule reliqua sunt ad similitudinem . *tendere ad dampnandum* super hoc vide testum et glosam superius parte prima documento *In dubiis etc* vide iuris regulam In obscuris minimum est sequendum cum similibus ibi notatis et vide super hoc .xiij^a^. et .xiiij^a^. distinctionibus per totum . *in benigniore etc* . et de hoc vide regulam In penis benignior est interpretatio facienda et que ibi notantur . et pene restringende sunt potius quam laxande . cum multis similibus *que partem ceperit* de hoc vide infra in principio sequentis partis constantie . Tolle exemplum dominus Man-

(1) *B* Ongni (2) *B* chosil (3) *B* riccheçça (4) *B* accolui (5) *Segue* in *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .LVIJ.

Non dea alchun sol tender (1) adannare
quel chaude tutto primiero isforçare
cheglil mantenga sel si puo salvare
ecome si convien ne dubbi torre
quel cha men rischio corre (2)
cosi ancor (3) li savi an comandato
che sia interpetrato
cio che di pena in piu benigna (4) parte
conoscer cio non puo chi prende parte

.LVIJ.

Non debet aliquis solum tendere ad dapnandum . ¶ Sed niti primitus ad tenendum . quod audit si salvari valeat, quomodo ¶ Et prout in dubiis, convenit id sequamur, quod periculi est minoris, Sic similiter sapientes, novimus iniunxisse, in benigniorem partem, interpetrari debere, quodcumque continet penam ullam ¶ hoc quidem cognoscere qui partem ceperit, iam non potest.

nus dela branca in cuiusdam semel regimine civitatis habebat tres Iudices Unum qui semper aliorum dicta destruere nitebatur Alium qui volens audax videri semper ex gravibus et levibus graviora suadebat Tertium in suis sententiis rigidiorem viam immitabatur Contigit quadam die ipsum dominum Mannum cum hiis tribus ex hiis causis valde turbari . Unde quidam milites dicebant ad eum non decet rectorem sic turbari dixit ille Audivi quod dicit philosophus quod non irasci in quibus opportet et quando opportet insipientis esse videtur . Et cum isti niterentur ad excusationem illorum inquid ad eos huius regule testum . Sequitur alia.

(1) *B* tenter (2) *Questo e i due versi precedenti sono in B scritti su rasura nello spazio per due anziché per tre versi; evidentemente un verso era stato omesso nel copiare.* (3) *B* anchor (4) *B* beningna

Digitized by Google

REGULA .LVIIJ.

Rade fiate coli rei usando
ti partirai chalchun viço non prenda
onde prego chattenda
lo tuo pensero alusança de buoni
donde cogli due doni
exemplo evoglia (1) di vertute ovrare
e fama intorno ten vedi acquistare

.LVIIJ.

Raris cum malis vicibus, conversando . removeberis ab eisdem, quod aliquod vitium non acquiras . ℭ *Quare tuum te precor, ad bonorum consortium, dirigi cogitamen* ℭ *Unde colligis dona duo* ℭ *Exemplum ac desiderium ad virtutem,* ℭ *Nec non et famam in circuitu, ob hoc acquirere te congnosces.*

Raris etc . Super hac .lviij^{a}. regula que plana est vide testum et glosam supra parte prima documento .ij^{o}. et accedit illud ex primo thopicorum quod magis impedit bonum magis fug.... quod magis impedit virtutes ut egritudo feditatem etc . vide exemplum . Monet pater filium in catonis monito Ambula cum bonis ille autem contrarium faciens die quadam in taberna una cum tribus luxoribus est occisus . Alter vero (2) filius occisi frater plorans ..... venit ad patrem et refert ei hoc novum astantibus pluribus . pater autem sapiens et constans volens dampnare consuetudinem mortui et monere viventem nil respondet aliud quam testum regule presentis . Sequitur alia que talis est.

Velud etc . hec .lviiij^{a}. regula plures continet in se regulas Sed in ultimo est eius propositum . *impossibilis* de hoc vide regulam nemo potest ad impossibile

(1) *B* evolglia (2) *Segue* frater *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .LVIIIJ.

Sicome (1) cosa impossibil non lega
cosi mal iuramento
non face obligamento

.LVIIIJ.

Velut res aliqua impossibilis te non ligat, Sic iniquum, non obligat iuramentum . ℭ *Il-*

obligari libro .ij°. et digestis de regulis iuris Impossibilium nulla est obligatio cum hiis que super eis notantur *iuramentum* super ista materia plenissime notatum est supra parte prima documento .xvij. in magna glosa . *fidem* . iuxta illud frangenti fidem fides frangatur . et habes in glosa hodie libro .vj°. In malis promissis fidem non expedit observari, et alia ..... sibi fidem quis postulat ab eo servari qui fidem ase prestitam servare recusat . et illud in malis promissis rescinde fidem in turpi voto muta decretum quod cum aliis a[ll]egatum habes allegato proxime documento et dic quod illud *nec alij* quod est in fine non est de .....sitate sufficit enim si tibi non servatur . sed inibi ponitur ut intelligas multo fortius in tali . Exemplum adde . Alfandus menius promisit ciro regi olim persarum
c. 45 c. infra mensem || tertium absque viri coniuntione et femine viventem ac formatum representare piccinacum Alioquin iuravit ei duos suos filios occidere qui rebellaverant dicto regi . Et Rex ipse promisit eidem dare castrum quod dicebatur mons ignis Adveniente autem mense tertio ante finem maluit cirus destruere castrum quam patri suorum rebellium commictere gubernandum finito autem ternuo et vocato Alfanda rex petiit impleri promissa . Ille autem probata quadam sua insania et videns quod penitus mentiebantur dicentes (2) piccinacum vel alium absque viri et mulieris coniuntione creari aborrens etiam occisionem filiorum et sciens castrum dirutum inquid ad regem serva si vis servari . Alioquin non servabo . Tunc rex revolvens se ad astantes quesivit a Macronio preside magnoque prudente quid iuris . Respondit

(1) *B* Sichome (2) *Segue* homine *cancellato.*

Digitized by Google

si che nol dei servare
mala fermeça nel buon dei mutare
cosi per simigliança (1)
non fai men che leança
se tu non servi la fede acolui (2)
che nola serva ne te ne altrui

lud igitur observare non debes ℭ *Sed in bonum, mali propositum commutare* ℭ *Sicque per simile nichil aliud quam legalitatis efficies, cum non servaveris illi fidem, qui nec tibi nec alij servat eam.*

Macronius huius regule testum . et licentiatus est ille . In predictis tamen dicas quod quantum ad beatam virginem ut alias superius habuisti non est impossibile cum nichil etiam sit impossibile apud deum.

Ille etc . hec .lx^a^. regula clarissima est *patienter* de omnibus hiis que ad patientiam pertinent vide infra partem .v^am^. que patientie subditur per totum . *et ex bono et malo etc* . cave tibi de hac lictera quia tibi de malo aliqua pars summenda non est sed intelige de felicitatibus et infelicitatibus ut cum tibi occurrerint eligas bonum et ex malis minus malum secundum quod tibi traditur supra eadem parte documento .iiij^o^. in testu et glosa *sperando etc* . Super omnibus que ad spem pertinent vide infra parte sua . scilicet spei que .vj^o^. est Sequitur exemplum . legitur in No[vum] libro qui construit arma cordis composito adomina Monas de quibus supra fit mentio quod Annania mulier una ex dictioribus partium orientis duos suos filios fulmine ac divitias pro maiori parte diversis infortuniis amisisset ligatis sarcinis ad terram habitationis domine predicte se transtulit et gemens amarissime coram ea et explicans incommoda que subierat inquid ad illam supplico in adversitatibus meis remedium ad quam domina Monas dixit deus remedium (3) Monas tibi consilium exhibebit . patientie merita fugant adversa . quodque mirabilius est impetrant prospera . Cogita igitur si tales et tantos filios tantasque divitias merebaris sique illis utebaris ut grata que si sicut hactenus concurrebant

(1) *B* chosi per similglança (2) *B* accolui (3) *Segue* ego tibi *cancellato*.

Digitized by Google

c. 45 b. REGULA .LX.

Colui e saggio che sa sofferire
spesa danno e martire
secondo lesser del tempo che corre
del ben edel mal torre
in questo modo la miglior (1) partita
sempre sperando daver miglior (1) vita

c. 45 b. .LX.

Ille sapiens appellatur, qui iuxta cursum temporum, expensas incommodum, et dolorem ferre noverit patienter ℭ *Et ex bono et malo, per modum huiusmodi, partem capere meliorem sperando continue, vitam assequi magis gratam.*

si patiens fueris ne dum recuperabis perdita sed maiora percipies Si autem non sic extima te hec omnia iure perdidisse . ut per viam talem places animum dei nostri . Cumque mulier hec impatienter quodammodo responderet et querelis durissimis se gravaret ac dampna expensas et gravamina que tulerat in spem nominaret . dixit hec ad illam in substantia testum huius regule . sequitur alia.

Non est ad dandum etc . hec .lxj^a^. regula (2) plana est et vera quia nemo dat quod non habet prima questione ultima daibertum et nemo potest plus iuris transferre in alium quam sibi competere dinoscatur extra de regulis iuris nemo libro .vj^o^. et que ibi notantur quia longum est broccardum . Vide exemplum Cum maritum habuisset iam per annum domina Blanceman dominum scilicet hugolinum ut videre potuisti si legas infra in parte prudentie .vij^a^. documento .viiij^o^. in glosa venit ad eam semel ut narrat folchet dominus naumerich (3) oravitque ad eam longis verbis que locus iste non patitur, ut eum in servitorem acciperet dixit illa hec tua verba sic generalia possent

(1) *B* milglior (2) .lxj^a^. regula *aggiunto sopra.* (3) *Il ms.* naumerichi *con l'* i *finale cancellata.*

Digitized by Google

REGULA .LXJ.

Non e tenuto chi non a di dare
onde vedian fallir huomini assai
dalamico voglienti (1)
quel che non puo ne rimagnon (2) contenti

.LXJ.

Non est ad dandum, non habens quid conferat obligatus . ℭ *Unde videmus homines errare quamplures, ab amico volentes, quod in eius potentia non existit, nec propter ea contentantur.*

forte aliquid incongruum continere . Sed pete quicquid vis et si michi possibile fuerit dabo tibi, tunc ille dixit et postquam sic dicitis forte amplius petam modo . dixit illa pete secure nam bene scio quod ad inhonesta si ea petieris non tenebor Et ille dedi vobis iam diu cor meum peto ergo michi dari cor vestrum Tunc illa dixit malum cambium (3) non fecisses si hoc impleretur sed frater hoc michi possibile non existit cum iam diu dederim ille plene domino Ugolino . Ad hec responsa turbatus iste conquerebatur de ea et quod promissa servare negligeret cum talis nature cor esset quod poterat ut maritum amare dominum Ugolinum et eum similiter ut amantem . Et sic ista domina volens ab hiis in verbis paucis recedere, dixit ad eum in substantia testum regule presentis . sequitur alia regula que talis est.

Modicum etc . hec .lxij°. regula clara est . et se ipsam glosat . nam in principio ponit propositum in fine probationem *modicum prosunt* . immo potius obsunt unde melius esse pauperem tali esset . *et vana etc* . huius dicti rationem finis reddit . *non permictit* expedit enim rei publice ne quis re sua male utatur ut lex dicit . Vide exemplum . Quidam Ianuensis cuius nomen taceo cum

(1) *B* volglenti (2) *B* rimangnon (3) *Il ms.* cabium *senza segno d'abbreviazione.*

Digitized by Google

REGULA .LXIJ.

Poco (1) val la riccheça a chi mal lusa (2)
et evana la scusa (3)
diquel che dice io fo come del mio
chel nostro sire idio
non vuol ancor di quel chesso ta dato
che tu ne facci alchun facto (4) vietato

.LXIJ.

Modicum prosunt illi divitie qui eis abutitur ℭ *Et vana excusatio est illius qui dicit de hiis facio ut de meis* ℭ *Nam dominus deus noster, de hoc etiam quod tibi contulerit, aliquod te facere vetitum non permittit.*

ditissimus esset iactabat continuo pecuniam suam in rebus inhonestis Ad licita autem nil ponebat Transeunte ita-
c. 45 d. que illo per plateam || quidam forensis me presente a terrigenis petiit quis est ille . Respondit unus ditissimus homo est dixit forensis bene laudasti eum si laudabiliter divitiis utitur et cum cives nil responderent volentes sui civis vitium palliare quidam alius forensis qui conditionem non ingnorabat illius eam aperuit . Tunc forensis primus inquid ad omnes in substantia huius regule testum . Sequitur alia

Amicum etc . hec .lxiij^{a}. regula clara est et occurribilis et bona . et habes quasi simile infra parte prudentie .vij^{a}. documento .x^{o}. super verbo iratus et que ibi notantur vide illa et de Amico habes eodem documento per totum . tam (5) de querendo quam conservando et multa ibi circa eum igitur loco isto nil restat aliud quam exemplum quod tale est Allisius parcus de istria cum de novo Advenam Iacobottum de Regio quesivisset amicum et cum illo in mirabili colligatione perseverasset per annum, In

(1) *B* Pocho (2) *B* mal usa (3) *B* schusa (4) *B* fatto (5) *Il ms.* ta *senza segno d'abbreviazione.*

Digitized by Google

REGULA .LXIIJ.

Amico irato convien che sostenga
fin che tornato porai esser certo
del suo volere che poi vedi aperto

.LXIIJ.

Amicum te convenit, cum irascitur tollerare, donec reverso illo poteras certus esse, de sua quam claram videbis postea voluntate.

mense .xj°. pervenerunt de regia Iacobottum hec nova quod Estensis Marchio cuncta eius bona fecerat occupari Stabat iste solus dolens Venit ad eum Allisius et volebat hiis non obstantibus que non ingnorabat ad sollatium lucere Iacobottum Is amicum quod eum tunc permicteret inducebat et cum finaliter nullo modo permicteret illum esse, dixit . ad eum Vade quia nullo modo veniam ad presens hecque verba (1) facie turbata subiunxit Unde Allisius mutatam faciem ob se solum coniciens dixit ei promicto tibi quod non eris ergo in meo consortio hinc ad annum . et ille nec tu in meo . Recedente autem Allisio invenit eum Nerius Cittadini aquo predictis auditis dixit ei frater facile est iratum ad maiorem iracundiam provocare ideo expectatur quisque commotus ut redeat . Allisius vero persistebat querele Tunc Nerius dixit ei huius regule in substantia testum . ex quo ille postea mitigatus recognovit se ipsum et nichilominus remanserunt amici . Sequitur alia.

Fugias etc . hec .lxiiij°. regula plana est . *in iram .* de ira vide infra in parte iustitie documento secundo . et in locis ad que inde remicteris et vide quod precedens regula loquitur de irato substinendo hec loquitur de ira vitanda ne ob eam incidas in dampna et incommoda valde sepe unde volve mantellum ad exemplum . Ivit postea nerius Cittadini ad istum (2) Iacobottum qui nominatur in regula precedenti per plures dies ut inveniret eum iam pacatum . Et cum intrasset domum invenit eum iratum fortissime cum

(1) *Segue* faie *cancellato.* (2) *Segue* Al *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .LXIIIJ.

Fuggi la cosa che in ira ti trahe
che mai non fae
homo durante quella
cosa ordinata ne buona ne bella

.LXIIIJ.

Fugias unumquodquam, quod trahere valeat te in iram . ℭ Cum rem aliquis ordinatam, bonam etiam aut pulcram, facere nequeat hac durante.

uxore . ita quod cum eum vocaret ad partem et dixisset ei venio stare tecum in prandio die ista, dixit Iacobottus carissime si me diligis hodie recede quia non est homo cum quo ad presens in sollatio stare possem Tunc Nerius dixit ei et ego recedam sed ante quam vadam dimicto tibi unum tale notabile . et dixit ei in substantia testum huius regule Sequitur alia.

Silentium etc . Et hec .lxvj^{a}. (1) similiter plana est . et duo primi .℣. determinantur a duobus sequentibus nam aliquando laudabile est tacere aliquando autem e contra . de hoc plenius dictum est parte hac documento .iiij^{o}. et alibi pluries per librum . Vide si placet et vide de || vitata in
c. 46 a. mensa locutione eadem parte documento .viij. et hoc eodem documento regula .xxx^{a}. supra . exemplum vide dicit dominus Raymundus de Andegavia quod olim comes Burgundie habuit duos filios unum nomine Corradum qui pro eo quod in loquendo quo ad multitudinem singulos superabat in magno habebatur hodio (2) acontemporaneis suis Alterum nomine Ugonem qui ne dum extraordinarie loqueretur verum etiam vix ad quesita dabat responsum . francorum regi duobus hiis servientibus contigit nocte quadam apud sanctum dyonisium quandam virginem ab uno de curia violatam et cum hoc delictum coram rege proponeretur commissum Corradus loquax dixit ego pro me huius criminis reus non sum Tunc unus ex fratribus violate dixit peto summe Rex circa hunc

(1) *Così per errore il ms., invece che* .lxv. (2) *Il ms.* hodie

Digitized by Google

REGULA .LXV.

Tacer non nuoce mal parlar amolti
a stato et honor tolti
ancor talor il tacer eblasmato
dovel parlar si convien e laudato

.LXV.

Silentium nulli nocet ¶ Loqui autem pluribus honorem austulit, atque statum ¶ Sic tacere aliquando noscitur arguendum, ¶ Sermo quidem ubi convenit commendatur.

perquiri et quia violans secum habuit sotium expectantem hunc fratrem eius existimo fuisse . Tunc Rex inquid ad fratrem scilicet ugonem quid ad hoc dicis at ille obmutuit . Tunc ex istis presumptionibus ambos Rex carcerari et de hiis inquiri veritatem precepit . Qui duo venientes ad carcerem unus contra alium super hiis culpam et insaniam impingebat Unde invicem venientes ad verba se mutuo occiderunt . Veniens itaque comes pater eorum et reperto quod Alij fuerant huius rei culpabiles conquestus est coram rege de Rege Rex autem respondit ad eum in substantia huius regule testum . quem cum non intelligeret, narraverunt ei curiales quod fuerat . et sic Regem comes habuit excusatum . Sequitur alia.

Non ditat etc . hec .lxvj^a. regula similiter clara est *invidia* de ista invidia vide plene notatum infra parte .xj^a. documento . primo . et dic ut dicitur thopicorum primo Invidus est qui tristatur in bonorum prosperitatibus . *inimica* inimicatur enim patientibus eam unde Invidiosus (1) invidia comburitur intus et extra hanc padue in arena optime pinsit Giottus . *mali angeli* scilicet satan qui dixit ponam sedem meam ab aquilone etc . vide de angelis in glosis prohemij . Quidam anglicus cum pauper esset respiciebat cotidie in divitias alienas dum studeret parisius et dicebat ad sotium tales et tales immerito possident bona sua iste deus noster non respicit cui donat Tunc sotius dixit ad eum

(1) *Segue* ego *cancellato*.

Digitized by Google

REGULA .LXVJ.

Non arricchisce invidia ne da stato
ma vedi cho trovato
chella enemica sol dela sua gente
et alloro piu cocente
dunqua edel parentado
delangel rio che fue del ciel levado (1)

.LXVJ.

Non ditat invidia nec dat statum ℂ Sed quod reperio intuere quod gentis solius est proprie inimica . et eis utique plus dannosa . ℂ De illius est igitur, mali angeli parentela qui emersus de celo noscitur extitisse.

huius regule testum . et ille dixit et cur hec dicis Respondit sotius non negligas querere ac discere ut queras permicte homines in divitiis suis si vis statum tunc ille dixit ego doleo quod deus ita male distribuit tunc ille iratus contra eum quia deum contempneret dixit ad illum testum prime regule huius documenti (2) vide eam . Sequitur alia.

Facit etc . hec regula .lxvij°. habetur quasi in testu et glosa superius parte prima documento secundo et clara est . Vide exemplum . Quidam cum pauper esset egestate subductus furatus est aurum et nisi protinus aufugisset fuisset suspensus . Recepit consilium ut artem disceret et habens de quo viveret atalibus levius abstineret quod fecit et in brevi tempore multa querens semper suam augere pecuniam nitebatur . Invenit huius consultorem narravitque illi per ordinem statum suum . consultor dixit tibi est admodo abstinendum cum quesita sufficiant et iste dixit quare nonne quanto ditior ero tanto plus (3) ab appetitu mali elongabor Respondit consultor et dixit ei huius regule testum Vide eum . Sequitur alia.

---

(1) *In B corretto da* levato (2) *Il ms.* documenmenti (3) plus *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

REGULA .LXVIJ. c. 46 a.

Fa spessamente poverta fallire
richeça (1) insuperbire
dea dunqua luom desire (2)
aver contento del comune stato
pero che piu securo e piu laudato

.LXVIJ. c. 46 a.

Facit paupertas hominem sepe delinquere ℭ *Divitie superbire* ℭ *Igitur de comuni debet statu quilibet contentari . eo quod tam laudabilior quam securior comprobatur.*

Si tibi etc . hec .lxviij^a^. regula nil dicit aliud quam illa regula que ponitur libro .vj°. qui sentit onus sentire debet commodum et e contra . cum concordantiis suis et nota quod ideo in istis regulis ad librum sestum ideo citius te remicto quia concordantias ibi reperies tam iuris canonici quam civilis . et maxime in apparato composito per dominum Iohannem Andree (3) decretorum doctorem . Vide exemplum . Semel in Brixia equitante ad sollatium domino Maffeo de Maggis qui tunc presidebat terre illius regimini venit una mulier et cepit eum per frenum dicens fac michi de re tali iustitiam dixit ille cras venias Tunc ista non debes michi tardare (4) quod debitum est . Volvit iste se ad sotios et dixit dicebant eri quidam vicini mei Vide istum quam leviter in huius civitatis regimine preest nobis Ipsi modo vadunt quo volunt et ego propter hanc tam vos quam solatium sino meum . Erat ibi prope dixitque ad eum testum presentis regule quo audito descendit hic de equo et fecit plenam iustitiam mulieri sequitur alia. c. 46 b.

Est laudandum etc . hec .lxviiij^a^. regula optimum habet testum . *carnem mundam etc .* de munditia loquitur de qua habes supra parte prima documento primo et inde remicteris *in homine* de homine vide remissiones su-

(1) *B* ricchecça (2) *B* disire (3) *Il ms.* Ardree (4) *Il ms.* tardere

Digitized by Google

REGULA .LXVIIJ.

Sa te provien duna cosa lonore
non ti dei turbar fiore
portar loncarco quando vien per quella
e per contraro sella
ti da loncarco non si maravigli (1)
lo tuo vicin se per essa honor pigli (2)

.LXVIIJ.

Si tibi honor provenit ex re ulla in onere si propter hanc venerit substinendo, non debes aliquatenus conturbari ¶ *Et e contrario si ex ea, onus forte contigerit, ad te ferri, tuus utique convicinus, si ob hanc honorem assequeris, non miretur.*

pra eodem documento regula *mentem puram* . de cordis custodia habes hac parte supra documento .ij°. *non consentiat* de ista materia vide notata superius parte prima . documento .xvij. Sequitur exemplum quod est tale . Audivistis forte quod dominus Bernardus offredi anglicus reputabatur in mensa et in vestibus et in omni suo processu exteriori spectabilior homo de mundo quasi hic quoque ad omnem munditiam sue persone ac vestium mirabiliter nitebatur . sed tamen omnibus que sibi commictebantur a rege proditorie se habebat hic incontinens de multis occultis peccatis respensus que aliqui curiales sciebant forenses vero a curia ingnorabant cumque semel ivisset dux Sabaudie ad curiam regis et vidisset istum militem per aliquot dies et placuissent valde illi gestus eius ab extra dixit ad regem milite transeunte per salam . Videtur michi quod tota vestra curia propter gestus istius refulgeat et cepit de munditia huius qui in apparentia consistere videbatur tractare, inquid Rex ad quendam de consiliariis suis Responde illi tunc consiliarius dixit ad eum in substantia huius regule testum . Quo audito comes mi-

(1) *B* maravilgli (2) *B* pilgli

Digitized by Google

REGULA .LXIIIJ.

E da laudar hom carne monda avere
ma piu netta tenere
la mente contra lo desio carnale
che questo e quel che vale
pero che corpo corrotto se mente
per vertu non consente
non trahe anima in pena
contraria (1) mente ala morte ognun mena

.LXVIIIJ.

Est laudandum in homine carnem mundam habere . ℂ Sed amplius mentem puram, contra carnis desiderium conservare ℂ Nam istud spetialiter est quod valet ℂ cum corruptum corpus si mens non consentiat ex virtute in penam animam non trasmictat ℂ Mens vero contraria in interitum quemque trahit.

ratus intellexit et tacuit Sequitur preter predictas remissiones aliqua similitudo ad regulam . in parte secunda . si in persecutione virgo fuerit oppressa repellitur lege quia opus inspicit non voluntatem In gratia autem quasi (2) virgo suscipitur quia non operam querit sed voluntatem .xv^a^. questione prima siquis non iratus et Ambrosius in libro .v^o^. de virginibus tollerabilius est virginem mentem quam carnem habere et infra nec lupanaria (3) infamant castitatem sed castitas etiam loci abolet infamiam .xxxij^a^. questione .v^a^. tollerabilius et re vera non potest caro ante corrumpi nisi mens fuerit ante corrupta . ut eadem questione re vera et verba sunt eiusdem . et illud augustini violentia non violatur pudicitia sed mente servatur ut eadem questione . capitulo . magis . et eadem questione per totum et .xv^a^. questione prima in multis capitulis.

(1) ria *finale è aggiunto nell' interlineo.* (2) *Segue* fuit *cancellato.* (3) *Il ms.* lumpanaria

Digitized by Google

REGULA .LXX.

Tutto che verita gia non si muti
ne sia bisogno (1) di lei colorare
ciascun e dalaudare
che parla quella edimostra et insegna (2)
ma ben convien allui nel cor la tegna (3)

.LXX.

Licet veritas non mutetur, nec illam sit expediens colorari, quisque tamen qui eam edocet, hostendit, et loquitur, est laudandus . ℭ *Sed corde hanc gerere, penitus decet eum.*

Licet etc . hec .lxx. regula clara est et bona et cuius concordantias habes supra parte prima documento .xvij°. *veritas* de ista veritate habes infra in parte .viiij°. documento . primo . et eius figuram infra circa finem libri *colorari* fides enim veritatis verborum aminicula non requirit . Exemplum pone in quolibet qui bene predicat et male agit . et si respicis ultimam partem . In parte autem prima exemplifica de illo qui redarguebat presbiterum qui dominum comode de die (4) indiem predicabat idem . sed tamen veritatem cui redarguenti dixit amor huius regule testum.

Melius est etc . hec .lxxj. regula testum habet peroptimum . *mortem pati* . quia melius pro veritate pati supplicium quam pro adulatione beneficium . ut sepius dictum est . et potius debemus quelibet mala pati quam malo consentire .xxxij°. questione .v°. ita ne quia ignoscendum non est ei qui etiam paupertatis pretestu turpiter egit digestis de ritu nuptiarum (5) palam .ℓ. non est ingnoscendum . etc . *temporale* quod nichil est etterne vite respectu *durat* nam quod male acquiritur cito labitur *differtur* . quia si differatur obmictitur (6) *perdurare* . per regulam ut notatum est supra parte prima . documento

(1) *B* bisongno (2) *B* insengnia (3) *B* tengna (4) *Π ms.* comode die (5) *Segue* pla *cancellato.* (6) *Π ms.* ombmictitur

Digitized by Google

REGULA .LXXJ.

Meglie (1) per verita morte patire
che per contraro dire
aver qualunque temporale stato
chogni mal acquistato (2)
opoco dura oda morte finale
eper che morte indugi non ti vale
dunqua ela morte cotal piu damare
che doppo vita ti face durare

.LXXJ.

Melius quidem est, pro veritate quamlibet, mortem pati, quam pro dicto contrario, quemcunque, statura assequi temporalem . ℭ *Nam omne illicitum acquisitum, vel tempore parvo durat, vel finalem homini confert mortem .* ℭ *Nec tibi prodest, si mors huiusmodi, differatur* ℭ *Est igitur hec mors talis amplius diligenda, que facit te post vitam etiam, perdurare.*

exemplum vide cum dixisset quidam miles Alexandro semel veritatem de quodam eius errore Alexander iratus percussit eum unde mortuus est dicebant aliqui milites si tacuisset ille adhuc viveret Unus autem ex senioribus Respondit ad eos testum dicte regule . Si vis videre quis fuit occisus et quare et plantum Alexandri super eum vide Alexandrum in generali.

Non omne etc . hec regula .lxxij°. est clarissima et attende quod tres iste regule due precedentes || et ista c. 46 c. tractum habent in veritatis favorem et ad has reducitur tractatus de re publica qui habetur infra . parte .viiij°. documento ultimo (3) *in populo* sicut dicimus de fide . Codice de summa trinitate et fide catholica .l. nemo . et supra in glosis prohemij habuisti et habes optime supra eodem docu-

(1) *B* Melglie (2) *B* chongni mal aquistato (3) ultimo *aggiunto sopra.*

Digitized by Google

REGULA .LXXIJ.

Non ogni (1) cosa che vera si vuole
in popol predicare
c. 46 b. ne lamico blasmare
del viço occulto alchun altro presente
ma solo spesso farnel conoscente

.LXXIJ.

c. 46 b. *Non omne quod verum est, decet in populo predicari .* ℭ *Nec* ‖ *de occulto vitio amicum in presentia, redarguere alicuius* ℭ *Illum attamen in privato, de hoc sepe reddere non ingnarum.*

mento in regula .xvij^a^. *amicum* de amico et circumstantiis habes documentum speciale infra in parte prudentie . numero decimo . da exemplum . Quidam redarguebat amicum in publico de occulto delicto ille negabat et dicebat istum mentiri . iste redarguens conquerebatur ad tertium quod ille veritatem non admictebat tertius Respondit ei huius regule testum.

Ei qui etc . circa hanc .lxxiij. regulam habes testum qui tibi satisfacit ad omnia supra parte prima documento (2) . Vide exemplum . quidam credens ita bene loqui ut nullus ei alius comparari valeret solus audiri volebat ab omnibus et non audire . contigit quod ob tale tedium nullus secum conversari volebat quodque ipse ob multiloquium loquebatur sepissime minus bene . Conquerebatur iste cuidam amico de convicinis suis Respondit ei amicus in secreto et dixit huius regule testum.

Falco etc . hec .lxxiiij. regula loquitur similitudinarie sicut sepe dominus loquebatur in evangelio, et clara est et de istis animalibus quia ponuntur pro hominibus transeo breviter hoc loco Audisti novum de illis de pergamo quorum quidam rustici conduxerunt accipitrem a quodam nobili et demum introduxerunt illam in erarium ubi erat panicum

(1) *B* ongni (2) *Lacuna nel testo.*

Digitized by Google

REGULA .LXXIIJ.

Quel che non vuol audir alchun separla
rade fiate incontra
che sua parola noli torni incontra

.LXXIIJ. (1)

Ei qui non vult, audire aliquem qui loquatur, raris accidit vicibus, quod verbum eius proprium, in ipsius contrarium non vertatur.

nichil aliud illi parantes ad victum et mortua est . dimicte igitur huiusmodi aves nobilibus rusticis autem da pecudes quia dificile est ranam de sepius trahere . exemplificavit igitur (2) mulo quia difficilius equo vincitur . hec regula similiter potest induci contra illos qui de ragaçis volunt scutiferos facere et tales si de vili sint gente difficile ad conveniens reducuntur . Similem modum loquendi ut de mulo habes supra regula (3) eodem documento . et de mutando malo proposito habes superius parte constantie .iij^a. in multis locis sequitur alia.

Non credit etc . hec regula .lxxv. clara est et multos tangit . *omnis esse etc* . et ideo unusquisque credens maiorum meliorem statum mutare desiderat et hoc non est ita mirum sed cum adscenderint cum malis lucris et periculis anime nolunt que ceperunt dimictere ut infra hac eadem regula dicitur quia cecavit eos malitia eorum . *cupiditas* de ista cupiditate vide .xlvij^a. distinctione per totum . *melius erat ei* unde in ecclesiasten .iiij. capitulo stultus complicat manus suas et commedit carnes suas dicens melius est pugillus cum requie quam plena utraque manus cum labore et afflictione animi . Sequitur exemplum . Quidam pauper qui tota die plorabat in paupertate de vili carpentario factus est cum usuris ditissimus ut nesciret quasi loca solum sua nominare Unde semel cuidam religioso conquerebatur inmense quod sollicitudo cure rerum suarum die ac nocte tor-

(1) *Il ms.* .LXXXIIJ. (2) *Segue* de *cancellato ed espunto.* (3) *Lacuna nel testo.*

Digitized by Google

REGULA .LXXIIIJ.

Falcon gentil e pecoral villano
non voler trar lo mul di sua natura
che vincer prova trovian cosa dura

.LXXIIIJ.

Falco nobili, et rustico, pecudes tribuantur ℭ *De sua itaque mulum, natura trahere, non nitaris* ℭ *Nam rem asperam invenimus, vincere quod proponitur.*

quebat eundem de inde dicebat Utinam domine carpentarius essem et pauper ut eram in iuventute mea . dixit Religiosus et quare stas in ista anxietate, Redde que debes ad quod ille obmutuit Astantes multi rixerunt Sotius autem religiosi dixit in substantia huius regule testum . ad quem testum etiam dives iste non respondit . et sic ergo vadit mundus . Ad hanc regulam accedunt versuj illi oratij Qui fit mecenas ut nemo quam sibi sortem (1) seu ratio dederit seu sors obiecerit illa contentus vivat laudet diversa sequentes ofortunati mercatores gravis annis miles ait multo iam fractus membra labore contra mercator navem iactantibus austris militia est potior quid enim concurritur ore Momento cita mors venit aut victoria leta Agricolam laudat iuris legumque peritus Sub galli cantum consultor ubi hostia pulsat Ille datis vadibus qui rure extractus in urbem solos felices viventes clamat in urbe . cetera de genere hoc, adeo sunt multa loquacem delaxare valent fabium ne te morer audi quo rem deducam siquis deus en ego dicat Iam faciam quod vultis eris tu qui modo miles mercator tu consultus modo rusticus hic vos vos hinc mutatis discedite partibus eia Quid statis [nolint] atque licet esse beatis . Quid cause emerito quin illis iuppiter ambas Intus buccas inflet neque post hoc tam facilem dicat votis ut prebeat aurem . Sequitur alia regula.

(1) *Il ms.* sorte

Digitized by Google

REGULA .LXXV.

Non crede quel che non prova lalteçe (1)
esser peso in grandeçe
desidera del suo comune stato
sallir dove il montato
poi si conosce edice io stava bene
ma non percio vuol lassar quel che tene
che cupidigia la vie piu cecato
che desidero nolavea (2) gravato
non vide che meglio (3) era in pace poco
cogni abbondança (4) enela mente foco

.LXXV.

Non credit, qui altitudines non probaverit, onus esse, aliquod in eisdem ℭ *De comuni desiderat statu suo, ad illum gradum adscendere, in quo residet exaltatus* ℭ *Postea quidem conqueritur, asserens bene stabam .* ℭ *Non tamen ideo dimictere vult quod tenet* ℭ *Cum cum amplius cecarit cupiditas, quam desiderium non gravarat* ℭ *Non novit quod in pace modicum, melius erat ei, quam habundantia quelibet, et in propria ignis mente.*

Omni difficilis etc . hec regula .lxxvi. (5) tendit contra solitariam vitam et quia videbatur hostare id quod ad dominum et ad regnum quis non vult sotium . propouitur et solvitur hoc in hac regula et dicitur quod hoc verum est quo ad participationem non quo ad habendum secum sotios nam etiam illa .... sine sotio exosa essent in multis et sic stat dictum nulla sine socio est iocunda || (6) possessio et illud heticorum c. 46 d.

(1) *B* lalteççe (2) *B* nolavia (3) *B* melglio (4) *B* congni abondança (5) *Il ms.* .lxxvij. *con la* j *cancellata.* (6) *Nel principio della pagina è ripetuta l'ultima sillaba della parola precedente* da *senza espunzione.*

Digitized by Google

REGULA .LXXVJ.

Ad ogni (1) solo difficile vita
ne gioia dilecta sença compagnia (2)
tutto cio ver non sia
in donna e regno (3) che due non patisce
vere challor seguisce
dilecto (4) nel mostrare
comel contrario nel participare (5)

.LXXVJ.

Omni difficilis vita solo ℭ *Delectatio, quoque, non trahitur, absque sotio ex re ulla* ℭ *Licet hoc non habeat veritatem, in domina seu regno, cum duos ad idem, invicem non admictant* ℭ *Recreationem tamen ex hostensione percipiunt, velut a participatione contrarium ex adverso.*

.viiij°. Solitario quidem igitur (6) difficilis vita etc . cum notatis infra parte .vij°. documento .x°. Exemplum vide quidam miles de regno francorum accusatus fuit ad regem quo audito timuit et cum haberet omnia bona sua in pecunia colligatis sarcinis suis fugit et ordinavit in civitate quadam qualiter cum pecunia sua omnia sibi necessaria portarentur ipse autem ne rex etiam apud alios insequeretur eundem stabat in alpibus in quodam castro satis ameno sed quasi solus ad illud tamen castrum ferebantur ei quecunque volebat Iste autem videns se solum similibus suis licet haberet necessaria et etiam haberet ibi dominam suam mirabiliter pulcram redarguentibus eum familia quod dolorosus maneret (7), respondit ad eos in substantia huius regule testum . Sequitur alia.

Faciunt etc . ista lictera .lxxvij. regule obscura est illis quibus eam esse claram parum referrent clara est illis quibus eam esse claram prodest igitur aliter non glosatur

(1) *B* Adongni (2) *B* compangnia (3) *B* erengno (4) *B* diletto (5) *B* partircipiare *con la seconda* r *espunta.* (6) igitur *è ripetuto.* (7) *Il ms.* mane

Digitized by Google

REGULA .LXXVIJ.

Fanno vertuti vecchio e gioven viçi
non joventu noviçi
osenetute (1) vegli
dunqua fan tutto luom costumi begli (2)

.LXXVIJ.

Faciunt vere senem virtutes . ℂ Vitia vero iuvenem representant . Non iuventus novitios, vel senectus annosos . ℂ Igitur boni mores faciunt virum totum.

virtutes etc . de istis virtutibus et vitiis habes plenissime superius parte prima documento .v°. et ibi figure . Super hac regula nota quod saraceni multum utuntur isto vocabulo quando audiunt pulcrum verbum dicunt audi senex verbum . Sequitur exemplum . Ibant per plateam de naumaso ut recitat dominus Naumeric duo milites unus nomine dominus Oddo Alius dominus laurentius hiis ex casu obviavit domina Blanceman de qua sepius mentio facta est . et inclinantibus eis ad eam capita sua dixit illa bene veniant senior et iunior homo de naumaso erat enim primus senex valde secundus autem iuvenis .xviij. annorum primus quasi stultus secundus prudens valde . discedentibus autem illis dixit una ex dominabus que sotia erat dicte domine vos dedistis hodie malam diem illi seni dixit illa et quomodo quia dixistis eum senem . tunc dixit domina quem dicitis senem Responderunt omnes dominum oddonem . tunc domina Blanceman rixit hunc ego iuniorem dixi et alium seniorem . et cum ab ea quereretur et quomodo dixit illa in substantia huius regule testum . Sequitur alia.

In tantum etc . hec .lxxviij^a^. regula concordat cum lege digestis de furtis lege in furti . et hoc in prima eius parte In ultima vero concordat cum multis canonibus .lxxxiij^a^. distintione error et lxxxvj^a^. distinctione pasce

(1) *B* osenectute (2) *B* belgli

Digitized by Google

REGULA .LXXVIIJ.

Tante chi tien quanto chi empie il sacco
lo danno che dar fai
saccia che lai pur dato
ese consenti epuolo aver turbato

.LXXVIIJ.

In tantum qui tenuerit, quantum qui saccum impleverit, obligatur ℭ *Dampnum igitur quod inferri feceris, omnino te noveris intulisse*
c. 47 a. ℭ *sique consenseris* ‖ *ad id quod potueris exturbare.*

et cum alio canone negligere . et vide quotiplex est consensus ad talia extra de officio delegati . capitulo . primo in glosa cum concordantiis suis . Sequitur (1) de intermedia parte que imitatur regulam illam quod quis per alium facit est perinde ac si faceret per se ipsum et omnia hec sunt quasi idem exemplum tolle ad omnia . Malagriffa de radicofani et Roncastrus de Marradi et Ragranchia del cavrenno contraxerunt semel sotietatem simul in alpibus ubaldinorum (2) ad furta et similia fuit eius dictum quod apud rivum cornaclarium deposuerant in domo cuiusdam hospitis duo mercatores libras mille que erant in quadam capsa . ordinaverunt illuc ire Sed quia Ragranchia vulneratus fuerat die illa aquodam transeunte quem occiderat misit filium suum cum sotiis qui dicebatur falabusca . Iverunt et nocte fractis hostiis venerunt ad capsam et ea confracta falabusca hostium custodivit Malagriffa paravit et tenuit saccum unum . Roncastrus accepit et misit in saccum monetam . tandem elevato rumore trahentibus post eos hiis de villa falabusca occisus est . et alij capti et conducti ad dominum ubaldinum qui excusando
c. 47 a. se interrogati dicebat Malagriffa ego per me non ‖ tenui nisi saccum . dixit Roncastrus et si ego debeo mori et iste evadere plures alij morientur et accusavit patrem occisi qui filium miserat et hospitem illius domi qui eis promiserat rumo-

(1) *Segue* exemplum *cancellato.* (2) *Il ms.* ubaldinor *senza segno d'abbreviazione.*

Digitized by Google

REGULA .LXXIX. c. 47 a.

Fa occhio di signor (1) caval pulito
baston figliuol (2) nodrito (3)
femina ria non si menda per ciance
non puoi la buona comprar abilance

.LXXIX.

Facit pulitum, domini oculus, equum suum ℭ Virga filio mores prebet ℭ femina vero mala, non mutatur de levi ℭ Nec ad trutinam vales, emere hanc que bona.

rem non facere pro cetera (4) parte fuerunt hij postea capti excusabat se pater quia ipse non fecerat excusabat se hospes quia non ipse delictum commiserat sed bene senserat tamen non credebat quod illud fuissent ausi commictere licet ei predixerint dominus ubaldinus (5) ad omnes respondit huius regule testum . de inde omnes furcis suspendi iussit in loco delicti . Sequitur alia

Facit pulitum etc . Vide in hac .lxxix. regula pulcrum notabile ad reddendum nos sollicitos de factis nostris et non totaliter confidendum in famulis cum hac concordat infra parte .vij^{a}. documento .viij. ubi de equi tangit custodia . cum secunda huius parte concordat illud salomonis in parabolis virga atque correctio tribuit sapientiam . puer autem qui dimictitur voluntati sue confundit matrem suam . Ad tertiam partem concordat glosa supra parte prima documento .ij°. ibi de mala et ibi de bona muliere invenies et ad secundam etiam tolle illud qui diligit filium suum assiduat illi flagella in ecclesiastico .xxx°. capitulo . et cum prima concordat illud Aristotilis in yconomicis unus quidem inquid interrogatus quid magis equum impinguat oculus domini inquid libius autem interrogatus quale stercus optimum vestigia domini inquid . Amor autem hic (6) curialiorem elegit loquendi modum exemplum breve quidam habebat malam uxorem et equum carum sed malum famulum et filium

(1) *B* disingnor (2) *B* filgluol (3) *B* nudrito (4) *Oppure* certa? (5) *Π ms.* .v. (6) *Segue* culi *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .LXXX.

Tanto sinveça (1) il folle ala follia
che spiata sua via
nel piu securo picciol prun lo piglia (2)
e sol quand ello e preso el si ripiglia (3)

.LXXX.

Tam sepe stultus stultitiis acquiescit, quod eius perpenso itinnere, levis cum prunus, in loco detinet tutiori ℭ *Ipse autem se, solum, cum captus fuerit reprehendit.*

perversum et cum staret tota die in domo dicunt ad eum vicini cur te videre non possumus extra Respondit satis homo facere in domo quidam erat ibi qui habebat bonam uxorem et erat intelligens unde revolvit se ad eum iste qui stabat in domo et dixit testum huius regule . quo dedit intelligi se ad illa tria intendere et illum habere bonum statum qui bonam habebat uxorem . sequitur alia.

Tam sepe etc . Hec .lxxx. regula concordat cum testu documenti .xij. superius parte prima . unde dicunt nostri tusci tanto sinveça lagapta ala paffa che vilascia la branca et aliud quod facit ad finem . villan matto doppo danno fa pacto et illud il matto serra luscio perduti i buoi . Hiis assimilantur illi qui inviti bona faciunt et non voluntarij . de quibus queritur .xxiij^{a}. questione .vj^{a}. per totum . exempla non dantur plura in hac regula nisi quod in sequenti regula dicitur Vide eam.

Vadit etc . hec .lxxxj^{a}. regula similitudinem habet ad proximum precedentem . et clara est tamen ibi ubi verecundiam dicit . non intelligas de verecundia virtute verecundia enim quidem ut dicitur in heticis virtus est laudatur enim verecundus ut ibi (4) Sed intelligitur hic pro infamia vel danno Super hac vide remissionem in precedenti . exempla sunt in omnibus qui videntes se de rebus periculosis

(1) *B* sinvecça (2) *B* pilglia (3) *B* ripilglia (4) *Segue* et super hac vide *cancellato*.

Digitized by Google

REGULA .LXXXJ.

Va un le due, ele tre volta agiostra
evede pur che sol (1) onta reporta
non sen riman se morte non nel porta

.LXXXJ.

Vadit ad iostram aliquis bis et ter, videtque se ab ea, solam verecundiam reportare. ℭ *Non tamen inde se retrahit, nisi admoveat mors eundem.*

continuo dampna reportare ut de ludo et similibus illis nichilominus se immiscent. cum autem in ultimo se nudos reperiunt conqueruntur et iurant se ulterius non lusuros. et similia Sequitur alia.

Hec .lxxxij[a]. regula et eius glosa expeditur in tractatu de cognitione sui ipsius infra parte discretionis quarta documento primo. ‖ exemplum. demere festucam si vis c. 47 b. de fratris ocello que tua conturbant lumina tolle trabem pingitur hoc in multis parietibus et tantum non pingitur quod prosit. Sequitur alia regula quia circa istam materiam latissimus tibi tractatus est in loco predicto.

*Pl*ures *sunt etc*. hec optima regula .lxxxiij[a]. cui simile est proverbium patrie nostre in principio quo dicitur piu vive il minacciato chel battuto. Sed quia istud proverbium videbatur dare causam vilipendendi que aliquando sunt curanda subiunguntur sequentia que proverbium faciunt perfectum. idest completam parabolam. et habes similitudinem ad hunc testum parte prima documento .xxj°. exemplum vide. Quidam fortiter cuidam alteri minabatur ille alter dixit primo partem huius regule Quidam tertius volens reddere cautum istum cui minabatur ille vocavit eum ad se dicens ei complementum dicte regule. et facit ad istam regulam illud titulivij in primo libro punici belli. Sepe contemptus hostis cruentum certamen edidit. Sequitur alia regula.

(1) *B* chel sol

Digitized by Google

REGULA .LXXXIJ.

Questo el magior di se proprio longanno
in cio che gliomin (1) fanno
non vede alchun (2) di se quanto daltrui
ne vuole in se con paraggio (3) di lui

.LXXXIJ.

Hec in singulis, que gerunt homines, de se proprio deceptio, grandior reperitur. ℭ *Non videt quantum de alio, de sese quisquam* ℭ *Nec patitur aliquid, comparatione alterius in se ipso.*

Super actum etc. hec regula .lxxxiiij^{a}. continet quedam de quibus testum et longas glosas habes supra parte prima documento .xv^{o}. et ibi remissiones. Sequitur exemplum. Quidam cupiens exercitum facere contra inimicos adhibuit consilium unius sui militis magis stulti quam probi et ille consuluit hoc fieri cumque faceret apparatus quidam alius sapiens de militibus eius videns in hoc verti periculum dixit ei et quomodo ista facitis sine consilio Respondit dominus ego iam consilium habui cum tali et deliberavi sic facere. tunc iste sapiens dixit ad eum in substantia testum huius regule. Sequitur alia.

Ad laudem etc. Super hac .lxxxv^{a}. regula usque ad .ℨ. ille exclusive videas concordantias (4) infra in parte sequenti constantie .iij^{a}. in testu et glosa super eius prohemio Super .ℨ. autem ille dic quod ista est regula ut omnis caritas incipiat ase ipsa diligere enim plus alium quam se stultum est audire de hoc vide .lxiiij. distinctione in capitulo quia per ambitiones cum concordantiis suis et vide extra de renuntiatione capitulo nisi specialis. et de hoc notatur hoc libro parte (5) documento (5) . et ille versus plus alium quam se qui diligit interiit rex. *Sicque etc.* Super isto .ℨ. similiter recurre ad dictam partem constantie et de iudicando super inimicum Vide infra in parte .viiij^{a}. iustitie.

(1) *B* gliuomin (2) *B* alcun (3) *B* comparaggio (4) *Segue* supra *cancellato.* (5) *Lacuna nel testo.*

Digitized by Google

REGULA .LXXXIIJ.

Piu son li minacciati che ibattuti
ma saggio le minaccie non aschifo
lo folle ale ben grandi leva il grifo

REGULA .LXXXIIIJ.

Sovrongni facto (1) saggio hom si consiglia (2)
eper un sol non piglia (3)
che quel e piu securo et integrato (4)
che da piu savi ti vien consigliato (5)

.LXXXIIJ.

Plures sunt qui minas audiunt quam qui verbera ferunt . ℭ *Nequaquam attamen minas sapiens vilipendit .* ℭ *Stultus vero ad valde gravia erigit nasum suum.*

.LXXXIIIJ.

Super actu quolibet, consilium vult vir prudens ℭ *Nec pro uno solo, arripit quid agendum .* ℭ *Nam illud securius et integrius comprobatur, quod a pluribus traditur, sapientibus assummendum.*

ibi testus et glosa . Vide exemplum . Rex aragonum habebat .vj. consiliarios qui reputabantur maiores et qui totam curiam revolvebant Unus querens laudes et pompas alium qui blanditiis resistere nesciebat alium valde cupidum . Alium valde timidum . Alium plus diligentem quandam suam mulierem quam se ipsum . Alium qui inimicabatur omnibus gallicis quidam de yspania qui habebat magnam causam cum uno gallico in curia dictj (6) regis et iustam cau-

(1) *B* fatto (2) *B* consilglia (3) *B* pilglia (4) *B* eintegrato
(5) *B* consilglato (6) *L'* j *finale è corretta su* e.

Digitized by Google

REGULA .LXXXV.

Per laude correl folle
lusinga (1) il grosso volle
cupido per moneta
fa quel che ragion vieta
minaccie il pauroso

.LXXXV.

Ad laudem currit insipiens . ℭ Volvitur blanditiis homo crossus ℭ Pecunia cupidus, facit vetitum ratione ℭ Mine timidum, trahunt ad vitia ℭ Ille similiter quoque ca-

sam v[eni]t ad quendam de barateriis curie et dixit ei quomodo possem ego habere intentum meum . Ille qui non ignorabat conditiones dictorum consiliariorum Respondit ad eum in substantia huius regule testum . tunc ille hoc intelligens quesivit de nominibus singulorum et cum eis diversis usus est artibus et vicit . tamen reducas regulam aliter ut utaris ea ad bonum . vocaverat Rex ad consilium super causa istius omnes predictos et cum d[icto] modo corrupti male consuluissent dixit postea in camera rex cuidam ex consilio qui bonus credebatur certe ista determinatio de hoc mane videtur michi iniqua . Ille volens respondere ver[um tunc] coperto modo respondit ad regem dicte regule testum . tunc rex quesivit de singulis et inventa veritate quia et si ille yspanus haberet iustitiam non tamen fuerat iuris ordo servatus omnia revolvit et predictos corruptos asuo consilio admovit . Item attende quod isti sunt mali sotij de quibus habes supra . parte prima documento .xv°. Et pravus sotius est ut legitur in quinto topicorum qui impedit comune opus et nullus est bonus qui non delectatur in bonis operationibus ut ibi et ut legitur in polliticis sicut enim perfectum optimum omnium animalium homo est sic et separatum alege et iustitia homo habens arma nascitur prudentia et virtute quantum (2) ad contraria est uti maxime propter quod scelestissimum et silvestrissimum sine

(1) *B* lusingha (2) *Non chiaro: il ms.* quāt

Digitized by Google

fanno esser vitioso
ecade (1) ancor colui
chama men se caltrui (2)
cosi malavogliença (3)
toglie (4) ad hom conoscença
se viene a iudicare (5)
del suo nemico lesser olaffare

dit, qui se alio minus amat . ℂ *Sicque ob malivolentiam quisque homo, debita discretione privatur, si ad iudicandum accesserit, inimici sui essentiam, vel aliud qualecumque.*

virtute et ad venera et voracitatem pessimum . et facit ad principium huius regule illud titulivij . libro .ij°. Malo te sapiens hostis metuat quam stulti cives laudent . et ad exemplum introductum illud eiusdem in .v°. libro plerunque forte et consilia mala vicerunt . Sequitur alia.

Dedignatur etc. In hac .lxxxv^a^. regula que clara est duo breviter dicuntur Unum est de imprudentibus qui dedignantur aliud de illis qui cum male ceperint nesciunt in bonum mutare et ponuntur simul quia uterque in dampnum suum agit . et illud verbum dedignatur loquitur iuxta vulgare tuscorum quod est in testu vulgari et est idem dicere quod aliquis propter superbiam nolit sibi utile || Sicque talis ap- c. 47 c.
pellatur imprudens de parte autem secunda mutandi in melius dictum est plenissime infra in parte constantie sequenti . et super regula .xj^a^. Supra eodem documento . Videatis exemplum . ivit quidam miles ad regem francorum et petiit ab eo quod cum ei servisset multum in bello frandrensium et non haberet ad presens unde viveret provideret statui eius Rex autem fecit ei assignari quoddam manerium donec illi aliter provideret, ille reputans sibi male provisum dedignatus recessit et non acceptavit . quo audito Rex inquid sinite eum abire . veniente (6) frigore aggressa est inopia militem et plorabat cum sua familia dixit unus ad eum . certe ego irem adhuc et reciperem quod rex dedit . dixit ille

(1) *B* echade (2) *B* chaltrui (3) *B* malavolglença (4) *B* tolglie
(5) *B* adiudicare (6) *Il ms.* veniete *senza abbreviazione.*

Digitized by Google

c. 47 b. REGULA .LXXXVJ.

Disdegna il folle (1) asuo danno sovente
letroso non si pente
ancor se vede cha preso il peggiore
extima piu valore
buona moneta cambiar ala ria
che ben mutar poi cha presa una via

c. 47 b. .LXXXVJ.

Dedignatur imprudens ad proprium sepe dampnum . ℂ *Nec ducitur penitentia capitosus, etiam si peiori, se noverit adhesisse* ℂ *Maioris extimat is valoris, bonam ad inutilem, permutare monetam, quam postquam semitam arripuerit ipse unam, bene in aliud se mutare.*

prius permictere me necari postquam (2) oblata non accepi fecit rex pietate motus ad eum illi (3) pinguius manerium offerre . tunc miles penitens de prima via venit ad regem plorans insaniam suam et cum redargueret eum Rex de preteritis Respondit miles in substantia huius regule testum . Sicque rex videns eum penitere ait ad illum magnanimitas tua te tenuit quem postea prudentia munivit . Et consolatus est miles . Sequitur alia.

Esse non factum etc . hec regula .lxxxvij. plures habet partes in principio concordat cum lege digestis de captivis lege in bello .ℨ. facte cause . et cum .ℨ. primo que est secunda pars concordant remissiones (4) facte in regula proxime precedenti et .xxij^a^. questione .iiij^a^. per totum . et de penitentia distinctione prima per totum . Et secundo .ℨ. quod est pars tertia concordat extra de penitentiis et remissionibus capitulo officij cum similibus et cum ultimo .ℨ. concordat infra tota pars octava que subitur regule et pars .x^a^. que subditur innocentie . vide ergo hec loca . et hic

(1) *B* Disdengna (2) *Segue* neg *cancellato.* (3) *Il ms.* illud *con la seconda asta dell'* u *e la* d *espunte.* (4) *Segue* ad *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .LXXXVIJ.

Esser non puo non facta
cosa cha fine e tracta
dunqua mendar la ria e domo saggio
con satisfar e pentuto coraggio
e dove menda non cade passare
la buona facta ti dea rallegrare

.LXXXVIJ.

Esse non factum, aliquid, quod fini est traditum, iam non potest ℭ *Est igitur, emendare quod malum, hominis sapientis, cum corde contrito, et satisfactione decenti* ℭ *Et ubi forsitan emenda non competit, pertransire .* ℭ *Bonum autem quod feceris, tibi gaudium dare debet.*

tibi exemplum . frater Gorgias heremita vixit .xx. annis in opere bono et dei servitio .xxj". anno fractis abenis exiens monasterio stetit in montibus illis mala omnia commictendo per triennium . Semel ex casu Abbas eum reperiit et monuit ut decebat ille tandem rediens ad cor cepit flere mirabiliter et dolere dicens ego non mereor veniam cum maior sit iniquitas mea et preterea posito quod redire vellem ego omnia spolia que feci aliis erogavi et sic non habeo unde reddam stabo igitur in valle peccati et una die moriar ut canis abbas autem videns eum sic desperatum dixit ad illum huius regule testum quo audito mitigati sunt dolores illius et rediit taliter cum effectu quod nunquam deo acceptalia fecerat ita prius et post .v. annos decessit in fama mirabili circa deum . Sequitur alia.

Si ob culpa etc. cum principio istius .lxxxviij. regule concordat iuris regula dampnum quod quis sua culpa sentit. Sibi debet et non aliis inputare cum concordantiis suis. cum secunda parte habes concordiam multorum que notantur supra parte prima documento .xx°. et summe in hac verecundiam pro vindicta vel iniuria non pro virtute . ut dicitur supra eodem documento in regula .viiij". exemplum vide . Quidam cum fuisset causa debellationis suorum im-

Digitized by Google

REGULA .LXXXVIIJ.

Se tu ai danno per tua colpa et onta
in tua ragion la conta
e non ti volger verso linnocente
cheglie lassu colui che tutto sente

.LXXXVIIJ.

Si ob culpam tuam verecundiam pateris aut dampnum, id ad tuam computa rationem ℭ *Nec contra innocentem hominem, te convertas* ℭ *Nam ille superius semper est, qui omne* (1) *quod feceris intuetur.*

pigebat hoc in unum ex militibus suis percutiens eum acriter et impingens quod causa erat perditionis omnium bonorum eiusdem . tunc quidam senex qui convenerat illi domino dicere veritatem et qui non ingnorabat quod erat traxit illum in partem et dixit ei huius regule testum ille verecundatus tacuit et obrubuit valde miles autem ille timore perteritus transivit sed veritas singulis patefacta est . sequitur alia.

Is qui etc (2) huius regule principio concordat regula illa . locuplectari non debet aliquis cum alterius iniuria vel iactura cum toto autem huius regule residuo concordat infra pars innocentie decima per totam et ibi vide . Sequitur exemplum . Quidam usurarius qui de nichilo fecerat magnas divitias cepit uxorem illa videns eum continuo dolorosum esse . interrogabat sepissime quod hoc esset ille post annos et menses causis quesitis fictitiis et illa fidem non dante et continue replicante dixit si tibi dixero dolebis et mecum tunc ait illa si debeam tecum mori hoc scire volo tunc iste dixit ei huius regule testum . Illa autem hoc audito cepit manibus suis querere victum et nunquam de bonis illius viri quicquam recepit . Sicque maiori ad usurarium crescente dolore subito semel cecidit et defecit et mulier demum alij tradita diu vixit et bene . Sequitur alia.

(1) *Segue un altro* omne *espunto.* (2) Is qui etc *nel ms. non è sottolineato.*

Digitized by Google

REGULA .LXXXIX.

Colui che con altrui danno arricchisce (1)
se ben si specchia mal acquisto (2) face
in chui gia mai non tace
la cosciença (3) epoi seguita pena
se non si purga davanti ala cena

REGULA .LXXXX.

Misericordia non savre acolui
cha (4) tolto sel non redde prima altrui
corregger si convien chi vuol perdono

.LXXXIX.

Is qui cum alterius, locuplectatur incommodo, si recte consideret male querit. ¶ *Nam in illo conscientia nunquam tacet* ¶ *Eumque postmodum, pena sequitur, si se non purgaverit ante cenam.*

.LXXXX.

Misericordia nequaquam impenditur, homini qui extorxit, nisi primo restituat, alienum ¶ *Convenit se corrigat, qui vult veniam impetrare.*

Misericordia etc. et de principio istius (5) .lxxxx°. regule tolle regulam libro .vj°. non remictitur peccatum nisi restituatur ablatum .xiiij. questione ultima si res aliena . cum .§. autem qui sequitur hoc principium et cum sequenti .§. venit canon ille . venia non datur nisi correcto . || *qui primo se non mundaverit etc* . de quo vide supra parte prima documento primo per totum et in glosa . exemplum c. 47 d.

(1) *B* altruj danno arichisce (2) *B* aquisto (3) *B* coscientia (4) *B* ca
(5) *Segue* .cx°. *cancellato.*

Digitized by Google

che non si ˙da tal dono
a gente alchuna che ben nol conosce
e conoscer nol puote
chi se del fallo ben prima no squote

REGULA .LXXXXJ.

In ogni (1) dubbio ricorra homo (2) adio
giusto signor (3) epio
ma per che nullo sa comelle degno (4)
questo prego et insegno (5)

℄ *Nam non tribuitur donum tale, genti eius notitiam non habenti* ℄ *Et cognoscere hoc non potest, qui primo se integre non mundaverit adclicto.*

.LXXXXJ.

In omni dubio est ab homine, ad deum pium, et iustum dominum, recurrendum ℄ *Sed quoniam ingnorat quilibet ut est dignus, hoc deprecor et demostro, ut in se cum expedit, adiuvando,*

accipe dicebat mater domine que ponitur in regula proxime precedenti cur non rogas deum ut tollat isti marito tuo dolorem Respondit filia opporteret primo causam cessare ut restitueret et ipse non vult dicebat mater nichilominus roga deum et insistas etiam quod ipse roget ut hunc dolorem auferat ei deus Respondit domina que sagacissima erat et bona et dixit ad matrem huius regule testum . Sequitur alia.

In omni etc. hec regula .xci^{a}. et sequens sunt optime regule ad reddendum nos sollicitos et pigritiam (6) evitandam . lege eas ambas . de sollicitudine autem et eius contrario habes supra parte prima documento .xxij^{o}. in testu et glosa . de deo vide remissiones factas in prima re-

(1) *B* ongni (2) *B* huomo (3) *B* singnor (4) *B* dengno (5) *B* insengno (6) *Segue* evide *cancellato.*

Digitized by Google

che nelaitar se tutta força metta
che spesso idio aspecta
tuo argumento vaglia (1)
ne fa miracol per ogni vil paglia (2)

REGULA .LXXXXIJ. c. 48 a.

Non ti dormir afidança che dio
ti porti al nido per cibo la manna
che tal pensiero inganna

fortiam totam ponat ℭ *Nam attendit scpius ipsc deus quod tuum valeat argumentum .* ℭ *Nec facit pro pallea, miraculum quaque vili.*

.LXXXXIJ. c. 48 a.

Non dormias, sub ea fiducia, quod ad nidum deus afferat tibi mannam ℭ *multos tale*

gula supra eodem documento de miraculis vide supra (3) prima parte documento .viiij. Sequitur exemplum cum comes sabaudie transiret cum militibus .c. in anglia volens eos breviter monere ut se casu necessitatis iuvarent dixit ad eos huius regule testum . Et conveniens fuit hunc dominum circa se et circa alios fore sollicitum quia impossibile est ut dicitur in yconomicis aristotilis non sollicitis dominis sollicitos esse prepositos . Surgere opportet ut ibi dicitur prius dominos servis et dormire posterius et nunquam incustoditam domum esse sicut et civitatem . Surgere quoque de nocte hoc enim ad sanitatem et yconomiam et physicam utile . Insuper et visitationem eorum per aliquod tempus facere ut non lateat quod salvum est et quod deest . vincit tamen dicitur in titulivio libro .v°. pertinax virtus . Sequitur alia.

Non dormias etc. Ad hanc .xcij. regulam primo tolle precedentem regulam et que super ea notantur et

(1) *B* argomento valglia (2) *B* ongni vil palglia (3) *Segue* eadem *cançellato*.

Digitized by Google

molti che poi negligença disface
fa como saggio hom face
che pensa tutto davanti bisogna (1)
non si confida trovar cio che sogna (2)

sepe, decipit cogitamen . qui demum anegligentia deprimuntur ℭ *Fac ut sapiens homo facit, qui totum ante necessitatem precogitat* ℭ *Nec quodque quod sompniat, invenire confidit.*

facit ad istius principium illud titulivij in (3) libro secundo stultitia est sedendo aut vocis debellare credere posse Et idem in eodem audendo atque agendo res romana crevit . de sompniis dic quod non sunt omnia sompnia vera neque sunt huius quod multum sit curandum de eis virtus est ymaginativa dicitur in .v. naturalium Avicenne non semper representat quod emanat de celestibus Illi autem sunt homines verorum sonniorum dicitur ibi qui sunt magis temperate complexionis vide ibi . Et nota hic loquendi modum dormiente comparat negligenti . idest non vigilanti ad providendum ad hoc quod dicit phylosophus in de sonno et vigilia videtur autem inquid sonnus vigilie quidem esse privatio nam extrema semper in aliis et in naturalibus circa idem subsceptibile videntur fieri et eiusdem esse passiones . Vigilare autem ei quod est dormire contrarium est . et necesse est omni inesse alterum . et dicitur in eodem dormientes quidem consummuntur (4) vigilantes vero non . ibidem de divinatione vero sonniorum que in sonniis fit dicitur accidere asonniis nec contempnere ydoneum nec omnino suadere . Nam quod omnes quidem vel plures existimant habere aliquam significationem sompnia prestant fidem tanquam ab experientia factum vel dictum et quod de quibusdam fit divinatio in sompniis non incredibile habet autem aliam rationem . ideo et de
c. 48 a. aliis sompniis similiter utique quis arbitratur || nullam vero rationabilem videre causam secundum quam utique fiat hoc credere facit nam deum esse mictentem fatuis et non opportunis et prudentissimis et quidlibet mictere inconveniens ablata vero que adeo nulla causa aliorum convenienter videtur esse

(1) *B* bisongna (2) *B* songna (3) *Segue* principio st *cancellato*.
(4) *Il ms.* consummutur *senza segno d' abbreviazione*.

Digitized by Google

REGULA .LXXXXIIJ.

Come (1) ciascun che sia buon si presumme
fin chel contraro non si vede e prova
cosi (2) scripto si trova
cheglie (3) tuttora maluagio creduto
chi sol unora nel fallo ecaduto
guardisi (4) dunqua catun di cadere
chavegna (5) che pentere
si possa e quanto adio epoi lavato
al mondo ne lungo tempo notato

.LXXXXIIJ.

Vt quisque presummitur esse bonus, quousque, videatur contrarium, et probetur, ¶ *Sic scriptum similiter reperitur, quod nequam creditur semper ille, qui semel tantummodo, noscitur in facinus cecidisse* ¶ *Caveat igitur unusquisque de casu .* ¶ *Nam licet valeat penitere, ac sic lavatus erit postea quo ad deum, diu veruntamen notatus hic remanet quoad mundum.*

causa . hec ibi vide . de previdentia de qua agitur in hac regula vide infra in principio .vij°. partis prudentie in glosa et ibi plene . Sequitur exemplum Regina machyr dicitur habuisse sub se militem unum nomine Iordanem qui filium habebat nomine solernium . qui continuo infra diem (6) naturalem .xxiij. oris continuis usque ad etatem annorum .xx. dormiebat capud erat crossissimum et oculi rubei et inflati et cum excitabatur super se subsistere non valebat et cum eo tempore quo non dormiebat diceretur ei et quomodo poteris filij statum tuum augere dicebat deum magnum se continuo videre in sompniis qui mirabilia offerebat sibi et promictebat igitur non erat ei expediens laborare Mater autem

(1) *B* Chome (2) *B* chosi (3) *B* chelglie (4) *B* guardasi
(5) *B* chavengna (6) *Segue* naturarel *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .LXXXXIIIJ.

Necessita costringente son certi
del donar non experti
che credon se allor largheça (1) fare
dicio non den vantare
che non dimora largheça (1) gia mai (2)
dove debito fai
cosi no sta ne vene
per força facta che libera ene

.LXXXXIIIJ.

Necessitate aliqui sunt cogente, inexpertes donorum, qui facere tunc, se extimant largitatem ℭ *Iactare se minime, propterea de hoc debent .* ℭ *Nam ubi quod debitum est adimples, nunquam largitas commoratur* ℭ *Sicque cum sit libera, in vite cum fit, nec residet nec procedit.*

eius dicebat ad eum sepissime huius regule testum et similia verba iuvans etiam illum consilio medicorum propter que devenit in melius ut solo medio sue vite tempore dormiret cum quoque cerneret in .xxv. anno tempus dormitionis quod cessari poterat perditum fore magistrum quesivit ed didicit arma ferre is quoque dicitur postea strenuissimus extitisse in armis et vicisse (3) illuc missus postmodum a regina rogata magnam partem turchie.

Ut quisque etc. hec .xciij°. regula ponit duas regulas primam dimictit ut ponit secundam coadiuvat eo quod prima iuvamine non eget et dic unusquisque presummitur bonus nisi probetur contrarium de hoc habes testum in mille locis . In secunda parte ponit quod semel malus semper presummitur esse malus postea subiungit cautelam quod licet quo ad deum per penitentiam lavetur ut dicitur .l. distinctione domino sancto cum pluribus capitulis ibi . ta-

(1) *B* largheça (2) *B* maj (3) *Il ms.* vicesse

Digitized by Google

REGULA .XCV.

Grande vertu e lerrante inviare
viço non contrastare
audendo error et offender lo vero
che par chel suo sentero
voglia (1) seguir errando
cosi da quel partir lui contrastando

.LXXXXV.

Grandis errantes dirigere virtus est ℂ Errori autem nolle resistere cum auditur, est vitium, sicque offendere veritatem ℂ Quoniam ex hoc suum, errando, sequi tramitem iudicaris ℂ Sic ab eo discedere contradicens.

men quem semel orrendis dicit arrigettus maculis infamia nigrat ad bene tergendum multa laborat aqua quo ad mundum . Sequitur exemplum quod addicitur ad partem secundam fundamentaliter ex eo videlicet quia primum in hac regula videtur induci ad corroborationem secundi . Quidam cum semper duxisset laudabiliter vitam suam per annos .xxx. semel quandam virginem voluit violare . Sed occurrit ei pater eius et violentia cessavit et cum pater hunc filium valde vituperaret de vitio, excusabat se ille dicens ego nunquam ulterius deliqui non debeo pro unico delicto sic vituperari avobis quia propter unum malum non reputabor propterea malus et introduxit (2) huius regule testum subiungens auctoritatem illam defleat peccator quia offendens in uno factus est omnium reus . Super hoc vide de penitentia distinctione prima in summa . et in allegatis capitulis .l. distinctione . Sequitur alia.

Necessitate etc . hec. xciiij. regula potest glosari breviter cum duabus legibus in prima parte accedit lex digestis de adimendis legatis rem legatam . quod ubi necessitas nulla liberalitas Ad secundam || autem partem venit lex c. 48 b.
donari digestis de donationibus et digestis de regulis iuris lege

(1) *B* volglia (2) *Il ms.* introxit

Digitized by Google

REGULA .XCVJ.

Cosa (1) mal coninciata
rado in fin e laudata
e ciaschedun che saggio
del fin nel suo coraggio
davanti al coninciare
pensa poi del fondare

.LXXXXVJ.

Quod male incipitur, raro fini traditur commendando . ℂ Igitur quisque prudens, de fine initium, meditatur in corde ℂ Postea inquohat quod intendit ℂ Nam illud dignum

donari ubi dicitur donari videtur quod nullo iure cogente conceditur . de hoc habes plura notata superius parte prima documento .xvj. exemplum vide quidam qui alias avarissimus erat obediebat multum theotonicos cum autem transisset Imperator per terram illius iste ne forsitan avicinis apud teotonicos accusaretur cepit eis cum primo venerunt facere multa servitia dans eis de rebus suis gratis sicque illos sic fecit amicos ut cum iste (2) postea incusaretur de multis dicebant illi nunquam vidimus ita curialem virum ipse etiam ad repellendum accusantes dicebat quod fidem quam ad illos habebat hostenderat operibus quia eis dederat quecumque petierant tunc unus ex illis Respondit ad hec verba huius regule testum . dicens illum necessitate propter timorem teneri et ex debito ut scilicet evadere posset personam . vel pone in simili reddisti quod mutuo acquisiveras et iactabas te de curialitate tertius tibi dixit hunc testum . Sequitur alia.

Grandis etc . cum hac regula .xcv^a^. posses multas concordantias colligare . et dic quod ubi superius dicit quod virtus est . posset dici debitum nam qui alios cum potest ab errore non revocat se ipsum errare demostrat extra de hereticis . capitulo secundo . et vide .ij^a^. questione .vij^a^.

(1) *B* Chosa (2) *Π ms.* istea

Digitized by Google

che quel eben fondato
che tutto e prepensato
buon fondamento facto (1) c. 48 b.

optinet fundamentum, ‖ *quod totum ab homine pre-* c. 48 b.
pensatur ℂ *Bono itaque fundamento composito,*

negligere . et lxxxiij^a^. distinctione error degestis ad legem aquiliam scientiam et bene facit ad hec .xc^a^. distinctione per totam exemplum vide Quidam qui se tecum sotiavit per viam eundo romam credebat deum hominem non fuisse tu tantum fecisti quod traxisti illum de hoc errore Ivisti rome ad confessorem tuum et quesisti domine poteram ego abstinere ab isto ut consulebat frater meus et dimictere eum abire vel fuit melius quod feci Respondit confessor de dum aliter non (2) potueris transisse cum eo verum etiam sic fecisse te (3) decuit et ex debito tenebaris saltem errori resistere quia veritas si non defendatur opprimitur ut in canone allegato error . frater qui aderat dixit et quid a nos de moribus illius, tunc confessor dixit ed eos huius regule testum . ℂ de virtute et vitio vide supra in parte prima documento .v°. et ibi in genere et de speciebus eorum vide per totum librum de veritate vide eam infra in fine ubi ab amore clauditur liber . et inde remicteris ad tractatum . Sequitur alia.

Quod male etc . cum hac regula concordat canon .lxj^a^. distinctione miramur ibi vix bono peraguntur exitu que malo sunt incohata principio *meditatur etc* . de ista materia vide infra in parte prudentie .vij^a^. in principio *fundamento etc* . ubi fundamentum non est nichil superhedificari potest prima questione prima cum paulus et cuiusque rei principium potentissima pars est digestis de orrigine iuris . lege prima . broccardicum est et medium facti qui bene cepit habet cum broccardicis suis Igitur fundant homines sermones in nomine domini . de quo habes concordantias multas .xxiij. distinctione in nomine .lxxiij^a^. distinctione in nomine patris cum ceteris . et incipit Avicenna prohemium primi In primis deo gratias agemus sicut sui ordinis celsitudo et beneficij ipsius multitudo meretur ita quoque cum princeps ideo dicatur princeps quia est primus et funda-

(1) *B* fatto (2) non *è aggiunto sopra.* (3) *Segue* deb *cancellato.*

Digitized by Google

fermo ti cresce ognatto
come ledificare
sença quel non puoi fare

tibi stabilis omnis actus adcrescit ℂ *Velud erigere sine hoc hedificium* (1) *non valeres .*

mentum et capud subditorum si non bene reget subditis male cedit nam ut legitur in polliticis . Si enim principians non erit sobrius et iustus quomodo principabitur bene . si vero subiectus quomodo subicietur bene Intemperatus enim existens et formidolosus nichil faciet eorum que opportet ℂ et ibidem alio enim modo liberum servo principatur et masculus femine et vir puero . et omnibus insunt quidem partes anime que insunt differenter . exemplum sequitur . Rusticus quidam dives qui nunquam (2) villam exierat venit ad urbem cuius districtualis erat et vidit multa palatia unde proposuit rus hedificare magnam domum conduxit de civitate .xx. artifices seu murorum et lapidum magistros . et hostendit eis solum et datis eis sermentibus multis dixit in hoc solo hedificabitis domum largam et altam et ego faciam vobis parari calcem et omnia ita quod bene potestis eam complere infra .xv. dies dixerunt certe infra tot dies non fieret in tanta latitudine fundamentum quod ad altitudinem istam requiritur . dixit ille ego volo quod vos fundetis in isto solo et facite potius murum crossiorem dixerunt illi etiam domus si subito fiat in periculo est propter recentiam ille facite super me dixit et factum est quibus completis muc. 48 c. ris ‖ agitabantur valde timuerunt magistri et descenderunt cumque descendissent rusticus qui ex uno latere domus erat ad respiciendum venit in domum maledicens magistris et dicens ego non sum opifex et sum ausus stare in hac domo et vos fugitis cumque sic dixisset ecce subito ruunt omnes parietes et rustico volente fugere non totaliter evasit immunis nam cecidit super eum lignum quoddam et fregit crus eius et ex repercussione unius lapidis perdidit oculum . Redeunte (3) patre plorabat super eum et omnes sui amor qui erat ibi prope ad videndum ludum et qui delectabatur punire stultitiam illius dixit ad astantes huius regule testum et discessit

(1) *Il ms.* hedidificium (2) *Il ms.* nuquam *senza segno d'abbreviazione.*
(3) *Il ms.* redeute *senza abbreviazione.*

Digitized by Google

REGULA .XCVIJ.

Pero che naturalmente e negletta
cosa (1) tra piu comune
vie maior (2) laude aspecta
chi quella como la sua propria cura
che diligente cura
misen li saggi in dar dicio doctrina (3)
ma poca (4) gente la segue odinchina

.LXXXXVIJ.

Quia quod pluribus est comune, more negligitur naturali, maiorem assequitur longe laudem, qui id ut rem propriam amplectitur et custodit ℭ *Cum ad dandam de hoc doctrinam curam sapientes impenderint diligentem .* ℭ *Quam sequi paucos novimus vel ei* (5) *assurgere inclinantes .*

Instabant magistri de salario suo quod pater avarissimus audiens inquid et quomodo fecistis domum inutilem et ruit et vobis petitis satisfieri dixerunt illi ecce culpa filij vestri fuit . iverunt ad dominum ville qui auditis partibus cohegit partem rustici ad satisfaciendum predictis in integrum . Quibus pater numerata pecunia, propter nequitiam et avaritiam suam cum quodam gladio se percussit in gulea et vix evaxit sicque locum habuit regula iterato . Sequitur alia.

Quia etc . ista regula .xcvij^{a}. breviter vult dicere quod si naturale est negligi quod comuniter possidetur . Codice qui et aquibus quarta pars decurionum . lege .ij^{a}. maior est virtus ipsam rem comunem sollicite curare quia multi tradunt de hoc varias iussiones sed pauci sunt obtemperantes illis et quamvis hic videatur loqui de re publica idem intelligas de qualibet re comuni cum pluribus de ista re publica habes infra parte .viiij^{a}. documento ultimo . et expone

(1) *B* chosa (2) *B* maglor (3) *B* dottrina (4) *B* pocha (5) ei *aggiunto sopra.*

Digitized by Google

REGULA .XCVIIJ.

Vedian la cosa che tocca ciascuno (1)
cognun (2) convien chelapprovi e confermi
ne che men la disfermi
che sono stati quey (3) che lan fermata
ma ogni (4) cosa che facta (5) e fondata
non an poder di disfar quella gente
che dessa e stata nel primier volente

.LXXXXVIIJ.

Videmus rem aliquam, que ad commodum pertinet cuiuscumque, opportere a quolibet approbari . ℭ *Eamque a paucioribus, non dissolvi, quam eius fuerint firmatores .* ℭ *Omne tamen id, quod factum noscitur et fundatum, Gens eadem, que illius, a primordio fuit consentiens, nequaquam habet potentiam destruendi .*

supra legere naturale . secundum modum quo ista regula loquitur nam dicit more naturali contingit enim ita sed non ita contingere deberet . exemplum vide breviter .v. filij predium eis comuniter relictum, male colebant predia vero singulariter legata singulis optima cultura prosequebantur . Inerat quidam fons ad quem multi nobiles concurrebant et sic derelicto predio et fontis cura deserta est . unde semel duo milites invenientes hos .v. et dicentes illis male de fonte ac predij cura negletta et illis respondentibus negligenter dixerunt ad eos huius regule testum . qui non valentes concordare de cura illud amore militum uni homini cum pacto quod fontem coleret locaverunt perpetuo . Per simile pone in aliis que ad rem publicam vel comunem cuiusque terre pertinet et male curantur . Sequitur alia.

Videmus etc . Initium istius .xcviij°. regule concordat cum regula illa quod omnes tangit debet ab omnibus

(1) *B* toccha ciaschuno (2) *B* congnun (3) *B* statj quei (4) *B* ongni (5) *B* fatta

Digitized by Google

REGULA .XCVIIIJ.

Cinque son quelle cose (1) che poco
anno nel mondo loco
ogni (2) don di natura se nascoso

.LXXXXIX.

Quinque sunt que minimum locum optinent in hoc mundo . ℭ Omne nature donum, si fuerit absconditum . ℭ Sensus ab opere omni

comprobari . et in .ℨ. eamque dicitur quod pauciores eam confringere nequeunt quam eius fuerint firmatores est ne hoc verum . de quo dic quod si res pertinet ad aliquos ut ad singulos verum est si autem ad eos ut collegium tunc in faciendo et in mutando sufficit quod amaiori parte fit quam materiam prosequere quo ad iura ut notatur in optima glosa que ponitur extra de constitutionibus cum omnes et notant moderari in regula quod omnes hodie libro .vj. que hic brevitatis causa pertranseas sed quero ad quid potest presenti operi esse utilis vel eam posuit hic amor Respondeas propter sequentia . da ergo exemplum . Quidam cives laici ceperunt quendam clericum cui ecclesiam dederant et fundaverant et cohegerunt eum qui electus seu presentatus fuerat ab eis episcopo ut renunciaret de facto in manibus eorum et demum diruerunt ecclesiam et diviserunt inter se solum et possessionem eiusdem quas illi contulerant . episcopus hoc audito et eis vocatis minatus est illis valde dicens multa que ad materiam faciebant illi volentes comprobare quod fecerant quod omnes et singula fuerunt in concordia de predictis sicut primo fuerant de aliis concedendis et allegabat pro eis archimandrita quod sicut dederant ita potuerant austulisse ignorans quod illud quod semel deo dedicatum est ad humanos usus amplius redire non potest cum aliis multis tunc Episcopus nolens stare in verbis cum eis dixit illis huius regule testum et demum cohegit eos omnia restaurare . potest etiam tota die adduci contra illos qui rem a pluribus gestam volunt infringere . Sequitur alia.

(1) *B* chose (2) *B* ongni

Digitized by Google

senno sença (1) ovra chioso
del matto la richeça (2)
del pover sottiglieça (3)
edela disonesta la belleça (4)

clausus . ℂ *Stulti divitie* ℂ *Subtilitas pauperis* ℂ *Ac femine spetiositas inhoneste* .

Quinque etc . In hac .xcviiij. regula reducuntur quinque que vilia rep[utantur] (5) comuniter ex casu aliqua et merito aliqua nam primum secundum tertium et quintum merito reputanda sunt parum obtinere de laude seu locum habere minimum in [hoc mundo quartum] autem licet male sit contingit ex casu . nam pauperis sapientia contritio (6) est et verbum divitis coronatur dicit Massenius et infra dicam . Ad
c. 48 d. duo istorum ‖ accedunt versus illi In mundo (7) sunt que nil abscondita prosunt fons (8) humi census clausus sub pectore (9) sensus . regula hec dicit omne donum nature unde videbatur comprehendere etiam sensum . Respondeas quod viderentur dona nature inutilia si (10) sic intelligeres intellige ergo de aliis generaliter ut de materialibus scilicet thesauro (11) et similibus que ex casu sunt abscondita vel tenentur pro secundo autem summe illud et similia que data utilia fiunt in malis vasis inutilia . glosa ergo sic regulam *absconditum* quid ad nos si absconditum habeamus quantum quique cives unius civitatis possident publice dicit Massenius . *Sensus etc* . idem est nam si scias et scientiam tuam non opereris ad aliquid nec doceas illam nichil est omnino . *Stulti divitie* . quid augent stulto divitie honoris vel fame (12) cum nesciat uti eis dicit Saxirus . *pauperis* pauper locutus est et dicunt quis est hic et si offenderit subvertunt illum . ita legitur in ecclesiastico ac femine etc . loquitur hic de meretrice sed loqui honeste voluit . Unde in ecclesiastico non respicias mulierem multivolam ne forte

(1) *B* sança (2) *B* laricchecça (3) *B* sottilglecça (4) *B* bellecça (5) *La parentesi quadra indica qui tutto ciò che nel ms. fu ritoccato da mano recente, del sec. xvij.* (6) *Parola pressochè illeggibile; la copia ha* humiliatio, *ma è mera congettura; certo la parola comincia per* con (7) *Segue* duo *cancellato.* (8) *Segue* ub *cancellato.* (9) *Segue* cens *cancellato.* (10) *Il ms.* sic *con la* c *espunta.* (11) *Il ms.* thesauros *con l'* o *corretta e la* s *cancellata ed espunta.* (12) *Segue* q *cancellata.*

Digitized by Google

REGULA .CENTESIMA.

An si le cose ciascuna suo tempo
che chi savesse portare e passare
vederia quel che non pensa trovare
ma guardi che se vegna (1)
la sua ventura la pigli eritegna . (2)

C.

Habent rerum omnium sic quelibet tempus suum / quod siquis ferre nosceret et transire, illi, quod invenire non cogitat, appareret ℭ *Tamen caveat quilibet et attendat, ut cum eius ad illum, fortuna pervenerit, hanc capiat et receptet .*

incidas in laqueum illius . exemplum vide . Quidam habebat mirabilia vasa et cara in civitate pacifica et non utebatur eis in aliquo casu remanserant apatre apud quem a civibus fuerant visa . ipse in se magis erat phylosophus inter gentes autem non loquebatur . filium habebat qui fuerat institutus (3) heres aditissimo vivo sed stultus erat vel quasi . nepotem habebat ex fratre in magna pauperie constitutum et non subveniebat ei et illius nepotis scientia magna erat quia tamen nudus quasi ad disputationes veniebat vilis reputabatur uxorem habebat spetiosissimam sed impudicam . cum semel iste disputaret cum quodam iactabat se de prosperitatibus suis solas bonas partes ponendo . Ille autem Respondit ad eum huius regule testum . Sequitur alia.

Habent etc . hec centesima regula vult dicere quod omnia tempus habent et suis spatiis transeunt universa sub celo tempus nascendi etc . vide in ecclesiasten .iij°. capitulo . Si ergo omnia tempus habent et quis sciret expectare patienter ea que invenire diffideret reperiret . *hanc capiat etc* . quia fronte capillata est ut notatur supra parte prima . documento .xxiij. vide exemplum conquere-

(1) *B* vengna (2) *B* lapilgli eritengnia . (3) *Segue* eo *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CJ^a.

Ferro piu forte lo men forte lima
onde convien molte genti che stanno
dure ne viçi e vanno
da poi chamor nole trahe avertute
traggale (1) força maggior asalute .

.CI.

Ferrum limat fortius, non sic forte ℭ *Convenit igitur gentes multas, que dure sedent in vitiis et incedunt, postquam eedem, non trahuntur, amoris intuitu ad virtutem grandiori potentia pertrahi,* (2) *ad salutem* .

batur quidam die sabati quod nunquam habuerat quicquam boni . die dominico fuit ex casu electus in papam Sotius eius qui precedenti die audierat eum conqueri dixit ad eum in camera die lune huius regule testum . Sequitur alia.

Ferrum etc . cum principio huius .cj^a. concordat canon .l. distinctione ferrum ferro acuitur . et preponit hec regula exemplum et subdit causam sue propositionis cum sequentibus autem concordat (3) lex . Codice de emendatione propinquorum ibi ut quos ad vite decora domestice laudis exempla non revocant correctionis saltem medicina compellat . et ut quos divinus amor amalo non revocat discipline severitas coherceat ad peccato dicunt decretales sed adhuc loquitur
c. 49 a. hic aliter nam dicit ad salutem ut etiam || ad bonum aliquando trahamur inviti .xxiij^a. questione .vj^a. per totum . et facit ad regulam ille canon necesse est ut ferro ascindantur vulnera que fogmentorum non sentiunt disciplinam . et alius canon ferrum quippe nostre mentis ad veritatis acumen pervenire non potest nisi illud alterius eraserit lima puritatis . exemplum vide quidam Abbas cum sepius quosdam malos monacos monuisset et proficere non posset in aliquo cepit

(1) *B* tragghale (2) *Da* virtutem *fin qui su rasura.* (3) *Segue* regula *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CIJ^a^. c. 49 a.

Dece la força dove amor non vale
ma non per cio correggendo passare
tanto misura che possa disfare (1)

.CII.

Decet ubi amor non sufficit, ‖ violentiam adhiberi ℭ *Non tamen propterea in tantum excedere,* (2) *corrigendo, mensuram, quod destruere ob hoc possis .* c. 49 a.

rigiditatem carcerum et dure penitentie exercere ad illos quidam alius rogabat eum pro illis Respondit Abbas huius regule testum ℭ Rogans hoc audito et de vita ipsorum ab abbate prescito Abbatis peritiam commendavit facit ad istam regulam illud titulivij in secundo libro non bello votis aut imploratione deum sed vi ac virtute evadendum est . per medias acies ferro viam ferri et quo timoris fuerit minus eo ferme periculi esse . Sequitur alia.

Decet etc . in hac tolle similitudines et exemplum regule proxime precedentis cum hac additione quia ista dicit correctiones tales esse faciendas cum mensura .xlv. distinctione cum beatus quia leviter castigatus reverentiam exhibet castiganti severitatis autem nimie casticatio nec correctionem recipit nec salutem.

Qui abradit et hec .ciij^a^. regula etiam trahitur ad duas proxime precedentes . et igitur in ipsis duabus vide remissiones et exempla quoniam propter correctores loquitur et exactores et similes sequitur alia.

Non convenit etc . Super hac .ciiij. regula non facio similiter magnas glosas nam omnes canones et concordantie facientes ad istam materiam sunt notate prima parte .xvij^o^. documento et alibi . Sequitur ut exemplum breviter videamus . Frater Agrippa de monte corvorum

(1) *B* diffare (2) *Segue* iud *espunto.*

Digitized by Google

REGULA .CIIJ.

Chi rade non conviene scorticare
chi scortica dea (1) stare
contento ala ragion sol dela pelle
chassai fiate quelle
persone che son troppo adentro andate
avian vedute di tutto private

.CIII.

Qui abradit scoriare non decet ℭ *Qui vero excoriat ad rationem pellis contentus tantummodo stare debet .* ℭ *Nam sepe illos, qui nimium intraverunt, de toto vidimus remanere privatos .*

veniebat ad villas que sunt in appenditiis montium ubi magnus populus residebat ibi tanquam subtilis homo predicabat magnalia . Sed rediens postmodum accellam (2) vitam suam cum inhonestis mulieribus ducebat enormiter dissolutam . Illud autem quod ipse magis detestabatur in predicationibus suis erat luxuria . In una ex istis villis quidam presbiter satis rudis surrexebat et docebat aliquos theologiam . itaque frater Agrippa hoc audito venit per hostium illius dum doceret et audita lectione illius deridebat eum dicens inter cetera primam partem testus huius regule . Presbiter autem iratus inferens contra fratrem quomodo ipse bene predicabat et male agebat et quia maxime de vitio in quo magis peccabat magis predicabat intulit in eum partis sequentis testum (3) dicte regule unde idem (4) frater verecundatus et confusus discessit sicque simplicitas seu ruditas vitium vicit Sequitur alia.

Sunt cari etc . hec .cv^{a}. regula quicquid dicit ad nichil aliud inducit nisi ad probationem conclusionis sue et clara est . et pulcrum modum habet loquendi . *quia*

(1) *B* scorticha de (2) *Così il ms.; la copia*: ad cellam (3) *Il ms.* testus *con l'*s *cancellata ed espunta e un segno d' abbreviazione sull'* u. (4) *Il ms.* ide

Digitized by Google

REGULA .CIIIJ.

Non si convien delinsegnar (1) lofficio
achi non e primiermente insegnato (2)
cosi (3) poco epregiato
chi vuol altrui diquel viço amonire
nel qual si vede econosce fallire .

.CIIIJ.

Non convenit ulli docenti officium, qui antea non sit doctus . ℭ Sic et modicum est laudatum, velle alium, de vitio illo arguere, cuius se aliquis noverit commissorem .

rari de hoc vide notata parte (4) documento (4) *que virtutibus etc .* et sic virtutes preferuntur gratiis cum virtus pulcritudini . *unicum etc .* iuxta illud in terra cecorum monoculus est beatus . *pulcritudinem* (5) quia multi propter speciositatem gratiam invenerunt ut legitur || in ecclesiastico c. 49 b.
In eis etc . modo concludit utiliter et sic videtur quod licet habere virtutem sit agratia non tamen pulcritudo virtus est sed gratia . *virtutum* (6) tractatum istum de virtutibus solepniter habuisti superius parte prima documento .v°. exemplum vide . due domine ut recitat dominus Naumerich transibant per valentiam et ipse erat ad fenestram quandam cum domina blanceman quidam qui cognoscebat utriusque statum quesivit ab ea de illis duabus quarum una pulcerima altera non pulcra sed virtuosa et prima vana . que illarum prevalere dicenda esset et que prehonoranda . domina autem Blanceman (7) expediens se de questione non dubia respondit testum regule presentis . loquens per similitudinem ut vides ex ipsa regula . Sequitur alia regula que talis est.

Qui amari etc . hec centesima .vj°. regula concordat cum testu infra in parte prudentie .vij°. documento

(1) *B* dellinsegnar (2) *B* insengnato (3) *B* chosi (4) *Lacuna nel testo.* (5) *Il ms.* publcritudinem *con la* b *espunta.* (6) *Non sottolineato nel ms.* (7) *Segue* quod *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CV.

Son certe pietre per che rare care (1)
altre per bel raggiare (2)
ma quelle somme (3) trovian margarite
chendi vertu fornite
cosi fra (4) grossa gente
un sol sottil possente
tra donne la belleça (5)
vedian che pur sappreça (6)
ma meglio (7) in lor et in huomini prova
chi de vertu ben fornito si trova

.CV.

Sunt cari quidam lapides quia rari . ℂ Alij ex refulgentia radiorum ℂ Summas tamen illas comperimus margaritas, que virtutibus sunt munite . ℂ Sic et inter crossos subtilem unicum extimari potentem . ℂ Sic etiam inter dominas, videmus pulcritudinem anteponi . ℂ In eis verum tamen, ac in viris, longe noscitur prevalere, qui virtutum est gratiis predotatus .

decimo . et cum hiis que notantur in eo in pluribus partibus et cum notatis supra parte prima documento .vj°. et potest ad hanc adduci illud titulivij in .iiij°. libro funus (8) fit regium magis amore civium et caritate quam cura sotiorum celebre . exemplum vide duo sotij missi fuerunt ad regem francorum de urbe unus semper deferebat alij et prehonorabat eundem . ille autem credebat hoc sibi deberi ob merita que ille curialitatis causa faciebat contigit quod uno mane dum essent in Burgundia et obviassent duci ac aliquantulum ivissent cum illo cecidit ferrum equi sotij curialis et remanserunt multi de

(1) *B* chare (2) *B* raggare (3) *L'*e *finale su rasura.* (4) *Tra* fra *e* grossa *una rasura di circa sei lettere, sulla quale sono state tracciate delle linee ondulate.* (5) *B* bellecça (6) *B* sapreçça (7) *B* melglio (8) *Parola di lettura assai incerta.*

Digitized by Google

REGULA .CVJ.

Chi vuol esser amato convien chami
echi seguito che seguiti altrui
cosi (1) chi honorato honori lui
da chui el vuol lonore
chognuomo (2) edivenuto cambiadore .

.CVJ.

Qui amari desiderat hunc (3) *opportet amare* ℭ *Et quod sequatur alios, qui se sequi vult illos .* ℭ *Sicque similiter, ut honoret hunc* (3) *ille, a quo desiderat honorari* ℭ *Cum campsor sit quilibet factus homo .*

utriusque familia cum eo . et cum pervenisset dux ad viam que stratam relinquebat eorum invitato isto illoque licentiato invenit se talis quasi solum et nesciens causam sotij cepit mirabiliter contra sotium verbis insurgere, dicebat quidam ex familiaribus sotij qui ex casu cum illo venerat nesciens domini sui causam domine non conqueramini quia forte causam habuit . dixit ille non debuisset aliquo modo derelinquere me hoc loco cum iste dux fuerit notus meus ab antiquo et decens erat me hic honorari disit familiaris domine ego video quod ipse tota die vos sequitur ut maiorem conqueri merito non potestis dixit ille et ipse bene facit quia tenetur dixit familiaris certe non tenetur quia non curatis de ipso et si essetis cum alio ipse non honoraret vos si non honoraretis eum et cum ille solum insisteret dixit familiaris ad illum huius regule testum . Nota tamen propter finem istius regule quod licet ita contingat quod nemo vel pauci honorent nisi honorentur tamen non deberet ita contingere ut plenius dictum est supra parte hac eadem documento .ij°. Sequitur alia.

In tuis etc . hec .c.vj°. regula [o]p[tima] est et occurribilis valde multisque partibus necessaria . de ipsius

(1) *B* chosi (2) *B* congnuomo (3) hunc *su rasura.*

Digitized by Google

REGULA .CVIJ.

Nele tue ovre chiama ate misura
tien dentro al fren volere
di quel che senti daver lo potere
ne piu che força tegna (1)
c. 49 b. mai tadivegna (2) voler abracciare
se non vuo tutto (3) per cio poi lassare

.CVIJ.

In tuis operibus quibuscumque ad te voca mensuram . ℂ Et intra frenum archeas, appetitum, ad que habenda cognoveris tibi posse ℂ Nec ultra quam fortiam te habere presenseris, ullo tempore amplectaris ℂ nisi forsan postea
c. 49 b. *totum perdere ob hoc velis .*

materia tractatum est infra parte discretionis et supra parte [p]rima [. documento] .xxv. et multi dicit seneca ingnorant vires suas et dum credunt se esse tam magnos quam audiunt attraxere bella supervacua et in discrimina perventura . unde terrentius omnia experiri prius quam armis decer..... sapientem decet et melius est tibi pro...cere (4) quam adversarium ulcisci accepta iniuria et ad finem huius regule facit proverbium tuscorum . qui troppo abraccia poco stringe (5) . Vide exemplum . Quidam habebat mille ..... divisit ipsos in annos quibus posse vivere credidit et cum expendisset iam in quibusdam annis medietatem in pompis et truffis dixit quidam eius vicinus quid si perderes omnes reliquos una die perdidisses ..... omnes nam cum iam male medietatem expenderis, et per consequens illa perdideris perdi[tis re]liquis male tibi erit et sicut hec dicta sunt accidit, nam sequenti die domum suam invaserunt latrones et residuum asportarunt cumque iste conquereretur amicis de fortuna dixit unus ad

(1) *B* tengna (2) *B* tadivengna (3) *B* tucto (4) *Parola pressoché illeggibile; parrebbe* prospicere *; la copia, senza alcuna ragione ha* parcere (5) *Qui la copia aggiunge*: quod gallice dicitur Qui trop embrasse mal estrint . *Ma non c'è nel ms.*

Digitized by Google

.CVIIJ. REGULA.

Vediam lo bo per le corna legare
ma luom perlo parlare
pero lom saggio ala lingua (1) nel quore
lo matto la di fuore
tanto la volge che convien che caggia
laltra per che coverta e detta saggia .

.CVIIJ.

Videmus quod per cornua bos ligatur ℭ *Homo siquidem per loquelam* ℭ *Igitur vir prudens, linguam propriam corde gerit .* ℭ *Hanc autem insipiens, extra tenet* ℭ *Quam volvere donec ceciderit non obmictit* ℭ *Alia quidem vero, quia coperta noscitur, sapiens appellatur .*

eum conquerere solum de te ipso qui male expendisti et male custodisti dixit alius certe melius tibi est hec taliter perdidisse quam .... sic expendisse ut de talibus expensis dif-[fa]meris . dicebat ille si non invenissent me fures satis michi erat in vita mea dixit ..... et quid nosti tu si dies plures tibi fuissent . dixit ultimus si expendisset ut deb.... et inter quos debuit que iactavit in sequentibus illis non sic male cess..... in expensis suis adhibebat mensuram et sepius aggrediebatur maiora et onerosiora quam sibi competerent facultates quibus dictis subiunxit huius regule testum dicens [qui non] scit vivere dignum est ut sic moriatur . Sequitur alia.

Videmus etc . hec .cviij^a^. regula in principio consonans est versui bos cornu capitur homines per verba ligantur . Ad sequentia vero facit auctoritas ex ecclesiastico .xxj. vel .xxij^o^. capitulo . In ore fatuorum cor illorum et in corde sapientium os illorum . *homo etc* . de homine habes multa notata in variis libri locis et maxime infra parte prudentie . documento tertio . *de bove* quero hic quare cum tractaret hic de hominibus non posuit potius de equo c. 49 c.

(1) *B* lingnua

Digitized by Google

REGULA .CVIIIJ.

Per quella via incontraro sisface
cosa per qual si face
e viço ovrando tu cacci vertute
econ vertu lui discacci (1) et attute .

.CVIIIJ.

Per similem in contrarium, res viam destruitur, per quam ipsa, conficitur . ℂ Virtutem quoque reicis, vitium commictendo ℂ Quod etiam cum virtute conteris et repellis .

quam de bove . Respondeo (2) quia noluit ponere exemplum in dignioribus animalibus cum agebat de hominibus stultis . qui se permictunt ita ligari et preterea bos per cornua facilius ligatur et citius Aliqua tamen sunt in bove nobiliora quam in equo nam equus aquam turbidam potat et si clara est cum pede turbat eam tauri autem contrarium faciunt quoniam nisi aqua fuerit clara non curant eam potare de hiis vide in de animalibus .viij. *vir prudens* dicit phylosophus quod prudentis est inquirere certitudinem secundum unumquodque genus secundum quod natura rei recipit super hac vide multa infra in prohemio partis prudentie .vij^a. in glosa . *coperta sapiens etc* . Accedit ad hoc illud aristotilis in primo topicorum opportet enim in disciplinabilibus inquirere propter quod secundum unum quodque principiorum ipsum esse fidem . probabilia autem sunt que videntur omnibus aut pluribus aut sapientibus et hiis vel omnibus vel pluribus vel maxime notis et probabilioribus et precipuis . exemplum vide . Quidam valde loquax ad romanam curiam venit ut procurator archiepiscopi lugdunensis prosequebatur causam cum tot sermonibus ut non solum pars adversa verum etiam, auditor cause omnesque notarij habentes illum (3) hodio ad eius laqueos nitebantur contingit in contestatione litis quod dum iste negare intenderet fecit scribi negat petita fieri non debere astantes autem omnes quieverunt ut non per-

(1) *B* dischacci (2) *Segue* quod *cancellato.* (3) *Segue* mod *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CX^a.

Veggian (1) domar ognanimal (2) feroce
augel tornar avoce (3)
redena come (4) vuo caval guidare
luom aspro non mutare

.CX.

Videmus quodque animal ferocitatis domari . ℭ Redire ad hominis vocem avem ℭ Habenam equum dirigere iuxta velle ℭ Virum utique asperum, ob castigamen aliquod, non mutari

penderet iste quod dixerat discesserunt partes et adversarius post (5) aliquot dies venit et petiit sententiam pro se ferri Iudex huic favens et hodiens loquacem fecit procuratorem vocari ad sententiam audiendam ille procurator, reputans hoc pro truffa non venit et lata est ut in confitentem sententia contra eum . Archiepiscopus hoc audito turbatus venit carpentraxium ubi curia residebat et valde conquestus auditori cause miratum se dixit cui actis hostensis et procuratore presente cum ipse procurator obloqueretur in eum inquid auditor ad procuratorem huius regule testum . fuit ex tunc expediens archiepiscopum sibi per alia remedia providere . Sequitur alia.

Per similem etc . cum hoc testu concordant regule duo prima digestorum alia decretalium prima sic dicit nichil tam naturale est quam eo genere quodque dissolvi quo legatum est . secunda dicit . omnis res per quascumque causas nascitur per easdem dissolvitur . sed ad quid inducuntur hoc loco dico tibi ad probandum secundam regule partem . quia egressus vitij virtutis operatur ingressum et e contra . vide exemplum quidam dormiendo totius sui scientie memoriam perdidit quam vigilando quesierat . huic merito hec regula dicta est . utile tamen erit tibi ut ad bene intelligendas has regulas videas que notantur

(1) *B* Veggiam (2) *B* ongnanimal (3) *B* anoce (4) *B* chome
(5) *Segue* aliquod *cancellato.*

Digitized by Google

per alchun (1) castigare
lo malvagio per detto
non divenir correcto (2)
lo grosso longiamente
guidar enon si sente
grande e vergogna (3) humana
chave ragion dove pecora lana .

℄ *Nequam ad monitionem non corrigi* ℄ *Crossum autem directione ab aliquo longa duci, et se propterea non sentire* ℄ *Gradis in hiis verecundia est humana, que ubi optinet lanam pecus, illa fungitur ratione* .

super eis . et tolle in materialibus exemplum mora matura tingit acra vero et acerba mundat et multa similia possent adduci . de istis vitio et virtute satis superius dictum est parte prima documento .v°. Sequitur alia .

Videmus ecce ordinatissimam regulam .cx^ma^. primo ponit tria exempla deide tractat de tribus reddendo singula singulis denuo concludit sententiando . *animal etc* . ut puta leo ursus pardus et similes leo dicitur in de animalibus .xvij°. et animal quadrupex habens multas fixuras in pedibus ut canis vulpis et lupus generant filios cecos et extra se parantur oculi . *avem* ut accipitrem et similes sed forte melius dices ut falconem polam et similes cum differentia sit inter vocem et sibilum . de accipitre dicitur in de animalibus .viiij°. quod ponit nidum in loca altissima montana et commedit carnem duram et commedit cor eius quod deprehendit de avibus *de equo* superius aliquantulum habuisti et habes infra in parte prudentie documento de camminando et dic *iuxta velle*
c. 49 d. subaudi hominis . *asperum* || de tali posset dici quod legitur in polliticis maledictus insotialis illegalis scelleratus similis enim (4) non talis et belli affectator . veluti sine iugo existens sicut in volatilibus de hoc dicit canon quod difficile est inexpertes dei servitio applicare de quo vide notata infra parte (5) .

(1) *B* alchul (2) *B* corretto (3) *B* vergongna (4) *D' incerta lettura.* (5) *Lacuna nel testo.*

Digitized by Google

REGULA .CXJ.

Averto il fior leggiermente sattrita
subito vento abassa
tostanamente e passa

.CXI.

Aperto flore aliquo, leviter exsiccatur . ℭ Subito ventus proveniens cito labitur atque cessat ℭ Omnisque res que facile sursum venit,

documento (1) . *nequam etc* . de omni hac et inferiori hominis qualitate vide notata infra parte .vij^a^. documento tertio et alibi . *verecundia* hic etiam non ponitur verecundia pro virtute sed pro infamia . verecundia enim ut dicitur topicorum quarto in rationabili timor autem in animositate tristitia quidem in concupiscibili . exemplum vide . Tres viri unus crudelis, alius nequam et tertius crossus dati fuerant ab eorum patribus Magistro Burgensi et eius subpositi discipline cognovit eos infra paucos dies magister et redeuntibus eis patribus ad sciendum nova de filiis dixit ad eos magister huius regule testum . restituit quoque illos eis et abierunt .

Aperto etc . ecce hic artificiosa regula .cxj^a^. probat enim tribus exemplis festinantiam dannosam . et venit ad hanc exemplum rustici positum supra eodem documento in regula *ventus* tractatum de ventis habes infra latissimum parte .vij^a^. documento .viiij. *que facile etc* . iuxta illud quod facile imprimitur facile deprimitur qui facile discit id de eius corde facile labitur . *fundato etc* . de istis festinantibus vide supra documento quinto . parte prima . exemplum vide . quidam cum cepisset subito castrum unum voluit prima die habitantes illius suis quibusdam rigidis observantiis regulare illi autem hoc videntes et presumentes ad futura peiora nocte invicem colligati ad primum dominum redierunt expulso isto turpiter atque suis . Et cum iste nuntiaret fratribus casum istum unus ex consiliariis eius cui modus quem

(1) *Lacuna nel testo.*

Digitized by Google

et ogni cosa che leve sorgiunge (1)
facile si disgiunge
dunqua fondato hedificio (2) ruina
se troppo corri la cima gli china .

descendit facilime ℭ *Fundato igitur hedificio tuo, si nimium curreris, ruina illi, trahit ad infimum, summitatem .*

tenuit non placuerat dixit ad eum huius regule testum vide illum . Sequitur alia.

Inter gentes etc. . ad testum huius .cxij^{a}. regule facit testus ille quod turpis est illa pars que suo non congruit universo . regula tamen ista clarius dicit tibi quod bene vivunt ad vitam teneris eorum Si autem male viverent vetaris sic vivere . Vide exemplum . tres scolares conduxerant hospitium simul et mensam habebant comunem duo satis in omnibus et melioribus concordabant . tertius semper de singulis murmurabat et etiam si placerent ei que parabantur dicebat hec mala . cumque non possent vivere amplius cum eodem ceperunt illum sero uno et tot verberibus affecerunt quod vix poterat ille (3) loqui Mane vero verberatus iste ad quendam compatriotam illorum qui huius mores non ingnorabat accedens de hiis querelam proposuit Ille vero audito facto cum pulsaretur ad lectionem dixit ad istum huius regule testum et ivit ad scolas . Remansit igitur hic confusus et nec ausus est diebus pluribus sequentibus inter alios apparere . Sequitur alia .

c. 50 a. *Licet etc* . hanc .cxiij. regulam non solum pro filiis utilis sed cuicumque Nam homines crescentes in sua libertate pro maiori parte ex libertate male secuntur de hoc dictum est satis et sepius in hoc libro et dicit lex quod libertas est naturalis facultas eius quod cuique facere libet nisi quod vi aut iure prohibetur . institutiones de iure personarum .ℨ. libertas . digestis de statu hominum .ℨ. libertas et liberum corpus non recipit extimationem digestis sed quadrupes pauperiem fecisse dicatur lege ex hac et de hiis

(1) *Il ms.* sorgiungne *con la seconda* n *espunta; l'intero verso è in B scritto su rasura.* (2) *B* edificio (3) ille *ripetuto; ma la prima volta cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CXIJ.

Fra gente chusa netto costumare (1)
usar manera daglialtri (2) partita
ciascun (3) valentre hom vita
che poi collor ti se dato ad usare
nel ben ad essi convien conformare (4)

.CXIJ.

Inter gentes, more laudabili conviventes, uti morum manerie, ab illorum observantia separata, valens quilibet homo vitat ℭ *Nam cum eorum conversationi adheseris, ad hos in bono conformari te decet .*

qui eiecerunt vel effuderunt lege finali . et videtur quod principium istius regule loquatur de ista libertate eo quod dicit summum bonum . vel dicas quod summum bonum est gratia dei frater ego (5) credo quod dicat de quadam libertate quam habent bene faciendi et male faciendi qui non sub correctione constituti sunt alicuius . et de hac dicit quod summum bonum est siquis bene utatur illa . Sed si non bene utatur ea dampnosa est . ut sequitur nam ad hoc facte sunt leges ut eorum metu humana coherceatur audacia etc .iiij°. distinctione facte sunt et vide regulam supra eodem documento similem et ibi notata . et conclude quod omnibus qui nesciunt vivere per regulam periculosa est libertas quanvis de servitute ad libertatem comparando res inextimabilis sit libertas . exemplum vide . quidam habebat unicum tantum filium et hunc tali ordine diligebat ut nichil quod illi displiceret auderet dicere crevit iste incorrectus circa omnia unde cum esset annorum .xx. quendam potentem hominem interfecit unde pater et ipse capti mortui sunt . et licet .... (6) in se bonus existeret quia filiorum excessus non corripuit de sella corruens fractis cervicibus expiravit . unde proverbiorum .xiij°. qui parcit virge sue

(1) *B* chostumare (2) *B* dalglialtri (3) *B* ciaschum (4) *B* comformare (5) *Segue un altro* ego *cancellato.* (6) *Parola incomprensibile; sembra* heli *(?) e così infatti legge anche la copia.*

Digitized by Google

c. 50 a. REGULA .CXIIJ.

Tutto che liberta sia sommo bene
dannosa e se non tene
suo possessor dentro dal fren la voglia (1)
pero buon padre spoglia (2)
figlio di quella nela gioventute
se vuol vederlo sallir in vertute .

c. 50 a. .CXIIJ.

Licet libertas summum censeatur bonum, damnosa veruntamen suo noscitur possessori, si non continuerit intra frenum, propriam voluntatem ℭ Hac igitur bonus pater filium tempore iuventutis, expoliat, si adscensum eius videre desiderat in virtutem .

odit filium suum qui autem diligit illum instanter erudit et habuisti supra in regula simili . eodem documento . Sequitur alia.

In terra etc . In hac regula que clara est et ex effectu sepius et a pluribus probata, pone ergo (3) super eam exemplum in habitantibus civitatis ferrarie que semper quasi occupata est a tirannis . Sed quid domina ista tiranniditas hodie regnat in qualibet lombardie ac tuscie civitate ubi enim singulares aliqui non tiranniçant, ibi sunt quidam cives qui tiranniçant preter quam in civitate florentie ubi semper est pax et unitas civium . de istis tyrannis potest intelligi lictera titulivij in primo libro crudelissima ac superbissima gens sua omnia suique arbitrij facit . et illud eiusdem in (4) .iiij°. libro . hec natura multitudinis est ut secundum humiliter aut superbe dominatur libertatem que media est nec cupere modice nec habere sinunt (5) . Sequitur alia.

---

(1) *B* volglia (2) *B* spolglia (3) *Segue* per *cancellato.* (4) *Segue* secundo *cancellato.* (5) *Parola d'incerta lettura; forse* sciunt

Digitized by Google

REGULA .CXIIIJ.

Nela terra del tiranno
folli son quey che vi stanno
e se pur vi vuoli stare
non (1) curar dedificare
ma nascoso iltuo raccogli (2)
fa ragion cognor ti spogli (3)
fin che dio con sua potença
contra lui (4) dra la sentença

.CXIIIJ.

In terra tiranno subdita, qui morantur, sunt stulti ℭ *Quod si forsan omnino volueris ibi stare, tua hedificia fabricare non cures* ℭ *Sed tuum recolligens in absconso, fac quod te semper expoliet, rationem . donec contra eum sententiam, cum sua deus potentia, promulgabit .*

Non est etc . Super hac .cxv^{a}. regula venit breviter totus tractatus de avaris qui ponitur in locis variis huius libri et potissime ponitur supra in parte prima documento .v°. in glosa . Sed per istam regulam nota duo quod et si avaritia quocumque casu dampnetur in infirmitate || tamen et in guerra fortius est dampnanda unde facit c. 50 b.
illud quod luxuria licet omni etate feda sit in senectute autem fedissima est . Excusant se romani de avaritia sua cum hoc solo scilicet quia in infirmitate et guerra largi sunt (5) exemplum vide Quidam dominus civitatis quia noluit expendere florenum unum in nuntiis ad explorandum inimicorum statum perdidit civitatem et eiectus est deinde propter iracundiam infirmatus quia (6) noluit medicum ad quandam infirmitatem levissimam cecidit in lepram . conquerebatur amicis suis unus ex illis respondit ad eum huius regule testum Ad

(1) *B* no (2) *B* raccolgli (3) *B* spolgli (4) *B* luj (5) *Segue* q *cancellato.* (6) *Segue* lo *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CXV.

Non e mai laudato avaro
machin guerra e troppo stretto
o in infermita bretto
viço suo piu compra caro (1)
e quanto piu glientra amaro
vedi alchun poi men correcto (2)
cha di viver longo (3) aspecto

.CXV.

Non est ullo tempore, commendatus avarus . ℭ Sed in guerra si aliquis vel infirmitate se nimium artum tenet, suum carius vitium reportare probatur . ℭ Et quanto id amarius sit repertum . ℭ Vides aliquem in hoc nichilominus incorrectum, quia tempore vivere longo credit .

quem testum respondit quod adhuc nollet pecuniam suam aliter expendisse ne sibi deficiat ad victum malens male vivere quamquam sine pecunia sanus esse . contigit quod sequenti die mortuus est quod facit ad ultimum regule . Sequitur alia.

Sic guerra etc . Super tota ista .cxvj^{a}. regula vide totum documentum de civitate custodienda quod ponitur infra parte .vij^{a}. prudentie numero .vj^{o}. et glosas super eo et remissiones unde civibus nescientibus abstinere ab hiis que guerram inducant merito dicitur illud titulivij libro .x^{o}. bellum parate quia pacem pati non potuistis . et ad hanc regulam facit illud eiusdem in eodem nulla magna civitas que sciri potest si foris hostem non habet domi invenit ut prevalida corpora ab externis causis tuta videntur sed suis iuribus onerantur . exemplum tolle . cum transiret quidam rex iuxta unam civitatem inimicorum suorum nulla intentione gravandi eam illo tempore ceperunt de muris custodes excelsas voces tollere in altum super infamiam regis Ille iratus

(1) *B* charo (2) *B* corretto (3) *B* lungo

Digitized by Google

REGULA .CXVJ.

Cosi guerra istrugge e ysface
come cresce erifa pace
non dei dunqua saggio dire
quel che non sa sofferire
ançi chaguerra savegna (1)
quanto saggio ognun sostegna (2) .

.CXVI.

Sic guerra dissipat destruitque, velut hedificat pax et auget . ℭ Non debes hunc igitur dicere sapientem, qui quantum vir prudens patitur ante quam ad guerram deveniat, tollerare non novit .

figit palum ibi et castrametatus est circa eam per tres annos denuo invasit terram et diruit et multos ex civibus trucidavit conquerebatur quidam senes ad unum de militibus huius regis iste respondit ad senem huius regule testum .

Si guerram etc . Vide super hac .cxvij^{a}. regula remissiones proxime precedentis et vide supra hac eadem parte totum tractatum de re militari documento .iiij^{o}. et ibi videbis tam de sollicitudine quam cautelis habendis ante bellum et in bello nec te faciat loci tutela vel verborum terre tue securitas abstinere ab omni vigilia immo ut dicit lictera sint tui oculi semper aperti idest semper vigiles, et si plures habeas inimicos cogita illos semper invicem colligare ad preiudicium tuum ut ex hiis cautior sis ad providentiam et ad curam . una pars istius regule habet exemplum in tuscia et maxime in civitate florentie ad quam cum venissent teotonici pauci numero sciverunt florentini et alij stare ad duram et se in periculo belli non ponere quia dubius est eventus belli Sicque tenentes rem in longum iuvit eos mora et capud illorum mortuum est . et tenuerunt terram suam quidam rudes dicebat ecce magna verecundia

(1) *B* savengnia (2) *B* ongnun sostengna

Digitized by Google

REGULA .CXVIJ.

Se pur guerra aver convieni
gliocchi averti attorno tieni
pensa che collarco suo
vegghia ogni (1) nemico tuo
se tu puoi per dura vinci
che piu securança quinci
che in battaglia (2) spessamente
vedi vincer la mengente
tutto chela piu sovente
faccia la ragion vincente .

.CXVIJ.

Si guerram habere penitus te opportet, apertos oculos retinebis in giro ℂ *Pensa quod tuus quilibet inimicus, cum arcu suo, contra te vigilat* ℂ *Si quidem poteris, vince durando .* ℂ *Nam in bello scpe, minorem vincere vidi gentem .* ℂ *Quamvis sepius hanc que maior ratio faciat obtinentem .*

florentini non bellare habentis longe numero gentem maiorem . sapientum vero dictum contrarium mortuo dicto capite comprobatum est . Alia pars regule habet exemplum in lucanis qui sciverunt male confidere et male suam custodire civitatem . Unde cuidam lucano ploranti quia erat expulsus et cuidam aretino qui dicebat quod uni florentino de vilitate florentinorum dixit quidam perusinus huius regule testum subiungens capiat unusquisque secundum se quod eum tangit . Sequitur alia regula que talis est .

Ne credas etc . Sicut hec .cxviij^{a}. regula trahitur ad duo ita potest trahi ad multas deceptiones et adulationes atque blanditias de quibus plene notatur supra parte prima documento decimo . Sed exemplificavit de

(1) *B* veghia ongni (2) *B* inbattalglia

Digitized by Google

REGULA .CXVIIJ. c. 50 b.

Non creder laude achi suo caval vende
meno achi dartintende
moglier (1) se prima non ricerchi evedi
che spesso aver la credi
savia deritta e bella
che matta o çoppa o con altra schenella

.CXVIIJ. c. 50 b.

Ne credas laudem, volenti vendere, equum suum . ℂ Minus etiam satis illi, qui tibi, aliquam optulerit in uxorem nisi antea esse suum, plene videas et exquiras . ℂ Nam illam sepe habere te credes, ordinatam et pulcram, quod stulta erit vel clauda, seu alia macula impedita .

istis duobus in quibus cotidie decipiuntur homines immo plus quod illi qui de hiis duobus in pluribus et subtilioribus sciunt decipere hij dicuntur boni coçones et ita irrepsit hoc vitium ut ab eis quasi homines non reputent se offensos tu ergo qui vis equum emere vel uxorem accipere non credas proseneticis, sed adhibeas aliquos (2) tibi fidos et examina que poteris per te ipsum nam ubi maius periculum imminet ibi procul dubio est plenius consulendum . Vide exemplum . et nota illud . occurrit enim sepe . || Quidam c. 50 c.
Bononiensis cuius nomen ex causa subticeo (3) parentela tractata cum mutinensi de quadam filia mutinensis accipienda uxore . credens ut illi oblatum fuerat eam habere ex omnibus partibus perfecte completam et pulcram . per procuratorem anulavit eam . de inde intendens (4) ire pro illa emit equum unum qui cum videretur omnino sanus et bonus erat retrogradus (5) et ex oculo (6) uno non videbat quamvis oculus clarissimus appareret . et ista vitia colorata a nemine cognita fuerunt . Ivit iste pro uxore cum equo et aliis equitibus sotiis et fuit

(1) *B* molglier (2) *Segue* parte u *cancellato.* (3) *Il ms.* subticeo (4) *Il ms.* intendes (5) *Il ms.* retrogadus (6) *Il ms.* occulo *con la prima* c *espunta.*

Digitized by Google

REGULA .CXVIIIJ.

Vertu e perdonare
ma se pur vendicare
volessi guarda denanti ala mossa
con muovi la percossa
che tu sai ben che non e vendicato
colui (1) che mette in piu onta suo stato

.CXIX.

Virtutis est equidem indulgere ℭ Si tamen omnino ulcisci volueris iniurias, prius quam motum arripias, caute vide, ut ire te convenit ad vindictam . ℭ Nam ut nosse te decet, hic suam non efficit ultionem, qui statum proprium, in verecundiam protrahit grandiorem .

eis sequenti mane super equo patris mulier parata et velata et data . Cumque veniret cecidit ex casu patris equus et viderunt omnes quod mulier erat clauda deformiter et manum destram contractam habebat . Et appropinquans (2) ei vir ad iuvandam eam vidit in oculum eius dextrum maculam grandem . et erat aliquantulum torta collo et ore . Reposuerunt eam super equo viri nec valuit sotia muliereris huiusmodi eius coperire defectus quin omnes perpenderent saltem ista . tristati sunt super virum et non audent ei quicquam loqui vir autem incedebat dolorosus ad modum . Venerunt ad intermedium flumen quod contenna (3) dicitur et magnum erat mulier cum equus potare vellet timens frenum arcebat erexit se equus nec poterat trahi de flumine verberibus seu aliquo alio argumento decreverunt retrocedere ut descenderet mulier equus autem super oculum quo non videbat non permictens se volvi erigitur iterato et mulierem misit in aquam et suffocata est . quam cum traxissent de flumine invenerunt siccum bracchium habere benedixerunt vir et sotij in animo suo dedeceptionibus equi bonam compensationem reputantes, et re-

(1) *B* cholui (2) *Il ms.* appropinquas (3) *Il ms.* concontenna *con il primo* con *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CXX.

Come prodeça non e del luom (1) forte
al debile dar morte
cosi non e (2) sovra colui (3) vendetta
chai securato et offesa no aspecta (4)

.CXX.

Sicut debili dare mortem, in forte probitas non existit ℭ Sic et vindicta dici non poterit, super eum, quem cum fidaveris, non expectat offensam .

portata est mutinam mulier et sepulta . Redeuntibus istis Bononiam ad quam ista nova iam fuerant delata de equo et ipsa . dixit quidam qui istis obviam venerat huius regule testum . ad quem vir respondit utinam michi semper talis deceptio fieret in minori que prodessent taliter in maiori sequitur alia.

Virtutis est . etc . Super hac .cxviiij^{a}. regula de ingnoscendo et vindicando vide superius parte prima documento .xxiiij^{o}. et infra parte .viiij^{a}. documento . primo . et in hac regula expone verecundiam ut exponitur supra (5) eodem documento regula .lxxxiij. Sequitur exemplum . Venit comes Burgundie ad Barones quosdam gallicos sibi vicinos dicens quod omnino volebat summere vindictam in terram ducis Burgundie propter quandam novitatem factam in terris comitis a filio dicti ducis dixit unus ex Baronibus requisitis dux est presentialiter multum potens et tu non poteris comparare cum illo in campo tutius esset forte fingere hanc offensam pro levi vel etiam illi ducis filio propter pueritiam indulgere et per modum talem crederetur hoc factum potius ex virtute . dixit comes sit quod poterit si deberem in campo deficere proposui me penitus vindicare . tunc quidam alius ex Baronibus dixit ad comitem huius regule testum . quibus non acquiescens comes ivit super terras ducis et extitit debellatus ita quod vix evaxit personam cum paucis ex suis mi-

(1) *B* prodecça non e delluom (2) *B* nonne *con la seconda* n *espunta.*
(3) *B* coluj (4) *B* aspetta (5) *Segue* parte *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CXXJ.

Tutto rallegri novita trovare
matto e colui (1) chela sua terra vede
in pace stante e chiede
altro che sol di fermeça (2) pensare
che non mutar e sençalchun periglio (3)
folle ecolui (4) che va cercando inpiglio (5) .

.CXXI.

Quamquam det gaudium, invenire quid novum, Ille veruntamen, qui propriam videt terram in pace, queritque aliud, quam de sola eius firmitate pensare, insipiens est dicendus ℭ Cum omnis mutatio absque periculo non existat ℭ Est igitur qui querit incommodum arguendus .

litibus et fuisset melius attendere dictum testum . Sequitur alia.

Sicut etc . ista centesima .xx^a^. regula per modum exempli proponit minus vitium ad probandum quod maius . nosti enim quod minus est vitium hominem fortem et potentem quam humilem et debilem gravare quia non est istud magnanimi nec ut dicit testus probitas dici potest quod aliquem primo fidare et cum ipse de te confideret proditorie illum offendere quod vitium est immensum . de hoc notatur infra in parte prudentie .vij^a^. documento vigesimo . et de probitate habes supra parte prima in glosis prohemij . sequitur exemplum . Quidam potens vicinum suum debilem quem fidaverat die quadam inveniens cepit et torqueri fecit et tandem ab eo .c. aureos extorsit . Et cum de hoc postea se iactaret asserens offensi patrem illius potentis filio iniuriam fecisse ipsumque huiusmodi iniuriam vindicasse, quidam bonus vir qui dictum potentem non timebat dixit ad potentem huius regule testum . de magnanimo vide supra parte prima documento .xx°. et infra in sequenti parte constantie.

(1) *B* ecoluj (2) *B* fermeçça (3) *B* periglio (4) *B* ecoluj (5) *B* inpilglio; *A* ipiglio

Digitized by Google

REGULA .CXXIJ.

Como citta per iniustitia cade
cosi sençaltre spade
non solamente citta ma province
per division lolor nemico vince .

.CXXIJ.

Sicut labitur ob iniustitiam civitas, ℭ *Sic absque ullis hensibus non solummodo civitatem, sed vero provincias, divisionis adventu, earum occupat inimicus .*

Quamquam etc . ista .cxxj^{a}. regula est clarissima et aperit ita se ipsam ut glosa non indigeat trahitur etiam ad precedentes de guerris et periculis vitandis exemplum vide si placet Sufficiebat Marchioni estensi quod deus eum patiebatur in terris in quibus nullam iurisdictionem habebat cepit alias guerras cum pluribus et finis eius qualis fuerit eiectus est patrie et cum perdita mutina conquereretur amico dixit amicus ad eum testum huius regule . Vel melius cives ..... (1) civitatis pacem habebant sub dominio cuiusdam || domini . Aliqui ex eis videntes maiores suos c. 50 d. de terra ob merita eorum maiorem apud dominum locum habere cum quodam vicino domino tractaverunt ob invidiam terram dare illi et proditorie nocte quadam introduxerunt eum et mutatum est sic dominium civitatis cumque hic novus dominus male tractaret utrosque conquerebantur hii qui mutaverant ad amicum . Qui amicus dixit ad eos regule huius testum . Sequitur alia.

Sicut labitur etc . reducas istam regulam ad regulam supra centesimam .xvij. hec autem est .cxxij^{a}. et habet locum in multis civitatibus tuscie et si non credis vide exemplum in civitate pistorij et lucana et dominus provideat civitati nostre florentie ut divisio civium eius subversionis non

(1) *Segue una parola ritoccata da mano del sec. XVII e illeggibile. Restano dell' antico:* v *iniziale ed* us *finale. La copia ha* istius, *ma si deve più sicuramente integrare* unius

Digitized by Google

REGULA .CXXIIJ.

Non creda alchun per vanti oviste avere
fama di vita che dallovre viene
quel per che luomo (1). acresscer (2) si conviene

.CXXIIJ.

Non credat aliquis, ob iactantiam seu vistas, vite famam, cum quod hominis statum auget, crescat ab opere obtini .

sit causa . exemplum (3) potes accipere . cum trasiret quidam comes per civitatem pistorij nuper qui alias eam viderat bene stantem dixit peccatum est de huius destructione civitatis et quomodo quesivit Responsum fuit ei et narrate sunt cause unde dixit comes hunc testum . vel pone in lucana et forte prius quam per divisionem dederunt pars civium inimicis .

Non credat etc . hec regula .cxxiij^a^. loquitur contra iactantes se de quibus habes plenius supra parte prima documento .xxj. *ab opere* . verum est verbum nam siquis se iactat veritate non utitur talis assertio non (4) procedit ad famam immo si verum sit quod loquitur non laudatur ut dicitur in sequenti regula quia non decet hominem de se ipso loqui permictat igitur opera pro se loqui et de hoc in allegato documento plenius dictum est . Sequitur exemplum duo fuerunt sotij in civitate senensi ad lanificium et ad multa dicebant isti (5) si nos preponamur ad officium novem regimini civitatis dirigemus penitus terram in bonum et maledicebant continuo regentibus in officio antedicto . contigit unum ex eis ad futurum tempus electum esse . predicabat magnalia se facturum . Ad officium venit et hostendebat se omnia facere que fiebant asotiis una die quidam qui primo audierat iactantias suas et modo videbat secum in officio pompas eius cum illo semel venit ad verba et dixit ei tu dicebas te facturum mirabilia et modo hostendis te singula

(1) *B* chelluomo (2) *Π ms.* accresscer *con la seconda* c *espunta.* (3) *Π ms.* exemplus *con l'*s *espunta e il segno d'abbreviazione sull'* u (4) *Segue* d *cancellato.* (5) *Segue* no *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CXXIIIJ.

Non lauda propria di proprio laude
fallo scusa non claude
poi che patente ela colpa dalchuno
ne per cio men questo e viço comuno

.CXXIIIJ.

Non laudat de proprio, propria laus ulla ¶ *Excusatio delictum non palliat .* ‖ *ex quo* c. 51 a.
patens culpa fuerit alicuius ¶ *Nec minus ideo est vitium hoc comune .*

facere et nichil facis nisi cridare, ecce una cum sotiis facimus te prepositum (1) videamus quid feceris et sotij hoc consenserunt cepit iste officium et omnis eius actio erat nichil quod ipse idem perpendens cessit officio in manibus eorum dicens si vellem scirem sed quia commisistis michi ex odio nolo regere vos vel terram . Rixerunt illi et unus eorum dixit ad eum testum huius regule . de alio sotio quia longum esset nichil dico nisi quod ad officium semel assumptus voluit prodere civitatem . Sequitur alia.

Non laudat etc . hec .cxxiiij. regula tractat de duobus vitiis de uno satis dictum est in regula proxime precedenti . de secundo dictum est supra parte prima documento .xvij. in testu et glosa & dic quod non excusat immo amplius accusat . *comune* verum dicit cum multi in hec vitia incidant et ponitur hic pro plurali singulare . exemplum primum est in pomposis secundum maxime est in iuvenibus qui non dum probaverunt quod talis excusatio est accusatio . sequitur alia.

Non deberet etc hec .cxxv^a^. regula bene loquitur ex- c. 51 a.
cusat enim de uno vitio mulieres ut accusat viros de simili nisi in casu ubi procedat excusatio et nota quod non videtur hoc adscribere ad vitium mulieri quia videtur eis innatum quodammodo anatura . et non dicit de levi ut hoc

(1) *Corretto da* propositum

Digitized by Google

c. 51 a. REGULA .CXXV.

Non si disdice leggier lagrimare
in donna odubitare
ma forte vile creduto ne luomo (1)
se non ben guarda per che dove ecomo

.CXXV.

Non dedecet in domina lacrimare de levi . vel etiam dubitare ℭ Ex hiis tamen vilis creditur homo valde . ℭ Nisi attenderit quare, ubi, et quomodo diligenter .

sit specialiter vitium in homine nam cum causa non est vitium lacrimare vel dubitare immo contrarium esset vitium . maxime quo ad dubitandum si non dubitaret ubi dubitandum foret in omni casu virum abstinere alacrimis commendatur et si non in omni casu culpetur . et nota etiam quod licet dicat non dedecet mulieri non tamen dicit quod si abstineret esset vitium Sed forsan in casu et loco ubi alie plorarent mulieres videretur indecens mulieri . ego tamen in omnibus credo constantiam commendandam (2) . Vide exemplum quidam qui fuit prepositus ad regendam civitatem unam de omni querela que fiebat de facinoribus coram eo plorabat cum etiam aliquis rumor erat ut mulier de singulis dubitabat in armis tamen et in iustitia laudabiliter se habebat . Dixit ad eum semel quidam eius miles domine tota civitas ista de vestra bona iustitia loquitur . et in annis semper reportatis honorem si ergo possetis hunc morem dimictere mulierum in lacrimis et dubitatione de singulis cresceret latius fama vestra . (3) et subiunsit ei testum huius regule . cuius verbis auditis cepit se rector iste non modicum emendare dicebat quoque sepe militi dicas michi sepissime verba ista pauci autem sunt hodie qui velint corrigi a quocumque sequitur alia.

Gradus etc . in hac regula .cxxvj. legitur testus qui maxime iuvenes (4) tangit et inter iuvenes (4) illos maxime qui desiderant reputari crudeles et locum habet in tuscia Ro-

(1) *B* nelluomo (2) *Il ms.* commendadam (3) *Segue* cum *cancellato.* (4) *Il ms.* imenes, *manca evidentemente un' asticina.*

Digitized by Google

REGULA .CXXVJ.

Gradi son di peccar (1) diversi emolti
e son alquanti chaman chel si dica
che non curan (2) nemica
di dio o santi odalchun ben pensare

.CXXVI.

Gradus sunt varij peccatorum et multi . ℂ Suntque aliqui qui quod dicatur affectant, nunquam ipsos de deo, sanctis vel bono aliquo, cogitare ℂ Credunt ob usum huiusmodi,

maniole et tola ytalia utinam non sic esset *gradus etc.* ita enim sunt gradus inter peccatum et peccatum sicut inter virtutem et virtutem de vilitate peccati dicitur supra parte prima documento .xxij°. in glosa *affectant* et istud etiam affectare peccatum est . ne dum ipsa peccata commictere . *timori* iste enim qui hac causa timetur parum vel nunquam amatur *deprimi etc* . raro enim videbis quod istorum malitia duret et pauci ex talibus senescunt . *aliquem etc* . Istud vitium tangit specialiter prelatos ita etiam tangit omnes inter illos quibus presunt . unde etiam pater cavebit amalis actibus et si omni tempore cavere debeat saltem in presentia filiorum cavebit etiam cum uxore ne ampliet illi peccandi licentiam et tenebit ea sub continuo timore dei . de istis qui debent agere in exemplum vide notata infra parte prima documento .xvij°. et da exemplum . duo erant Aretij pater et filius pater autem erat creditus in civitate valde . filius habebat in comitatu multos malos sequaces . Iste pater cepit sub specie boni et iustitie inter malefactores etiam benefactores sepius accusare et gravare et ab eis pecunias extorquere . filius vero circuens comitatum ad omnia se mala dabat et iste anemine accusabatur ob patrem In exemplum patris multi tales surrexerunt in terra ita quod civitas inde habuit sue inquietis exordium . cum venisset filius semel in civitatem et occidisset inibi quendam virum fugit in

(1) *B* pecchar (2) *B* churan

Digitized by Google

credon per tale usare
esser creduti valentri e temuti
ma tutti tosto gli vedi abbattuti (1)
cosi vediamo alchun che noli basta
che peccando se guasta
mettesi afar (2) li suoi falli palese
per dar exemplo dannoso al paese

tam timeri, quam probi etiam reputari . ℂ *Tu tamen vides deprimi cito tales .* ℂ *Sicque videmus aliquem, cui non sufficit, se peccando destruere* ℂ *Sed sua, in patrie dampnosum exemplum, delicta commictere non veretur .*

domum patris quem in sequentes offensi patrem et filium occiderunt et domum ingnibus subiecerunt in qua uxor patris
c. 51 b. et due filie sunt cremate et omnes || de civitate letati sunt super casum eorum et cum sederent (3) aliqui de melioribus ibi prope de dei iudiciis conferentes unus ex illis dixit ad alios huius regule testum . Sequitur alia.

Non sunt etc . de stellis et planetis vide infra in parte prudentie et infra . in parte ultima libri in diversis locis in glosa . de peccato vide remissiones in regula proxime precedenti de proditoribus vide notata supra in regula .cxx^a^. eodem documento . exemplum vide in omnibus proditoribus quem finem faciunt raro enim propter vitij immanitatem contingit tales decedere quin eorum vindictam etiam in mundo videamus preter id quod eis ultimi supplicij reservantur Alexander olim rex a relationem et proditionem cepit darium post que quesivit aconsiliariis suis quid ei faciendum esset de proditoribus qui tradiderant eum illi . Respondit unus pro omnibus huius regule testum . inde postea fecit eos vituperabiliter mori . Sequitur alia.

Qui honorem etc . Ad primam partem huius cxxviij^a^ regule facit illud thopicorum primo qui dubitat utrum opporteat vereri deos et parentes honorari (4) vel non . pena indiget qui vero utrum nix sit alba indiget sensu . et illud

(1) *B* abattuti (2) *B* affar (3) *Il ms.* sederet (4) *Segue* deos *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CXXVIJ.

Non sono stelle tante con pianeti (1)
quant e trovata gente
che nel mondo nocente
ma pur li traditor questo ognun pone
per tal viço che none
si dea giamai perdonar ma punire
in quegli (2) ancor chui faesti fallire

.CXXIJ.

Non sunt stelle, tot numero cum planetis, quot in mundo gentes nocentes inveni ℭ *Sed tale vitium, ponit quilibet proditorum, quod remitti non debeat sed puniri, in illis etiam quos tu ipse, traxeris in dellictum .*

senece. Quemammodum nemo in amore sui coartandus est sic nec lex iubet amare parentes indulgere proli Supervacuum est enim in quo imus nos impelli . et dicit lex quod indignus militia iudicandus est qui patrem et matrem quibus se educatum dixerit maleficos appellavit digestis de obsequiis aliberis parentibus et patronis prestandis lege prima . et eodem titulo liberto et filio semper honesta et sancta persona patris ac patroni videri debet . et ad idem possent multa signari . *Si asuis modicum* hoc enim dignissimum est ut quod feceris tibi fiat et simale te habueris ad patrem male se habeant ad te filij . *Idem in aliis* quia de similibus idem est iudicium broccardicum est *et deus superior etc* . vide de deo supra in prima huius documenti regula et inde remicteris ad loca in quibus hoc libro de ipso notatur Exemplum vide Quidam viterbiens quem bene cognovi patrem viventem senem et infirmum ita despessit ut cum induxisset eum ad omnia sibi donandum ibat pater elemosinas querens cum de filio nullam querimoniam ponere vellet et filius cum uxore que huius mali spetialiter erat causa et cum dua-

(1) *B* complanetj *corretto da* compianete (2) *B* quelgli ancor chuj

Digitized by Google

REGULA .CXXVIIJ.

Color chonor apadre
ereverença (1) amadre
inlor vita non fenno
lamentar non si denno
se poco son dalor figli (2) hon[or]ati
cosi daltri peccati (3)
chi fa offesa dalchun facto alt[rui] (4)

.CXXVIIJ.

Qui honorem patri, viventes et matri, reverentiam non fecerunt, non debent utique lamentari, si a suis modicum filiis, honorantur . ℭ Idem in aliis . excessibus est censendum . ℭ Qui

bus filiabus et uno filio parvis ipsius filij vivebant in magnis delitiis super bonis donatis . Ego vidi tempore meo patrem mori et bonos de terra sepellire eum (5) filio cessante postea vidi filium filij in .xiii°. anno suspendi per gulam ob magnam culpam et vidi uxori eius nasum incisum aquodam amatore ipsius uxoris et vidi filias filij vocare patrem in causam venia impetrata et obicere contra eum quod ipse omnibus donatis apatre consumptis ad ludum artabat eas ut pretio se ipsas concederent. et quod ceperat unam ex eis sero tunc precedente et voluerat eam subicere propter pecuniam uni viro . de quo Iudex inquisitione formata et non inventis propositis separavit eas apatre . pater autem nocte sequenti motus aspere (6) contra illas domum illis deputatam cum pluribus viris intravit ut vituperari faceret se et illas . quod iste cum frangeret hostium prescientes accepto gladio contra patrem eum presentibus aliis occiderunt . Sed cum ex vulneribus cecidisset et non[dum] esset mortuus volvit se ad unum ex illis qui traxerant ad rumorem et inquid perpendite quod michi filie mee fecerunt . Respondit ille testum huius regule quo audito subito exp[iravit.] Sequitur alia .

(1) *B* revença (2) *B* dallor filgli (3) *B* pecchati (4) *B* dalcun fatto altruj; *in A le ultime tre lettere del verso sono abrase.* (5) *Segue* p *cancellato.* (6) *Parola quasi affatto illeggibile per l'inchiostro svanito.*

Digitized by Google

comporti poi salui (1)
e facto (2) in simil caso il simigliante (3)
chogni (4) homo e homo e dio e vendicante .

REGULA .CXXVIIIJ.

Chi mal lega non discioglie (5)
chi ben piega ben disvoglie (6)
veramente ognun si pente
che troppo e nel far corrente .

de aliquo quemquam ledit, Si ei postmodum simile in simili casu, fiat, decet hunc gerere patienter . ℂ Nam homo quilibet homo est . et deus superior est ulciscens .

.CXXVIIIJ.

Is qui rem aliquam, male ligaverit, non dissolvit ℂ Qui bene plicaverit ipse bene devolvit . ℂ Vere insuper, qui in hiis que egerit, nimis currit, quemlibet sequitur penitudo .

Is qui hec regula .cxxviiij. condempnat currentes nimium in rebus non sollicitos Super hac vide notata superius in regula .cj. et regula sequenti eodem documento dannat etiam in principio illos qui non diligenter curant quod faciunt . Exemplum quidam ligabat vallisiam auro plenam dixit sotius liga bene dixit sotius non est vis ..... manum ad eam . Iverunt et invenerunt in via quandam pulcram dominam [e]qu[i]tan[t]em ceperunt intrare in verba cum ea et iste ligans non recordatus valli[sie] cepit cum ferula domine conducere illius equum per tramites rectos cecidit vallisiam et cum domina discessisset ab eis dixit sotius ubi

(1) *B* sallui (2) *B* efatto (3) *B* similglante (4) *B* chongnj
(5) *B* disciolglie (6) *B* disvolglie

Digitized by Google

c. 51 b. REGULA .CXXX.

Per cammin (1) si concia soma
elo bocchiduro si doma
per continuar li modi (2)
channo adissolver li nodi

c. 51 b. .CXXX.

Per camminum recepit statum salma ℭ *Domatur similiter ore durus, ex perseverantia modis insita, qui dissolvere nodos habent .*

est vallisia ille tentans non invenit tunc dixit ad eum sotius huius regule testum et dixit ad deum . Ille autem retrocedens vallisiam invenit sed invenit unum vicinum qui dixit quid queris ille dixit totum . tunc [vicinus] qui audierat dici liga dixit vere qui non l[igat] non dissolvit . Sequitur alia.

c. 51 c. *Per camminum etc* . exemplificat intentionem suam per (3) proverbium antiquorum quasi dicat ea que non possunt fieri una die fient per continuantiam Super hac vide tractatum de perseverantia infra in parte constantie circa principium in glosa loquitur etiam de Bocchiduro ad modum equi transcurrentis qui adomatoribus continuantia reducitur ad regulam . patet exemplum Quidam habebat filium qui nullo modo poterat corrigi de ludo cepit pater verberibus afficere illum quasi omni sero dicebant vicini ad quod frustra laboras totiens probasti verbera (4) et non valent sine eum obire . dixit pater ad eos huius regule testum . et continuans cepta correctus et mendatus filius et regula comprobata . Sequitur alia .

Quando etc . huic .cxxxj°. regule concordat illa auctoritas (5) difficile custoditur quod multis placet de quo et omni continentia huius regule vide spetiale documentum de accipienda uxore quod est infra in parte pruden-

(1) *B* camin (2) *B* limodj (3) *Segue* exprob *cancellato.* (4) *Il ms.* verberat *con la* t *cancellata.* (5) *Segue* q *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CXXXJ.

Quanto la cosa (1) a maggior gente piace
cotanto piu verace
e piu sottil vuol guarda
pero saggiom si guarda
torre moglier (2) che di tanta belleça (3)
chongnun (4) dintorno le guarda latreça (5)

.CXXXI.

Quanto res genti placuerit grandiori, tanto veraciori et subtiliori eget custodia ℭ *Sapiens igitur accipere coniugem hanc non curat, que pulcritudinis est tam grandis, quod ad eius triciam, quisque respici* (6) *circumsistens* .

tie numero .iiij°. et que ibi notantur exemplum est patens . Quidam quem ego vidi habebat uxorem pulcerimam et que moribus et gestibus amorosis omnes alias de terra illa superare videbatur . omni nocte iuvenes et amantes erant cum mattinatis ad hostium viri . Conquerebatur hic semel in platea cum vicinis de istis amantibus dicens opportebit me deserere terram istam . quo sic dicente dixit quidam sapiens ad amicum qui de accipienda uxore quesierat ab eo consilium verba ista que sunt in testu huius regule sequitur alia .

Iam solus etc . (7) ad primam huius regule partem habes exemplum paratum cum Scipio affricanus interrogatus quid ageret cum solus esset Respondit nunquam minus solus sum quam cum solus sum nec minus otiosus sum quam cum otiosus sum quod vide supra latius positum parte prima documento secundo . in glosa . ℵ . otiositas . Ad secundam partem accedit illud senece dicentis quamdiu inter homines fui minus homo redij quod habes notatum superius parte prima .

---

(1) *B* chosa (2) *B* molglier (3) *B* belleççа (4) *B* congnun (5) *B* latreççа (6) *Π ms.* repicit (7) *Nel ms. non è sottolineato.*

Digitized by Google

REGULA .CXXXIJ.

Gia non e sol chi non aseco gente
se nela propria mente
genti pensieri et honesti ritiene
ma quegli e solo (1) che viene
fra gente spesso tale
da chui (2) partito men che prima vale .

REGULA .CXXXIIJ.

A tutte cose le quai (3) se savessi
dar non ti posson che dolor e pena
verace amico acercar (4) non ti mena .

.CXXXIJ.

Iam solus non est, qui non adhibet gentem secum, si honesta et nobilia, cogitamina mente gerit ℭ *Ille quidem est solus, qui ad moram cum talibus se convertit, a quibus discedens, minoris quam antea est valoris .*

.CXXXIIJ.

Ad omnia que si scires, aliud quam dolorem et penam, tibi dare nequeunt inquirenda, amicus veridicus te non trahit .

Ad omnia etc . In hac .cxxxiij^a. regula pone exemplum in Alexandro quando ivit ad investigandum quanto tempore poterat vivere, debuit responderi ei testus huius regule . et accedit ad hanc regulam illud Senece de beneficiis Melius est si pauca sapientie precepta teneas et illa

(1) *B* quel esolo (2) *B* chuj (3) *B* quay (4) *B* accercar

Digitized by Google

REGULA .CXXXIIIJ.

Edegna (1) cosa che perda la graça
colui (2) che mal edisonesto lusa
equel che chiusa
non sa per se la credença tenere
suol per altrui (3) vie piu tosto cadere

.CXXXIIIJ.

Dignum est quod gratiam perdat ille, qui ea inhoneste utitur atque male . ℭ Illeque qui nescit, sibi ipsi aliquod retinere secretum, pro aliis citius deficere in hoc solet .

habeas in promptu et in usu quam si multa didiceris et illa non habeas ad manum quemadmodum magis lucrator est non qui multos nexus didicit quorum rarus usus est sed qui in uno aut alio diligenter se exercuit non enim refert sciat si scit quantum victorie opus est . Sic in disciplinis multa delectant pauca vero iuvant licet nesciat que ratio effundat oceanum quid sit quod gemellorum conceptum separet partum coniungat cur simul natis sint facta diversa non tibi multum licebit transiret quod neque licet scire neque prodest . Sed contra hec omnia mirum est quod ea sola perquirere nitimur aquibus prohibemur et que investigare non possumus . sicut faciunt quidam stulti qui cum uxores acceperint et cum eis ligati fuerint consensu quibusdam argumentis utuntur hic non recitandis ut sciant utrum ad illos ipse venerint virgines . et similes fatuitates . Sequitur alia .

Dignum est etc . ad primam partem huius regule .cxxxiiij°. facit ille canon privilegium meretur amictere (4) qui permissa sibi abutitur potestate .xj°. questione .iij°. privilegium extra de privilegiis tuarum . et vide que notantur si vis in canone allegato . Ad secundam autem partem regule facit illud senece Garulo minime secretum

(1) *B* Edengna (2) *B* coluj (3) *B* altruj (4) *Π ms.* admictere *con la* d *cancellata ed espunta.*

Digitized by Google

REGULA .CXXXV.

Vale un ben mille e mille non ben uno et anno tutti le menbra (1) ela força dunqua evertu colei che fama inforça .

.CXXXV.

Valet unus mille, nec unicum bene mille ℂ Omnes autem membris et fortia potiuntur . ℂ Est igitur virtus illa, que cuiuslibet famam auget .

aperies non potes enim ab alio silentium exigere si tibi non prestiteris . exemplum vide . Quidam cum haberet quoddam palatium cum balneo et viridario et variis fulcimentis
c. 51 d. cogitavit illud lenonibus tradere et locare ut gran ‖ diorem ex inde perciperet pensionem et tenentibus illis ibi varias meretrices contigit sero uno filium regis qui municipio presidebat venisse ad locum et cum invenisset ibidem huius locatorem rogavit eum ut hoc esset secretum . idque regis filio locator promisit venit filius ad unum de lenonibus antedictis et dicto ei qualiter hoc solum dixerat locatori dixit leno sciet ergo civitas tota non enim tenebit tua quia sua non tenet ecce quod discedens a nobis (2) secretum aperuit quod eri sero uxorem eius necare voluerat . Exivit regis filius et invenit quod hic de hoc repleverat terram totam . Sicque sequenti mane formata inquisitione contra illum quod uxorem necasse voluerat et reperto pro vero confiscata sunt omnia bona eius et vita illa de gratia reservata . cum quoque iste de predictis ad amicos querelam proponeret, dixerunt illi huius regule testum Sequitur alia .

Valet etc . hec .cxxxv^a. regula clara est et se ipsam exponit et accedit illud Alexandri non in multitudine populi sed in fortitudine animi regnat virtus . de ista virtute vide plenius parte prima documento .v^o. et de hoc vide notata superius parte prima documento Vide exemplum . Quoddam castrum erat obsessum infra castrum erat unus sol-

(1) *Così in B; A* mẽbra (2) *Segue* no *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CXXXVJ.

Qual e piu folle tral matto ocolui (1)
chesi rivolge allui (2)
ofa contesa osadira con esso
vera risposta epresso
chel primo scusa il natural defecto (3)
laltro che da quel netto
edea conoscer lo viço che face
in magior (4) colpa et in piu pena giace .

.CXXXVI.

Quis est insipientior, inter stultum et illum, qui se erigit contra eum, aut cum ipso irascitur, vel contempdit ℭ *Vera responsio est in promptu . quod defectus primum naturalis excusat* ℭ *Alter vero qui a defectu huiusmodi, est immunis, debetque vitium congnoscere quod commictit, maiori culpa ducitur atque pena punitur .*

licitissimus vir ut omnia imminentia que saltem ipse non faceret causa esset propter quam alij facerent hic ad custodiam victualium actendebat hic ad distributionem ipsarum hic ad defensionem murorum hic die ac nocte ad castri custodiam interiorem et providam . Iste ad consulendum preposito et capitaneo ipsius castri et eius consilia optima . hic ad omnia laboreria manualia utilis et expertus . contigit quod dum iste die quadam dati belli castro quoddam latus mirabili obsistentia defendisset vulneratus est et (5) iacuit die .iiij°. Infra istos autem dies ad omnia imminentia videbantur alij quasi mortui et ipse idem capitaneus quid ageret nesciebat Ideo ad lectum eius sepissime pro consilio accedebant . Bannitum est ab extra de bello dando iterato plorabant omnes istius industriam se habere non posse Statuerunt ut liberato eo nunquam poneretur ad locum periculi de inde die belli fecit se iste portari et saltem ortabatur et da-

(1) *B* ocholuj (2) *B* alluj (3) *B* defetto (4) *B* maggior (5) *Segue* a *cancellata.*

Digitized by Google

c. 52 a. REGULA .CXXXVIJ.

Pero che gliatti di fuor segno (1) sono, chentel quor dentro sia

.CXXXVIJ.

Quoniam actus exteriores sunt signum, quale interius cor existat, vides per viam hominem sapientem, honeste incedere, tam in gestibus

bat consilia cum bellare non posset Unde tunc bene dixit et merito capitaneus huius regule testum . Isto liberato eius sollicitudine castrum liberatum est Sequitur alia.

Quis est etc . cum hac regula .cxxxvj°. vide testum proverbiorum .xxv°. ne respondeas stulto secundum stultitiam suam ne sibi similis videaris et ibidem responde stulto iuxta stultitiam suam ne sibi sapiens esse videatur de hiis vide notata parte prima documento .xiij. *quod defectus etc* . quando excuset ignorantia et quando non dictum est supra parte prima documento (2) et infra parte .vij°. documento .xviiij. et in suma quando ingnorantia vere trahi potest ad nescientiam quod est pravissimum dicere quo ad mores excusat aliter non . legitur in .vj°. thopicorum quod qui non habet scientiam non videtur ingnorare sed magis quod fallitur
c. 52 a. propter quod neque inanimata neque pueros ingnorare ‖ dicimus quare non secundum privationem scientie ingnorantia dicitur nichilominus vide notata in allegato documento exemplum vide . transeunte quodam per viam qui sapiens videbatur cum quidam stultus inpingeret verbum unicum contra eum fixit pedes et insimul contemptionem inierunt duo prudentes ibi prope sedebant . hec audientes unus ex prudentibus dixit ad alium huius regule testum usque ad . ℓ . vera . Secundus respondit ad eum sequentem huius regule testum . Sequitur alia . regula .

Quoniam actus etc . Ad hanc regulam colliga illius canonis testum Impudicus oculus impudici cordis

(1) *B* sengno (2) *Lacuna nel testo.*

Digitized by Google

vedi saggio hom per via
in veste e tutti gesti honesto andare
lo folle non puo stare
ancor contento dexceder cotanto
quanto adi viço mal piu si tien vanto .

quam in veste . ℂ *Stultus autem de tanto non contentatur excessu, quanto avitio denigratur, sed in amplius extimat collaudari .*

est nuntius cum hiis que de hac materia sunt notata supra. parte prima in pluribus locis . et infra parte .vij°. documento .iiij°. Videas exemplum quod est tale Mater quedam habebat filiam unam que tota die (1) petebat vestem varie testure habebat et filium qui tota die discurrebat per terram retro dominas ut quasi demens videretur . Instantibus ergo filio de uno equo et filia de una veste dixit ad eos mater in exemplum ut eos retraheret (2) huius regule testum dicebant isti quod nichil habebant in vestibus vel aliis ultra illos de terra tunc dixit mater et non vobis sufficit quod habent alij vos habere dixerunt illi certe non dixit mater et propterea comprobatur finis huius regule quam predicavi vobis . Sequitur alia .

Summus etc . Super hac .cxxxviij°. regula non possent tibi utiliores concordantie dari quam date sint infra parte Innocentie .x°. et ibi testus et ibi glosa et ibi conscientie figura vide omnia ibi . Sequitur exemplum . Quidam cum Iuvenis esset indifferenter se dedit luxurie furtis proditionibus falsitatibus et diversis speciebus peccatorum . rumores ex casu et guerris erant sepius in terra iste semper rumorum tempore in tanto timore vertebatur ut ei facilius esset mori temporibus autem arumoribus remotis omnis novitas timorem incutiebat in cor istius . et amplius Ibat inter gentes depressis oculis tanquam crederet omnes eius notos in eius faciem illius scripta videre peccata . Cumque iam annorum .xxv. iste recognosceret se ipsum die quadam dixit michi omnis homo non est presbiter et tamen potest infirmo mederi ego volo tibi aperire statum meum et dicendo

(1) *Segue* ve *cancellato.* (2) *Segue* p *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CXXXVIIJ.

Sommo thesoro (1) egraça sença pare
che non si puo extimare
la consciença (2) netta
beato quel che la nel quor electa

.CXXXVIIJ.

Summus thesaurus, et gratia pari carens, conscientia vere munda . ℭ Beatus qui electam in corde proprio habet illam .

se in omnibus peccatorem in genere conclusit de statu suo dicens vita mea mors est peto pro deo consilium . Cui licet longa intervenerint verba in summa dixi vade ad sacerdotem prudentem et lava te de preteritis et propone in futurum cessare amalis et liberatus es omnis enim postea timor et anxietas romovebitur ate . fecit hec iste et perseveravit in terra qua ego in bona via per biennium pluries ad me rediens et dicens nullam esse delectationem mundanam quam probaverit vel se posse probare crederet respectu cordis munditie . Stabat iste alacer stabat securus in armis postea probus et venit in gratiam hominum ut in contrario prius erat . Unde potuit amor astatu istius moveri et inducere in utilitatem nostram testum huius regule et testum illum ad quem remicteris supra in eadem regula . Quid autem hodie ille faciat ingnoro sed credo bene remotus enim est apatria ista.

c. 52 b. *O tu qui membra etc* . hec regula .cxxxviiij^{a}. et precedens et sequens deberent scribi in tabulis cordis cuiusque hominis et locuntur omnes de munditia cordis et vide hic quam utilem et quam pulcerimum testum rogo . concordantiam habes in illo testu Si scirem deos ingnoscituros homines quidem ingnoraturos adhuc oderem peccare . supple propter vilitatem peccandi cuius auctoritatis et similium vide notata superius parte prima documento primo . et de vilitate peccati vide supra eadem prima parte documento xxij .

(1) *B* tesoro (2) *B* lacosciença

Digitized by Google

REGULA .CXXXVIIIJ.

Tu che ti lavi le tue membra (1) spesso
per esser netto appresso (2)
come tinvolgi in cotanta laideça (3)
del peccato evileça (4)
che ponian pur che dio tel perdonasse
et hom (5) nolo spregiasse
dovresti sol per bella e netta vita
tener la mente sincera e pulita .

.CXXXIX.

O tu qui membra sepius lavas tua, ut postea mundus adsis, quomodo te involvis in peccati tam despectibilem vilitatem ℭ *Nam posito quod id deus, tibi penitus indulgeret, nec terrenus homo contempneret, ob mundam deberes vitam, tantummodo et honestam, mentem tuam conservare sinceram .*

de abstinendo amalis propter bene vivere vide parte prima et documento quasi omnia . et de lavaturis membrorum vide in libro de moribus et regimine dominarum de quo fit mentio supra in fine prohemij totius libri in testu et parte .xvj^{a}. ipsius libri de moribus et regimine . Sequitur exemplum tale Comitissa de dia quendam suum militem habebat qui totum intentum suum dirigebat ad duo unum erat in se ornare et lavare more feminili et ultra aliud erat in luxuria et pertinentibus ad eam comitissa vero que iam lascivia mundi deseruerat et vacabat deo cum inveniret mane quodam hunc militem iuxta suam cameram se ornare, dissit ad eum huius regule testum . quem considerans miles ab inde in antea multum correctus est et vidi eum postea mirabiliter ordinatum . facit contra tales quod ponitur in de anima libro .x°. ubi dicitur quod rex Septentrionis habebat equam pulcram et peperit equum pulcrum et ille rex voluit extrahere ab illo equo et

(1) *Il ms.* mẽbra *B* membra (2) *B* apresso (3) *B* laydecça (4) *B* pechato evilecça (5) *B* hon

Digitized by Google

REGULA .CXL.

Vo tu aver securança in parlare (1)
con tuo magior e pare
enon temer daccusa (2)
ne bisognar (3) discusa
tien la tua mente elovra
si facta che non curi (4) som la scovra

.CXXXX.

Vis insit tibi securitas, in loquela cum maiori tuo videlicet atque pare (5) ℭ *nec accusationem timebis* ℭ *Nec auxilio excusationis egebis, tene mentem tuam operaque sic facta, ut si ea qui velit discoperiat tu non cures .*

matre aliquem pullum et ingemebatur equum saltare super matrem suam cohoperiendo faciem matris et saltavit ipsam cumque postea discoperiretur facies matris cognovit eam equus et fugit et eiecit se ab alto et mortuus est . Quanta ergo deberet esse in homine sensato discretio cum bruto hec animali reperta est . et multa possent allegari similia que brevitatis gratia ommittantur . Sequitur alia.

Vis insit tibi securitas etc . Super hac .cxl. regula veniunt omnia que notata sunt supra in regula .cxxxviij^{a}. et vide remissiones que fiunt (6) in ea et exemplum quod in ea datur Sed revolve illud exemplum (7) in hunc modum ille de quo dicitur in ipsa regula venit ad te et exposuit tibi statum suum ut ibi dicitur dicens quomodo erat timidus et inter gentes pavidus etc . tu volens ei bonum dare consilium dixisti ei huius regule testum ad eius finem facit illud senece Tunc scito te omnibus cupiditatibus solutum cum eo perveneris ut nichil roges nisi quod palam possis O quanta dementia est hominum turpissima vota diis subsurrent et siquis aurem admoverit conticescent et quod scire homines nolunt deum petunt Tu vero sic vive cum homini-

(1) *B* sicurança imparlare (2) *B* dacchusa (3) *B* bisongnar (4) *B* churi
(5) *Corretto da* pari (6) *Π ms.* fiumt (7) *Π ms.* exeplum

Digitized by Google

REGULA .CXLJ.

Non lauda di pieta sua donna alchuno
ne anco lei amorosa chiamando
se nol fa dimostrando
in queste lode limite securo
che viço non si puo gia dicer puro .

.CXLI.

Non laudat aliquis dominam de pietate . ℭ Nec illam similiter amorosam vocando . ℭ Nisi faciat in hiis illud, securum limitem hostendendo . ℭ Cum purum nequeat vitium, appellari .

bus tanquam videat deus cum deo tanquam audiant homines Sequitur alia . que talis est.

Non laudat etc . hec .cxlj^{a}. lictera introducta est propter quosdam amantes qui alienas amant mulieres et faciunt cantiones de illis laudando suo iudicio eas de pietate et curialitate . Isti melius non possent publicare quod tales domine sint illis faciles ad petita debent ergo ut dicit regula sivolunt eas de huiusmodi collaudare dicere quod sint pie et curiales in licitis et honestis per aliquem modum . ita etiam e contrario converte regulam sequentem (1) et dic quod siquis desiderans inveniens domine dicendo eam crudelem circa hoc laudat eam . Sed circa alia de (2) crudelitate aliqua non laudatur . Unde cauti viri cantant talem crudelitatem per quam non sint eis faciles de dominabus eorum . Ego semel volens super hiis comendare et non vituperare in quadam distesa que incipit da chui gratia et honor e lalma tegno etc . dixi in duabus voltis hunc testum pieta non vidi ma credo in voi sia non per tor pena mia ma per averla cola dove usare disonestare non puo chiamar alchun (3) ne dir follia. Ne vidi voi damor temer la força ne disamar chi sforça lui seguitar esua potença dire ma cio gradire over seguir cortesia vene sforça . Exempla multa de hiis vide infra in parte penultima in testu et glosa . Sequitur alia que expedita est.

(1) *Il ms.* sequente (2) de *è aggiunto sopra.* (3) alchun *è ripetuto.*

Digitized by Google

REGULA .CXLIJ.

Non blasma donna chi crudel la dice
sedela crudelta intende chave
inver di lui (1) che contra lei vorrave .

c. 52 b. REGULA .CXLIIJ.

Vedian lo lin per lontane ovre in drappi (2)
onde vo che tu sappi
chalchun (3) non e di tanto grosso ingegno (4)
che per lectura non pervegna al segno (5)

.CXLIJ.

Non arguit dominam qui crudelem hanc dicit, si de crudelitate intelligit, qua hec utitur erga illum, qui quicquam desiderat contra eam .

c. 52 b. .CXLIIJ.

Videmus ob opera linum longissima in vestimenta transferri . ℂ Quare te scire decet, quod in tantum crossi ingenij, non est quisquam, qui ad signum non perveniat ex lectura .

Non arguit etc . Super hac .cxlij^a. regula non venit alia glosa quoniam in proxime precedenti est totaliter expedita vide ibi.

c. 52 c. *Videmus etc .* Cum principio huius .cxliij^a. regule vide illam auctoritatem linum per multas tensiones transit etc. (6) . ad secundam huius regule par-

(1) *B* luj (2) *In B* ovre *è omesso.* (3) *B* chalcun (4) *B* ingengno
(5) *B* lettura non pervengna alsengno (6) *Lacuna nel testo di circa quattro centimetri.*

Digitized by Google

REGULA .CXLIIIJ.

Libri non chera scolaro apparenti
quanto sufficienti
che drappi cari (1) poco
anno in asio piu loco
et esser bella scritta (2) la sciença
non cresce fama sela mente e sença

.CXLIIIJ.

Libros in tantum aliquis, scolaris non appetat apparentes, quin de sufficientia magis curet ℭ Nam maiori commodo, vestibus utimur minus caris ℭ Et scriptam esse scientiam apparenter, non ideo famam auget, si eadem aliquis mente caret .

tem vide de penitentia distinctione .ij^a^. hec que de caritate et continua illud hec que de caritate dicuntur de perfecta intelligi possunt que semel habita nunquam amictitur Exordia vero caritatis enutriuntur ut crescant et conculcantur ut deficiant Nemo enim repente fit summus sed in bona conservatione que sine caritate nulla est a minimis quisque inquohat ut ad magna perveniat Sunt itaque gradus non solum inter virtutem et virtutem sed etiam in eadem virtute . facit etiam ad istam regulam regula supra . eodem documento numero .cxxx. Sequitur exemplum . Cum intrasset quidam ad audiendum iura videbatur ei in nullo proficere plorabat quoque cum sotiis et desperare de ipsa scientia videbatur tanta tamen aviditate desiderabat eandem quod die noctuque studere ultra debitum nitebatur Visitavit eum ad cameram doctor eius et invenit eum quasi plorantem et dixit ei quid hoc est cum iam doctor de moribus eius informatus esset asotiis Ille autem respondit ego nescio quid hoc sit quod ego non possum proficere in unica lectione . Sotij qui aderant confortabant eum variis argumentis adducentes exemplum quod legitur de Aristotile (3) quem studium

(1) *B* chari (2) *B* scripta (3) *Il ms.* Aristolem

Digitized by Google

REGULA .CXLV.

Lo fico sença flor ci porge il fructo (1)
larancio aulisce tutto
davanti al pome suo

.CXLV.

Ficus nobis, absque floribus fructum parat
℄ *Redolet totus aranceus, ante pomum ipsius*
℄ *Tuus bonus amicus, sine verbis floridis, confert*

fecit tanti ingenij et phylosophie superheminentis virum et multa alia dicentes tu habes cor et membra et sensibilitatem et discretionem sicut alia et quomodo credis posse deficere quin discas tempera te ad studium et paulatim crescens nam etiam assiduitas nimia te offendit post multa dicta dixit ad eum doctor huius (2) regule testum . et ille confortatus est et ego postea vidi hunc virum de melioribus scolaribus studij paduani . Sequitur alia regula.

Libros etc . Ad istam .cxliiij. regulam habes supra similia ibi ubi de gestibus servandis in scolis ascolaribus traditur in testu et glosa parte prima documento .xxiiij. . videas ibi *vestibus etc* . ecce bonum exemplum ad precedentia sine dubio sit dives quantum velit non utetur tanta fiducia nobilibus pannis ut aliis . ergo vestibus ad eorum incommoda ligabuntur . Sic et de libris est nam qui habet carissimos libros nec iacere cum eis nec super eis notare aliqua audet ut plurimum deletteris ergo in mediocriter pulcris et bene correctis et de utili lictera quia ut sequitur in testu nil relevat habere libros homini scientia carenti . immo est quedam infamia volenti pulcros libros et non studenti exemplum est breve. Misit pater filium ad studium legale cum decentibus libris et quos ipse manu sua correxerat . cum ille esset Aurelianis in studio vidit aliquos habere pulcriores quadam invidia motus ignorans quod nulli invidet vir bonus scripsit ad patrem quod non studeret nisi libros micteret pulcriores . Tunc ei pater rescripsit huius regule testum . su-

(1) *B* ilfrutto (2) doctor huius *ripetuto nel ms. senza cancellatura.*

Digitized by Google

lo buono amico tuo
senza florir di parole fa dono
deglialtri (1) molti sono
che prima lodan la cosa che danno

donum ℭ *Ex aliis sunt quamplures qui tantum rem quam donaverint, primo laudant, quod eius ob*

biungens cave ne propter tales petitiones apud bonos invidus dicaris nosti enim Aristotilem (2) dicere thopicorum primo Invidus est qui tristatur in bonorum prosperitatibus . Sequitur alia.

Ficus etc . huius .cxlv°. regule habes in testu et glosa plurima exempla et similitudines supra in parte prima in documento super hiis specialiter contra tales loquente Vide illud si placet . et hic nota modum pulcrum loquendi per similitudinem inferius singula singulis reddendo . *ficus etc* . *aranceus etc* . huiusmodi plantas dicitur in polliticis animalium gratia esse et que animalia hominum gratia domestica quidem et propter usum et propter cibum Silvestria autem quamvis non alia omnia (3) tamen (4) cibi et alterius auxilij gratia ut vestis organa fiant ex hiis Et in de vegetabilibus et plantis terra mater est plantarum et sol pater planta tres habet vires primam ex genere terre secundam ex genere aque et tertiam egenere ignis Exemplum habes breve Petebas a Martinum sellam unam equestrem ipse cepit totus mutari in facie propter avaritiam suam et cepit eam commendare faciens ab uno latere et procedens ultra tu sepius dicebas vera sunt hec dona eam michi et ipse non respondebat nisi cum laudibus tenuit te per totum diem in verbis sero donavit eam tibi . tu illam ad domum tuam remisisti per famulum . iste tecum exivit extra et te presente dixit in populo vidistis sellam meam portari per famulum (5) dixerunt illi utique dixit iste donans ego donavi eam huic viro erat ibi quidam prudens volvit se ad populum ed dixit ad eos testum huius regule Rixerunt omnes contra donantem huiusmodi murmurantes . Sequitur alia.

---

(1) *B* del glialtri (2) *Il ms.* Aristotile (3) *Parola d' incerta lettura.*
(4) *Lacuna nel testo.* (5) *Il ms.* fafamulum

Digitized by Google

tanto chela ti fanno
comprar et ancor poi
voglion (1) chel (2) saccian tutti y vicin suoi (3) .

hoc faciant, te emptorem ℭ *Et quod peius est satis, hoc volunt a suis sciri singulis convicinis .*

c. 52 d. *Equum etc* . ista .cxlvj^{a}. regula loquitur de extremis sollicitorum scilicet de tardis et pigris et de nimium currentibus in rebus ultimos peiores extimans primos lignis idest rei insensibili comparans de pigris et solicitis habes supra parte prima documento .xxij^{o}. in magnis glosis de istis festinantibus et currentibus vide supra . eodem documento in regula .cxxviiij. et sequentem . et in remissionibus que ibi fiunt . Videas ergo tu in hac regula exemplum . quod est tale . duos filios habuit Americus de Vaysone civitas est in comitatu Veynesino unus rumorum tempore cum tanta tarditate se armabat et succurrebat vicinis ut ante adventum eius essent semper male vel bene omnia expedita . Secundus erat ita currens ut eodem tempore sepius sine armis traheret et aliquando super equo non sellato . Inimici eorum cognoscentes horum mores posuerunt insidias que post rumorem exirent ad tardum et ipsi a longe rumorem fecerunt Ad quem rumorem sine sotiis cum una tantum lancea traxit currens et captus est ab illis traxerunt omnes de villa post illos per longum tractum ut recuperarent illum currentem tardus autem filius post omnes solus quia omnes traxerant veniebat . exiverunt itaque insidie super eum quem illi qui iam longe iverant iuvare nequiverunt et captus est iste cives vero et populus terre audientes retro rumorem et de civitatis proditione timentes retrocesserunt ille autem insidie per aliam viam secesserunt et capti propterea sunt hij duo quorum capture festinantia primi si bene consideres causa extitit specialis Redeuntibus civibus in villam et de danno dolentibus dixit pater illorum duorum in populo qui antiquus erat et viderat multa huius regule testum . Sequitur alia.

Unguenta etc . hec regula .cxlvij^{a}. loquitur contra adulatores de quibus plenius dictum est superius parte

(1) *B* volglon (2) voglion chel *su rasura.* (3) *B* ivicin suoj

Digitized by Google

REGULA .CXLVJ.

Cavallo ovisto sença spron non gire
e gente assai seguire
la sua costuma in lor et altrui (1) danno
costor non si diranno
homini che son veramente (2) legni (3)
peggior son quey che tracorron li segni (4) .

.CXLVI.

Equum vidi pluries, sine calcaribus ire nolle ℂ Multamque sequi ad eorum incommodum et etiam alienum, huiusmodi morem gentem . ℂ Hij quidem homines, non dicentur, cum sint verius ipsi ligna ℂ Qui vero signa, transgrediuntur improvide, sunt peiores .

prima documento decimo . *Unguenta* . Si vis de hiis vade ad cirugicos et nota quod blanditias et adulationes comparavit uctionibus veniunt enim ad te et dicunt de te tibi mirabilia bona et pro maiori parte non vera et se fingunt ad aliam venisse causam et cum te longe laudaverint fingunt se de novo recordari de aliqua indigentia eorum fundantes malitiam suam super aliquo dicto tuo et de inde concludunt et petunt donum . Aut dicentes se die vel septima sequenti reddituros te requirunt de mutuo . contra istos merito venit hec regula . veniebant duo semel ob istam causam ad amicum unum quem vidi et cum cepissent alaudibus et adulationibus dixit ille obmictamus ista quid vultis ad quid intenditis bene scio quod ad hoc solum non venistis et quod hec que de me dicitis non sunt vera illi verecundati qui venerunt ut peterent libros eius ad pignora recesserunt dicentes certe non venimus ad alia nisi ut potemus vobiscum fecit ille portari vinum et liberatus est via ista . hij postmodum exeuntes ad alios qui sciebant iter et causam interrogati si libros haberent dixerunt librorum loco reportavimus verecundiam magnam et merito sequitur alia.

(1) *B* altruj (2) *B* veracemente *col* ce *espunto*. (3) *B* lengni (4) *B* lisengnj

Digitized by Google

REGULA .CXLVIJ.

Unguenti son di diverse maniere
ma nullo a inse pericoli tanti
quanto quel de procanti
onde ti guarda da quel chel suo dire
conincia dal pulire
prima ti lauda con ficta semblança
poi ti richiede di dono oprestança .

.CXLVIJ.

Unguenta varios, habentia sunt effectus ℂ *In se tamen ullum, pericula tot non habet, quot illud proveniens ex procantis* ℂ *Ab illo tibi propterea est cavendum, qui suum inquohat a linire sermonem .* ℂ *Primo te quippe, cum apparentia ficta laudat . Denique idem ipse, de dono vel mutuo te requirit .*

c. 53 a. *Nullus etc* (1) . ista regula porrigitur ad illos qui vel dicunt se non posse deo servire vel virtuti aut scientie inherere . et probatur regula per exemplum divinum . huius regule remissiones et similitudines allegatas habes supra eodem documento in regula .cx. (2) et tractatur de hoc superius parte prima documento primo et parte hac documento primo quasi per totum et si bene loquamur facit ad hoc presens quasi pars tota . Ita et etiam ubicumque in libro tibi dicitur qualiter potes virtutibus inherere et avitiis abstinere dicas huius regule similitudinem fore . et expone illam licteram dominabus que est circa finem hoc modo dominabus idest virtutibus de quibus libro isto tractatur . et nota quod ponit exemplum de fructibus qui immaturi confectantur ingenio ut de nucibus olivis atque similibus de quibus forsitan longus esset sermo qui posset de talibus recitari . sed unam confectionem non obmicto quam sibi soli dominus reservavit et

(1) *Nel ms. non è sottolineato.* (2) . cx . *aggiunto sopra.*

Digitized by Google

REGULA .CXLVIIJ. c. 53 a.

Nullo si trova fructo (1) tanto amaro
che ingegno (2) et arte caro
dolce e suave nol faccia venire
cosi fal nostro sire
amor del luomo che vil e viçioso
quandol vede bramoso
di servir se tostanamente il veste
con quelle donne che si vanno honeste .

.CXLVIIJ. c. 53 a.

Nullus fructus (3) *adeo reperitur amarus, quem ingenium et ars carum, dulcem pariter et suavem, non faciat evenire .* ℂ *Sic itaque dominus noster amor, de vili homine, facit, et vitioso .* ℂ *Nam cum eum viderit, servire sibi, protinus affectantem, hunc cum illis, cito induit dominabus, que honeste taliter gradiuntur .*

scire voluit spetiales, piri scilicet panis et casei commixtorum et sit hoc pro novo solatij vice ista.

Facit etc . ista regula tres habet partes prima contra avarum usque ad .℣. sapiens secunda pro sapiente a dicto .℣. usque ad .℣. cum deo tertia pro summe sapiente usque in finem . ℂ Prime autem partis similitudines habes notatas supra eodem documento in regula .cxv^{a}. Secunde vero infra in .vij^{a}. parte prudentie in principio in testu et glosa et quasi per totam . et supra . in parte ista industrie documento primo in magna glosa de modis studenti Tertie quoque partis tolle similitudines in testu et glosa supra eodem documento in regula prima . et expone infra in ista tertia particula ibi *meum* scilicet amoris qui loquitur.

(1) *B* frutto (2) *B* ingengno (3) *Segue un altro* fructus *espunto.*

Digitized by Google

REGULA .CXLVIIIJ.

Face lavaro ogni (1) giorno ragione
quanto in cassa (2) ripone
ma il savio cerca davanti al dormire
seglia (3) di novo impreso alchun (4) bel dire
et ancor spesso fa ragion con dio
che questo e principal consiglio (5) mio

.CXLVIIIJ.

Facit avarus die qualibet rationem, quantum ab eo recondatur in capsa . ℭ *Sapiens quidem ante quam dormiat, si de novo didicerit pulcrum aliquod dictum, querit .* ℭ *Cum deo etiam facit sepius* (6) *rationem, quod est meum consilium principale .*

Cum me . Ista regula est conclusio ad totum documentum . et potes dicere quod est conclusio ad totum statum nostrum et potes dicere quod est conclusio ad totum librum . primo propter efficaciam verborum secundo quia cum amor iam promulgaverit totum librum ut supra de promulgatione in principio primi prohemij habuisti et centum .xlviiij. regulas fabricasset supervenit nuntius qui multos fideles perditos recitavit et flevit spiritus amoris super eos et denique post latum gemitum hanc regulam ultimam publicavit . cui regule si non credis vide que dicuntur latissime in ecclesiasten circa principium . Et vide testum et notata superius eodem documento regula secunda . Similitudines autem ad .ℨ. Itaque infra eadem regula habes supra parte prima documento .xij°. in magna glosa et ibi de mortis timore et mortis figuram habes . de potentia vero dei de qua hic fit mentio habes supra (7) plenissime in glosis prohemij libri huius et de elementis de quibus etiam hic fit mentio habes infra parte

(1) *B* ongni (2) *B* chasa (3) *B* selglia (4) *B* alcun (5) *B* consilglio (6) *Segue* ratio *non cancellato.* (7) *Segue* fit *cancellato.*

Digitized by Google

REGULA .CL^a. ET ULTIMA.

Com piu mi giro erimiro dattorno
al punto final torno
che non e cosa terrena pensata
lecta audita o trovata
che non sia sol affliction di mente
humana epiu quantelle piu sacciente
siche tornar ci convien al pensero
dolce ma non leggero
dandar per quel cammin cha comandato
colui (1) cha glielementi (2) el ciel formato .

.CL.

Cum me giro amplius, et in circulum me, revolvo, ad finale puntum convertor . quod non est res, excogitata terrena, lecta oculis, audita auribus, inventa, que sola non sit humane mentis affictio . ℂ *Tantoque amplior, atque maior, quanto industrior est mens illa .* ℂ *Itaque corda nostra, nos decet, in illud convertere cogitamen, dulce siquidem sed non leve, ut per illam videlicet semitam, incedamus, quam is qui celum, et elementa constituit, imperavit .*

ultima in illo magno de elementis tractatu . Et pro deo istam finalem regulam totius status nostri illuminatricem inspice perlegas et consideres diligenter Et sis quis velis et agas quod velis et considera te ipsum homo in fine rerum seu in fine dierum (3) tuorum et tempora per particulas dividens in fine particularum invenies eam ut evangelium continere probatissimam veritatem de quo etiam habes similitudinem infra in .x^a. innocentie parte per totam . Sequitur aliud documentum.

(1) *B* coluj (2) *B* glielimenti (3) *Segue* ito *cancellato.*

Digitized by Google

FINITO TRACTATU DE REGULIS AMORIS INCIPIT NUNC .VJ. DOCUMENTUM DE MOTTIS OBSCURIS AMORIS SUB EADEM PARTE INDUSTRIE .

Come le regule (1) danno intramento
in ogni insegnamento (2)
cosi convien ancor noi per intrare
certi mottetti usare

.VI.

Velut dant regule, in quodque introitum documentum, sic convenit adhuc nobis, ad habendum ingressum, certis uti mottettis, que ab illis nolumus personis intelligi, que pro tempore sunt

c. 53 b. *Velut dant regule* documentum istud sextum et ultimum partis huius industrie qui videret solummodo in vulgari forsitan miraretur . et in nullo vel modico proficeret super eo . qui etiam in latino videret, opus hoc laudare similiter forsitan non curaret . ea potissime ratione quia que in ipso dicuntur, sunt pro maiori parte in partibus aliis libri dicta . licet per modum alium promulgata . et forte clarius et utilius quam hoc loco . Quam obrem glosas istas de intentione amoris ab industria cui hec pars subditur plenius informatus, circumponere procuravi . per quas utilitatem maximam ex eodem poteris reportare . ℭ Adducam siquidem primo motus rationes et causas, eis que in testu sunt primitus esplicatis . ℭ Secundo sumpta propterea inde causa, multos inveniendi modos propter Iuvenes qui ad hoc anelant et nesciunt reserabo (3) . ℭ Tertio descendens ad licteram illam ubi obscura fuerit explicabo . et casum ponens in mottetto quolibet ut facilius Iuvenes instruantur in eis, ea que in hoc documento dicuntur auctoritatibus non probabo . cum suficiat hoc servasse in singulis locis libri . nec multum referant ad hec ille . Quarto et ultimo quia mottettis explicitis documentum istud ad loquendum de sequenti domina con-

(1) *B* leregole (2) *B* ongni insengnamento (3) reserabo *su rasura.*

Digitized by Google

li quagli intesi non volian che sieno
da quey che con noi eno
ose dalchun daglialtri (1) non talora
si chesto amor honora ‖

nobiscum . ℂ Vel si ab aliquo, tamen ab aliis non quandoque . ℂ Quam ob rem amor iste, de illis honorat . finem presentialiter partis huius . ‖

stantia se convertit, super testu illo quedam tibi valde delectabilia propinabo . si tantus et talis fueris quod intrare valeant capud tuum . Ad primum igitur redeamus . scilicet quare amor fuerit ad hec motus . et singulas rationes et causas assignatis per eum in testu, ante omnia enervatis, ut superius dictum est . Dicit amor in isto primordio quod sicut regule dant in omne documentum introitum, sic etiam expedit ad ingressum, certorum usum habere mottorum, cum voluerimus ab astantibus non intelligi vel si ab aliquibus non ab omnibus qui nobiscum existunt . unde ipse honoravit hunc librum mottettis istis copertis, obscuris, pulcris, et duplicibus aliquando ut patet inferius et ex glosis . quare (2) siquis bene perpenderet lictera satis ista sufficeret . Sed domina industria, ad quam pertinet officium partis huius, tibi clarius ambulabit . Unde dic quod causa quare aliquando nolumus ab astantibus intelligi potest esse cum aliquis non laudandum laudat in publico vel econtra laudandum vituperat . tuque interrogatus vel ate motus respondens times illis omnibus displicere . nec vis averitate diverti . loquere tunc coperte per modum duplicem vel methaphoricum seu alium de quibus habes infra eodem documento per totum . ubi varie similitudines tibi dantur . quod autem velis ab aliquo et non ab aliis intelligi potest contingere, cum ibi sunt aliqui de quibus confidis . quo casu formabis ista mottetta super aliquibus inter te et tales confidentes hactenus agitatis . Aliquando etiam occurit quod aliquis in publico per indirectum te tangit . cui si respondeas aliquando te accusas . si omnino taceas confiteri aliquando videreris . quo casu convertens te ad alios coperte loquaris ut de hiis omnibus habebis exempla inferius eodem documento per totum . sed attende quod ea prius quam emictas foris in corde pluries revolvas et limes . ut di-

(1) *B* dalcun dalglialtri (2) quare *su rasura.*

Digitized by Google

c. 53 b. la fine desta parte ora di quegli (1)
coverti oscuri e begli (2)
e doppij alquanti come chiaramente
chi porra ben la mente

c. 53 b. *clausis scilicet et oscuris et pulcris duplicibus etiam aliquot veluti clare, qui cum mente posuerit intellectum, ad glosas circumpositas intuendas, poterit ex*

citur tibi supra parte prima documento .vj". circa finem . et qui nescit eos facere rimatos prosaicos fabricabit licteraliter vel vulgariter ut loca exigunt tempora et persone . Sed hic queritur quare amor non sic in latino ut vulgari promulgavit predicta . Respondeo quia si utrumque fuisset obscurum ea intelligere non possemus . unde ipse comuniorem utilitatem respiciens et actendens contentiones tales ut plurimum esse vulgares disputationes autem licterales, cuilibet adsistenti dedit summere ideoma suum et qui latinum voluit explicativum et expositivum recepit . ea similiter ratione, quia facilius licterati sumpto ex hoc vulgari exemplo, licterales poterunt fabricare . quam inlicterati alatino . quod penitus ingnorant . Sed nunquid potuissent ita componi de facili in latino, dic quod sic et melius . iuxta illud . In[terficere] (3) reginam bonum est nolite timere . Et illud Aio vos posse vincere romanos et similia et pro maiori parte scripta Merlini et Sibillarum . Sed quero quare amor de istis non fabricavit numero plura . dic quod per ista quasi capere poteris omnem modum . sicut ex diversis..... (4) ipsorum infra latius apparebit . Item quare de istis materiis et non de aliis contesta fuerunt [respon]deo quia licet alia possint occurrere (5), ista tamen sepius occurrisse videntur . ¶ [Sequitur de secundo quo]modo pertractari scilicet de variis inven[iendi mo]dis . Unde pone hic ocul[um in q...] (6) tue[... qui for]san in talibus delectaris . Et nota quod generalitate obmissa que (7) de com[pleto numero] subiungitur ¶ Undecim modi sunt inter antiquos et novos in usu ¶ [et tres] alij [subrepserunt] de

(1) *B* quelgli (2) *B* ebelgli (3) *Pongo fra parentesi quadra i ritocchi di mano secentesca; la copia ha pure* interficere (4) *Parola illeggibile; la copia*: partis . (5) *Il ms.* occurre *senza segno d'abbreviazione.* (6) *La copia*: oculum in quo intueris forsan ea in quibus delectaris . (7) *Aggiunto sopra.*

Digitized by Google

elo intellecto (1) ale chiose vedere
pora di lor honor e fructo (2) avere
ne mova alchun (3) adir chamor cia detto
che non intende di donne parlare

cisdem, fructum consequi et honorem ℂ *Nec moveat aliquem ad dicendum, quod se non intendere dixerit nobis amor in hoc tractatu suo de dominabus*

[novo qui] nondum [obtinent] cursum [plene] . ℂ duo alij in desue[tudinem abierunt . De] quibus [omnibus per ordinem videmus (4) ut super eis] noviter [dirigantur adversus hic tamen quod hoc loco totum] et inventionibus..... (5) [quibus tractat] glosa . ad [illos igitur redeamus qui sunt] ‖ presen- c. 53 c.
tialiter inter nostros in usu . ℂ Super quibus ut securius transeamus primo de vitiis est notandum . Unde dic quod .xviij. vitia in inveniendo vitantur aprobis . primum est sillabarum falsarum et hoc novitios multos tangit . que licet invicem sibi conrespondeant numero, sonitu attamen non se habent ad cursum . et quare hoc tangit novitios dico tibi . quia nesciunt suas componere cantiones nisi silabis numeratis . quod in aliis non ita contigit, qui non ad numerum sed ad sonitum rimant . ℂ Secundum completio inexpedientium silabarum . ut cum brevitatis causa etiam per prosam solet de aliqua minui dictione tu addis ut habeas rimam tuam . quod vitium est . eo quod qui proferunt more solito detrahentes, defectivum relinquunt . ℂ Tertium addere ultra sententiam vel infra, rimarum habendarum gratia . quod magis vitium est comune . ℂ Quartum non continuare . ℂ Quintum non concludere . ℂ Sextum ante concludere quam tua prolatio compleatur . ℂ vij^{um} . uti dictis . quod in compilandis libris vel dictamine non procedit . ℂ viij. eisdem dictionibus uti sepe . ℂ viiij Iatis uti . ℂ x . Similitudinibus finium ad initia dictionum . que duo cum commode vitari nequeunt excusantur in puntis . ℂ .xj. rimam aliquam dimictere solam . quod in principio aliquando non vitatur . ℂ xij . non saltem

(1) *B* intelletto (2) *B* efrutto (3) *B* alcun (4) *Così sembra; ma la copia ha* videbimus (5) et inventionibus *è assai poco chiaro; il copista dell' Ubaldini interpreta* ex tenoribus modorum occupat de*; ma è troppo poco lo spazio per contener tutto questo, e la maggior parte della ricostruzione è immaginaria.*

Digitized by Google

in questo suo tractare (1)
cha sol per lor unaltro libro electo (2)
pero che nele regule atoccato (3)
et in questo tractato (4)

eloquium promulgare . cum librum solummodo elegerit alium pro eisdem ¶ quoniam in regulis iam tractavit, intendit etiam et tractare, de domi-

in tribus licteris cum intervenit consonans concordare, vel in duabus cum simul sunt consonantibus in fine rimarum ¶ .xiij. incohatum ordinem non servare . ¶ .xiiij. ob habendas rimas, vulgare inducere minus aptum . ¶ xv . obscurare levia . et in altis deficere . ¶ .xvj. vituperare laudanda . ¶ xvij . se iactare in dictis . ¶ .xviij. alios contempnere in dictis . et hec .xviij. principalia notata (5) sufficiant quibusdam aliis non descriptis . et ad propositum redeuntes ¶ dic quod ¶ unus modus inveniendi est cantionis extense ¶ .ij. ballate . ¶ tertius sonitij . ¶ .iiij. serventesis ¶ .v. gobularum ¶ .vj. discordij . ¶ .vij. concordj . ¶ .viij. contentionum ¶ .viiij. libratici . ¶ .x. prosajcj . ¶ et .xj. voluntarij ¶ Illorum autem qui de novo emergunt primus est collationum ¶ secundus Piccinacorum . ¶ et tertius Cursorum . ¶ Qui vero in desuetudinem habierunt . sunt hij primus lamentatio quo ad nomen . ¶ et secundus consonium . ¶ priorum autem modorum diverse sunt species . nam cantionum extensarum, dum modo fiant similes primi pedes et postea sibi similes due volte tot sunt modi, quot subtilis homo sciverit commutare . de similitudine autem intelligas, ut sub eisdem vocibus concurrant ad cantum . posses etiam facere plures pedes et voltas . habet etiam cantio que in fine ponitur huius libri quoddam additum post voltas quod egeret alio per se sono . Istud addere et mutare non est novorum (6) sed sequi ¶ ballate vero dummodo responsum concordet cum volta et duo pedes invicem vel tres quod raro fit nisi sint multum breves sufficit . ¶ Sonitiorum alij (7) simplices alij catenati . alii duplices (8) . ¶ primi de medio ad medium habent rimas concordes per ordinem . ¶ secundi concordantem finem pedis cum fine me-

(1) *B* trattare (2) *B* eletto (3) *B* atocchato (4) *B* trattato (5) ta *finale è aggiunto sopra.* (6) *Il ms.* novovorum *col primo* vo *espunto.* (7) alij *è ripetuto nel ms.; ma la prima volta è espunto.* (8) catenati *e* duplices *su rasura.*

Digitized by Google

ancor toccar (1) intende
di donne cio che sol alluom (2) sistende
como collor et an dilor parlando
dove savien con chui e come e quando .

nabus huiusmodi, quicquid solum, ad hominem noscitur pertinere ℭ *utpote de illis et etiam cum illis, dirigendo sermonem, ubi, cum quibus, quomodo, et similiter quando decet .*

dij . ℭ Tertij habent in pedis medio vel in fine .v. vel .vij. silabas plures . ℭ omnes . iiij.^{or} pedum sunt (3) et .ij. mutarum . que tertia sunt parte maiores scilicet utraque . ℭ Serventese aprobis expiravit . et si vis scire, cecos audi . ℭ gobula . est aliqua brevis oratio circumthonsa et rimata . nec brevi vel longo ordine limitata . ℭ Discordium est contentio inter duos, similibus vel diversis concursibus rimarum, tamen serie trattis et utraque parte per unum . ℭ Concordium est contrarius intentione modus loquendi, et rimis idem . ℭ contentio est super similibus inter duos . de quibuscumque similis ordo . et ista tria versiculorum numero non ligantur . ℭ libraticum est per quod diversis modis liber componitur sub certis limitibus atque rimis . ℭ prosaicum est cursivum vulgare in vulgaribus licteris seu libris . ℭ voluntarium est rudium inordinatum concinium . ut matricale et similia . ℭ Secundorum autem qui de novo venerunt dic quod ℭ collatio est trium vel plurium personarum concurrens locutio ‖ in diversis vocibus, similes similibus partes habens . et completis personis ad circulum se revolvens . ℭ Piccinacum est sonitium .vij. silabis, sui medio pede sitis . ad .xj. complementi, hoc idem in mutis obtinens . quo ad tertiam partem mute . ℭ Cursor est .xxx. pedum et .v. capitum sonitium pedes portans . ad consequentiam gobularum . ℭ Duorum vero qui in desuetudinem habierunt ℭ lamentatio dicebatur omne doloris concinium . hodie si ponitur lamentatio in cantione vel aliis perdit nomen . ℭ Consonium antiquitus dicebatur omnis inventio verborum que super aliquo caribo, nota, stampita, vel similibus componebantur, precompositis sonis . hodie verba talia nomen soni vel sonum fabricantis secuntur . ℭ Ritornelli autem et multa alia que sunt partes a partibus vel

c. 53 d.

(1) *B* tocchar (2) *B* alluon (3) sunt *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

MOTTETTUM PRIMUM

Ognun che parla non parla ma tace
ciascun che dorme in pace (1)
vita fa mala et doctrina (2) verace .

PRIMUM

Omnis qui loquitur, non loquitur ¶ *sed tacet omnis qui in pace dormiens, vitam malam peragit, doctrinamque veracem .*

non digne relatu etiam hoc opere non subduntur si autem eorum que in usu sunt exempla volueris et doctrinam, vade infra in partem prudentie documento Nono . ibi ubi tractatur de ponenda scripta cum domina in capsa . cum ponitur in mare . et ibi glosam habes . Nos vero ad propositum redeamus . Tertium prosequentes .

Omnis qui loquitur . hoc intellige proprie . set (3) quod male loquatur . *non loquitur* verum dicit si male loquitur sed tacet . quasi notet vitium in tacendo quod dic ut dicetur in huius motti casu . *omnis* dic et subaudi maxime *qui in pace etc* . iste potissime deberet niti ad opera talia qualem decet eum proferre doctrinam . ¶ Vide casum seu exemplum . Quidam in divitiis suis pacem habebat . preerat multis . inhoneste vivebat . semel ille subditis bona verba predicabat, presente quodam extraneo, qui vitam non ingnorabat ipsius . sermone completo, revolvit extraneus se ad sotium qui illum similiter cognoscebat et audientibus omnibus dixit hoc mottum . omnis etc . quod tam in vulgari quam latino satis procedit . Sequitur aliud secundum sed frater dic michi quare non exposuisti tu totam licteram precedentem . dico tibi . homo sum et non recordabar . quare redeas supra ibi *ad glosas circumpositas etc* . per hoc et per simile ubicumque idem dicitur in testu per totum librum, dic quod amor iste cui nota sunt omnia, prius quam fiant, bene previderat quod ego debebam facere glosas istas . propter quod ex ipsius

(1) *B* impace (2) *B* dottrina (3) *Non chiaro; par corretto in* sit *e forse è da leggere* si

Digitized by Google

.IJ.

Ogni saetta non vede chi vede
ma chi sançocchi (1) siede
la trahe dila donde vita procede .

.IIJ.

Piange talora chi rider dovria
ride chi piangeria
tal acompagno (2) che sol va per via

.IJ.

Omnem sagittam, qui videt non videt ℭ *Sed qui sedet sine oculis, inde unde vita procedere dicitur trahit illam .*

.IIJ.

Plorat aliquando qui ridere deberet ℭ *Qui ploraret ridet* ℭ *Talis habet sotium qui per semitam vadit solus .*

inspiratione provenire potius quam mea industria presummuntur . *librum* de quo fit mentio supra in prohemio circa finem scilicet de moribus dominarum . *ad hominem noscitur etc* expedit enim sepe inter homines et homines de dominabus et etiam cum dominabus tractatur unde bene dicit lictera sequens usque in huius prohemij finem que clara est . ad materiam revertamur .

Omnem sagittam etc . hunc primum propositum ita construe ille qui videt non videt omnem sagittam idest non omnis qui habet oculos ad videndum recte inspicit (3) in pericula mundi vel recte inspicit quid agendum . *Sed qui etc.* istum .ꝫ. ita construe . Sed qui sedet idest considerat sine oculis subaudi etiam . quasi dicat etiam si non videat oculis corporalibus *trahit illam* idest considerantiam seu

(1) *B* sançochi (2) *B* acompangno (3) *Il ms.* inspici

Digitized by Google

.IIIJ.

Ogni (1) sottil parladura sintende
per che luom (2) non vattende
e negligença o vilta che contende (3)

previdentiam unde mea procedere dicitur idest acorde . Modo pone exemplum hoc modo . Quidam perdiderat civi-
c. 54 a. tatem erat inter plures || qui eum de mala providentia arguebant Respondit ille certe non erat dies qua ego non irem per totam civitatem videndo eam et gentes . in ea . Voluisti dicere illi quod hoc non suficiebat sed alonge providere et considerare sepius et sedere super statu eius et quia hoc coperte dicere voluisti dixisti ut in lictera testus iacet .

Plorat etc . hoc habet tres partes in quibus poni possunt tria exempla expone primo licteram ponendo exemplum quidam (4) conquerebatur de fortuna sua indigne dixisti ei licteram prime partis quod plorat cum deberet ridere Vade ad secundam partem quidam qui magnam habebat doloris materiam coperiebat inter gentes statum suum et congaudebat eis dixisti sibi qui ploraret idest qui causam haberet plorandi ridet . Vade ad tertiam partem vadit quidam bonus per viam cum malo sotio vel cum malis sotiis qui vel apparentia vel numero videntur illi facere magnam sotietatem dicit quidam a quam bene sotiatus est ille tu qui cognoscis sotios vis coperte respondere veritatem *talis habet sotium* (5) suple malum *qui per semitam vadit solus* . (5) quia solus est qui male sotiatus est Vel dicas quidam habens sotium non loquitur cum eo sed per viam cogitat de statu suo tu dicis ei a quam bene sotiatus es ille Respondet ut in testu .

Omnis etc . in hoc vide exemplum insimul cum expositione quidam negligebant lectionem dicentes ita fore subtilem materiam quod eam intelligere non valebant dicis tu contra eos coperte omnis subtilis elocutio intelligitur supple si supersistas lectioni quare igitur interrogative

(1) *B* Ongni (2) *B* luon (3) *Manca la traduzione latina di questo mottetto; c'è nel ms. un segno* ——> *che forse indica l'omissione.* (4) *Segue* doli *cancellato.* (5) *Nel ms. non è sottolineato.*

Digitized by Google

.V.

Amar di donna sofferir amare
fa dir amare amare
non luomo non curare .

.VJ.

Tal crede toglier (1) che da etal dare
per che non e donare
che dal voler convien lo nome trare

.IIIJ. (2)

Amarum domine tollerare amare, dici facit amare amare . non hominem non curare

[.V.] (3)

Talis credit auferre qui dat ℭ *Et quare non est tale datum donare, quoniam a velle convenit nomen proprium adipisci .*

loquitur dicens non attendit ad illam aliquis diligenter Respondet testus et dicit ecce causa quia negligentia seu vilitas cordis resistit.

Amarum . expone licteram *amarum etc* . dicas quod amare amarum idest cum angustiis que sepe recipiuntur amando . *tollerare* ut scilicet non divertas propter istam amaritudinem, ab amaro amare domine dici facit amare idest perseverare in amore *amare* adverbium . non hominem non curare idest non perseverare et expone domine vel du.... (4) per modum amoris liciti vel dicas domine idest vite etterne aut proprie salutis . vide exemplum quidam amabat et hostendebat se verbis ab amore conflictum tu cognoscebas eum et instabilitatem suam dixisti quod dicitur in testu .

---

(1) *B* tolglier (2) *La numerazione non è conforme a quella del testo italiano a causa dell' omissione del mottetto precedente.* (3) *Il numero è abraso.* (4) *Parola illeggibile, o, meglio, per me incomprensibile.*

Digitized by Google

c. 54 a. .VIJ.

Alo sparvier lo becco (1) non si rade
ma tonditure rade
fanno gran dunghye se lana gli cade

.VJ.

Ad accipitrem yrcus non raditur . ℭ Rare tamen thonsure, si lana illi ceciderit, granum faciunt ungularum (2)

Talis etc . pone exemplum licteram exponendo et dicas quidam princeps gravabat continuo subditos extorquendo ab eis venit casus quo ipse subditis egebat . Illi secuti non sunt eum ita quod quidam alius princeps austulit ab eo cunta sua . Tu voluisti coperte dicere contra illum dixisti ut in lictera et expone *dat* invitus . *et quare* modo querit quare istud tale dare non est donum et Respondet quia convenit quod aspontanea voluntate procedat donum non ab invito Unde videtur (3) quod iste non donat si invitus donat . et igitur posuit ibi verbum dat idest tribuit non verbum donat .

c. 54 b. *Ad accipitem* expone istam licteram et in ista prima parte plana est lictera et clara nam planum est quod ircus non raditur idest non paratur ad accipitrem quia non est pastus eius . *rare etc* hoc vult ista lictera dicere quod si lana cadat illi scilicet yrco rare thonsure idest non multum frequentes faciunt granum idest fructum *ungularum* idest durum firmum et stabilem . exemplum est quidam frequentius quam suppeterent facultates servorum spoliabat illos bonis et sic spoliatos exponebat ad bellum . voluisti eum coperte tangere dixisti hunc testum . cuius exempli ultima (4) pars tangitur et prima (5) testus predicti .

Fac etc . iste testus est planissimus si legas licteralem . sed expone ibi *talis* idest ita potens . et ibi *quod*

(1) *B* beccho (2) *Il ms.* ungulararum *con* ra *espunto.* (3) *Il ms.* videt (4) *Il ms.* ultimam (5) *Di lettura incerta; parrebbe piuttosto* aprima *anzi-che* 2prima *che accetto per il senso.*

Digitized by Google

.VIIJ.

Falcon si puote ogni (1) servigio edono
non dirio non tal sono
cheglie poter quel che fa volar sono .

.VIIIJ.

Aquila possa giornata condure
gratie tue non fai pure
fa tosto briga non torre ne dare
se vuo di lupo magior (2) laude trare

.VIJ. c. 54 a.

Fac ut potes omne servitium atque donum ℭ *Nec dicas non sum talis, quia posse illud est, quod sono dat volitum .*

.VIIJ.

Habes hic potentiam, conducere dietam, non facis gratias tuas puras . ℭ *Fac cito . laborem non recipias, neque des . si vis ex hoc postea laudem consequi grandiorem*

sono idest fame *dat volitum* idest cursum exemplum est breve . Inducitur contra illos qui negant se ad servitia non credentes illa servitia nisi sint magna ut egeret necessitas recipientis Sufficit enim facias quod potes .

Habes etc . et istud est planissimum et inducitur contra illos qui et sibi et quibus donant laborem anxietatis conferunt si habent donandi potentiam et tardant .

Domus etc . Et istud etiam planum est et locum habet hoc casu quidam laudabant unam virginem de

(1) *B* ongni (2) *B* maggior

Digitized by Google

.X.

Camera donna et alta se castella
eper vergogna (1) augella
che securança nel quor nociadella .

.XJ.

Direi la loda lo valentre in villa
lor blasmo non sibilla
che sel va negliorecchi (2) ai buon fa villa

[.VIIIJ.] (3)

Domus mera et alta, domina, si casta est, illa . et ob verecumdiam augetur illa . ℂ *Nam in corde securitas nocet ei .*

.X.

Malorum laudem valens habet in vilem ℂ *Nec sibilat eorum infamia nam si bonis intrat in aures . non convertitur in scintillam .*

cuius sibi dando marito agebatur de multis virtutibus Sed eam de verecundia dannabat credentes verecundiam vitium . Tu noluisti aperte istos redarguere relatores dixisti testum istum .

Malorum etc . prima pars huius motti est clara . expone sequentem *nec sibilat* idest nec deridet aut causa nostre derisionis esse non potest . *nam si bonis etc .* vult dicere quod si ista infamia (4) que habuit amalis ortum intrat in aures bonis idest ad bonos non convertitur in scintillam idest non convertitur in minimum ignem ne dum in magnum .

---

(1) *B* vergongna (2) *B* nelglorecchi (3) *Il numero è abraso.* (4) *Il ms.* infamaia *con la seconda* a *espunta.*

Digitized by Google

.XIJ.

Qual rosa tutto suo convien carpire
fior non adi sentire
dunqua chi mal sa guardar suo tegnire

.XIIJ.

Salvia li suoi figlioli (1) chi li correggie
e chi no sigliaderba
che men colei adimorar superba .

.XJ.

Si quis roderit totum suum, convenit rapiat,
℄ *Ergo sensus quicquam non obtinet, qui tenere suum, male noverit custodire .*

.XIJ.

Salvos habet suos filios qui corrigit illos .
℄ *Qui vero non, habet eos de erba . quia est minus illa in morando, superba .*

Si quis etc . Ista lictera est planissima sed expone ibi *qui tenere suum* (2) idest substantiam divitiarum suarum vel bona sua etc . Inducitur hoc contra multos qui cum sua consumpserunt aliena secuntur et maxime casu isto si loqui volumus coperte nos agere opportet et loqui

Salvos etc . ista lictera usque ad primum .℣. plana est . *qui vero non* puntum hic et subaudi (3) corrigit iterum idest qui vero non corrigit *de erba* idest de nichilo erba enim et si non evellatur exaruit et dic quia est minus *illa* idest erba illa, in morando *superba* idest potens ad subsistendum inclinatur enim erba continuo ut humilitas actu

(1) *B* filgliuoli (2) *Nel ms. non è sottolineato.* (3) *Segue* habet idest *cancellato.*

Digitized by Google

.XIIIJ.

Donna che dentro guarda
non guarda
sia chi vuol quey chela guarda

.XV.

Arancio donde seme fructo nonda
chi monimento al folda
non pestar aqua che non divien colda

.XIIJ.

Domina intus (1) *custodiens, sit qui vult qui eam respicit, iam non curat .*

.XIIIJ.

Arat in eo, unde fructum semen non exibet . qui stulto monimentum impendit . ℭ *Non pestes aquam quia ob hoc calida non efficitur .*

non effectu quo exaltatur ut superbia semper augetur actu et effectu deprimitur . Inducitur hoc contra sic diligentes filios ut hodiant . cum eos non corrigunt ista enim est mala dilectio .

Domina istud mottum planum est vide exemplum loquebantur aliqui contra unam dominam quod nimium dabat spatium volentibus in illam respicere illa domina voluit coperte loqui et se iuvare dixit hunc testum .

Arat etc . et hec lictera usque ad .ℨ. plana est . et vult dicere *arat etc* . idest in vanum laborat *non pestes* etc vulgare est tuscorum cum quis in vanum laborat ut dicat quel pesta in aqua . scimus enim quod in (2) aqua pistare nil prodest *calida* idest non propterea convertitur ad amorem suscipiende discipline . Inducitur hoc contra illos qui fatuos volentes reducere in vanum laborant .

(1) *Segue un altro* intus *espunto.* (2) *Segue* quod *cancellato.*

Digitized by Google

.XVJ.

Fuoco et e ancor vie men sentito
chi lungo tempo parlando lomola
tanto lomtende (1) confa (2) petra mola .

.XVIJ. c. 54 b.

Pigliar (3) puo matto il savio nel parlare
savio matto laudare
mala sua laude nogliacresce fama
pero con tale star saggio hom non fama

.XV.

Fuit anser et est amplius adhuc minus intelligens, qui longo tempore loquente homine illic, illum tantum intelligit, quantum videlicet petra molam .

.XVJ. (4) c. 54 b.

Capere potest stultum sapiens in loquela ℂ *Laudare stultus etiam sapientem . set* (5) *laus eius sapientis famam non auget .* ℂ *Morari propterea cum tali sapiens non famescit .*

Fuit etc . expone fuit anser idest bestia et est etc . *minus etc .* quia homo rationem habet ..... (6) non ergo minus intelligens *petra mola* idest lapis lapidem si loquatur . Inducitur contra duros et tardos ad intelligendum .

Capere potest . etc . ista lictera non eget expositione . c. 54 c.
prima pars inducitur contra illos qui cum stultis agen-

(1) *B* lontende (2) *Così in B; in A è abbreviato.* (3) *B* Pilgliar (4) *Il ms.* XVIJ *con l'*J *abraso.* (5) *Segue* s *cancellata.* (6) *Parola incomprensibile; la copia ha* malus, *ma non c'è traccia alcuna della* m, *e par lezione impossibile.*

Digitized by Google

.XVIIJ.

Cavoli (1) qui ecoli in tuo paese detti se buon son (2) che carne salata fai parladura se sol de tuoi (3) pura .

.XVIJ. (4)

Colligo ea hic et collige illa tu, in patria (5) *tua, dicta videlicet si* (6) *sunt bona* ℭ *Quia locutionem caram atque sapidam non componis si est de tantummodo tuis pura .*

tes nituntur eos capere in loquela quod male est . Secunda pars inducere contra illos qui vanas stultorum laudes affectant . Tertia pars solvit ad partes inducens .

Colligo et ista est plana sed expone ibi inferius illam dictionem tuis et subaudi dictis et tolle in hoc exemplum . quidam arguebant contra Martinum quod ipse ornabat sermones suos continuo dictis alienis quidam alius cum essent ibi plures astantes noluit istum arguentem redarguere aperte et laudare colligentem . Dixit igitur testum istum pro quem monuit illum debere colligere bona dicta et dixit se (7) idem facere . ibidem quia de loco illo erat ille autem quem alloquitur erat extraneus .

R . b . t . etc . In hoc vade plane et dicas quod vult ista lictera dicere dicit quod r . et b . et t . sunt tres lictere pro quibus summuntur rusticitas bestialitas et transgressio etc . in quem si .M. venerit idest mors venerit ut sic quarta lictera modicum dampnum erit . Inducitur hoc mottum contra rusticos rusticitate actuali et fatuos seu insensatos et transgressores eorum que iniunguntur illis de

(1) *B* Chavoli (2) son *in B è aggiunto sopra.* (3) *B* tuoj (4) *Il ms.* XVIIJ *con l'*J *abraso.* (5) *Segue* d *espunta.* (6) *Segue altro* si *cancellato ed espunto.* (7) *Segue* in sua patria *cancellato.*

Digitized by Google

.XVIIIJ.

Lerbette son tre lectere (1) che stanno
in quel che poco danno
segli vien lem per esser la quarta
come chi bocca (2) per se força squarta .

.XX.

Palaço torre castello o cittade
non a ragion ma fraude
non e mica prodeça
rapina ofurto di cio face alteça (3) .

.XVIIJ.

R . B . T . sunt tres lictere que morantur in illo, in quem si . M . venerit ut sit quarta modicum dampnum erit .

.XX. (4)

Palatium auferre alicui castrum vel civitatem non aliqua ratione sed fraude, probitas equidem non existit . ℭ Rapina potius seu furtum facit altitudinem ex hoc talem .

quibus si velis aliquando ipsis presentibus coperte loqui poteris uti hoc mottetto et per hunc modum similia super aliis fabricare .

Palatium etc . istud est planum in lictera Sed expone nichilominus illud (5) in fine ibi *facit altitudinem* (6) idest anget divitias dic tamen quod iste sunt male divitie parvo tempore durature . Exemplum huius est tale . Quidam per vim vel fraudem unam usurpaverat civitatem, com-

(1) *B* lettere (2) *B* boccha (3) *B* alteçça (4) *Il ms.* XIX *con l'*I *abraso.* (5) *Segue* s *cancellata.* (6) *Nel ms. non è sottolineato.*

Digitized by Google

.XXJ.

La maiorana in citta non si trova
che gente grossa e nova
voler di bosco in un giardin redure
son noci acerbe con persiche pure

.XXIJ.

Buon pallafren la redena chi tene
se mal voler gliavene (1)
fin che conosca se cio cavalene .

.XX.

Maior labor non reperitur in urbe . quam crossam et novam de busco velle in quoddam viridarium reducere gentem . ℭ Nuces cum puris persicis sunt acerbe .

.XXJ.

Bonum pallat frenum . qui habena continet, malum si tibi desiderium forsan evenerit . donec cognoverit si evulserit illud lenas .

mendabatur de probitate Voluisti de ipso coperte dicere veritatem et super hoc loqui et sic dixisti testum

Maior etc . hoc mottettum usque ad locum .ꝑ. planum est expone ergo ibi *nuces etc* construe sic et expone quod isti tales sunt tanquam nuces et persica acerba et pura et expone pura idest que nichil in se continent de maturo quare hoc dicat vide nam bene scis quod natura per se et homo per artificium multum laborant in reducendo istos fructus ad dulce . Ita laboratur in trahendo ranam de sepibus quod est quasi simile Inducitur hoc contra inexpertos et rudes

(1) *B* glavene

Digitized by Google

.XXIIJ.

Se se amico per chamico (1) non amico
dar corona vuo corona
maggior di te parte
chio che sono amico buono
e tocca molti larte

.XXIJ.

Si es amicus eo quod amas quod habeo non habes capud meum ℭ *Vis dare coronam, maiorem tui partem, corona quod ego sum, amicus bonus* (2) . *et plurimos hec ars tangit* .

qui difficile dei obsequis vel bonis moribus applicantur . quos cum inveneris uti poteris verbis talibus contra eos .

Bonum pallat etc . Expone istam licteram sic bonum frenum *pallat* idest regit qui habena idest cum abena que est redena qua frenum arcetur malum desiderium si sibi forsan evenerit continet donec cognoverit si illud (3) desiderium evulserit idest destruxerit lenas idest vires . Nunc tolle exemplum quidam cupiens aggredi castrum unum cum gente sua subito et sine deliberatione aliqua contra illud ivit ad bellum . de quo in persona sua et aliarum magnum dapnum et vituperium reportavit . Vis loqui contra eum sed coperte loquere ut lictera huius mottetti et ita per similia procedendo loquaris si casus est tali locutioni ut superius dictum est .

Si es amicus ista lictera eget maiori expositione, unde sic procede, *si es* (4) idest si diceris vel si te dicis amicum (5) *eo quod amas* (4) idest affectas malo desiderio *quod habeo* (4) idest uxorem meam vel bona mea, *non habes capud meum* (4) idest non habes me ita amicum ut debeam ponere pro te capud nec minora, *vis dare coronam* (4) idest

(1) *B* camico (2) *Corretto da* amice bone (3) *Segue* s *cancellata.* (4) *Nel ms. non è sottolineato.* (5) *Il ms.* amicus *con la* s *cancellata ed il segno d'abbreviazione sull'* u

Digitized by Google

.XXIIIJ.

Nullo ebuono sello e buonno .
etal e buono
che piu che bestia conosciuto (1) al suono

.XXIIJ.

Nullus bonus est si bonus non est . ℭ Et talis non est bos qui magis quam bestia sono congnoscitur .

vis ponere ad amicum tuum coronam splendidam super capite *corona maiorem tui partem* (2) scilicet compesce te ipsum et remove a te malam intentionem per puritatem qua adstringimur ad amicum *quod* pro quia ego sum amicus bonus et istud ate recipere non deberem . *Et plurimos etc* . Ista ammodo lictera est plana et vera utinam sic non esset . Exempla de hoc innumerabilia poni possent . Sed tu ex ista expositione collige ad que facit . Vides [enim] contra illos facit qui non sunt amici veri nec te recte amant vel tua unde hic amare sumitur in mala parte .

c. 54 d. *Nullus bonus etc* . prima pars huius lictere plana est alia pars non sic igitur expone ibi et dicas talis idest aliquis non est bos scilicet animal illud qui magis quam bestia sono idest rumore cognoscitur . Istud inducitur maxime contra verbosos et de se multum loquentes et rumoriçantes et contra illos qui sepius boni creduntur et non sunt unde contra istos aliquando periculosum est aperte loqui dat tibi amor remedium quomodo possis copertissime loqui . inducens contra eos hunc testum .

Omnis etc . et istud etiam eget maiori expositione Igitur sic exponens construe omnis sapiens camminando non pregustat idest non prevadit in loco periculoso sed facit idest mictit et ordinat ante se nuntium suum . *ut bene iverit* (2) . hic staret bene copula hoc modo et ut bene iverit sed respectu sequentium pro punto summe copulam et dicas

(1) *B* conoscuto (2) *Nel ms. non è sottolineato.*

Digitized by Google

.XXV. c. 55 a.

Ogni (1) saggio non fa saggio
ma fallo messaggio
camminando con benando
disquovre suo staggio .

.XXV. c. 55 a.

Omnis sapiens non pregustat . facit nuntium tamen suum . camminando ut bene iverit proprium esse nudat .

et ut bene iverit idest secundum quod bene processerit proprium esse nudat expone perdit vel non perdit . Huius mottetti est exemplum contra illos qui per mundum et etiam per res mundi incaute preambulant non premictentes considerationem aut prudentiam vel etiam materiales nuntios ubi foret expediens . Quos si ante casum quod laudabilius vel post casum quod occurit aliquando tangere velis potes uti hoc mottetto verumtamen ante casum (2) debet aperte bonum consilium dari post casum autem qui revocari non potest poterimus hunc testum inducere .

Tantum Ista lictera licet propter vulgare illud quod difficulter reducitur ad latinum bonum sgangarata est tamen sic exponens construe illam . et dic primo quod prima pars est clarissima secunda vero non Unde dicit in secunda quoniam parum esset si bona erat idest fuit joia idest actus bonus quem facere solebas que nunc postea idest post actum illum bonum mala vadit idest mala dirigitur . Inducitur hoc mottettum contra illos qui bona fecerunt et ceciderunt .

Omnis nunc ira lictera istius moctetti clara est et nil aliud vult dicere nisi quod irasci non est ramus insanie sed perseverare in ira sic . loquitur per verbum iactantie quasi liceat cuiquam se iactare de vitio Unde ista lictera non videtur bona . tu dicas quod per antifrasin loquitur nam iactare (3) si licet sit ad vanagloriam et igitur vitium etiam in

(1) *B* Ongni (2) *Segue* dep *cancellato.* (3) *Il ms.* ictare

Digitized by Google

.XXVJ.

Tant elomo quant ellomo
ten so vita con comita
che poco varria
se gio buona poi che movaria

.XXVIJ.

Ogniramo (1) no eramo
di paçia ma tanto
puo durare chele puoi dare
di cotal nome vanto

.XXVJ.

Tantum quisque valet quantum (2) *modo . vitam peragit suam non sicut preteritam ¶ Quoniam parum esset si bona erat ioia que nunc postea mala vadit .*

.XXVIJ.

Omnis nunc ira, ramus stultitie non existit . durare attamen potest tantum quod ei (3) *iactantiam de tali nomine potes dare .*

bonum nichilominus tamen gravius est vitium iactare se de malo videris enim eo casu malum summere pro bono . Istud mottum potest induci ad excusandum et incusandum verbigratia in utroque quidam irascebatur de levi et de levi et cito deponebat iram quidam alius loquens de illo dicebat iste est quidam fatuus tu voluisti eum excusare induxisti hoc mottettum . de secundo exemplifica sic Quidam raro irascebatur sed cum irascebatur tardissime deponebat iram .

(1) *B* Ongniramo (2) *Il ms.* quantums est; *ma* s est *espunto.* (3) *Segue* a *espunta.*

Digitized by Google

.XXVIIJ.

Boscornato non e prato
da farne gran festa
non fa bene, chincasa il tene
e peggio chil molesta

.XXVIIJ.

Bos scornatus non est pratum . quod exigat magnum festum . ℭ non bene facit tenens in domo illum ℭ peius insuper qui molestat eundem .

Tu instabas apud eum ut iram deponeret instabant etiam adhuc tecum plures ad idem . non proderat et conversatio illius vobis erat vobis tediosa valde . tu volvisti te ad sotios volens dicere quod ista ira nimium durabat et dixisti hoc mottum .

Bos etc . Ista lictera maiori eget expositione et habet c. 55 a. modum alium remotum loquendi ex quo poteris multa similia fabricare nam dupliciter loquitur et methaphorice loquitur . Et vide intentionem eius licteram exponendo . *bos* idest homo bestialis *scornatus* idest bullatus vel signatus propter aliquod forefactum ut quia incisum est sibi membrum simile *non est pratum* idest non est res *que exigat etc* . idest de qua debeamus facere magnum gaudium seu festum si ad nostram conversationem venerit solent enim tales ut plurimum exitus periculosos habere licet aliqui emendentur aliquando . Igitur in sequenti dat tibi consilium dicens non bene facit tenens idest qui tenet illum in domo . In fine autem dicit lictera peius facit qui molestat eundem . et est ista optima lictera nam contra tales qui ex casu vel ex culpa oculum manum vel simile perdiderunt improperare illis quod receperunt valde ipsis onerosum est ideo ex hoc vehementissime irascuntur consilium igitur est contra eos non loqui Sed posito quod aliquis unum ex talibus volebat (1) ad quoddam suum officium collocare et quidam alius illum quem iste volebat quasi publice deridebat Tu voluisti primo consulere secundum redarguere

(1) volebat *è ripetuto nel ms.*

Digitized by Google

.XXVIIIJ.

Ogni (1) cambio non e chambio
ma ben puo dir cambio
se parlando ve comando
e non ti pesa il cambio

.XXVIIIJ.

Omnis permutatio non est cambium sed bene potest dicere cambius si loquendo qualiter ivit vidct ille tibi cambium non staterat .

dixisti hoc mottum Vel dicas quod amor cognoscens tales aptos ad dedignationem locutus est hic coperte ne forte illi legentes hoc postea turbarentur et quod tota lictera est summatur solum pro consilio quod dat amor . vel dicas quod quando amor ista documenta promulgavit erat ibi quidam ex istis voluit dare nobis omnino consilium ut tamen ille non turbaretur sic coperte locutus est ibi, ut nec in vulgari nec in latino multum facile possit intelligi . Ex hoc sumpta causa nota quod si talis defectus est a natura valde tibi incongruum est dampnare naturam si etiam ex casu et sine culpa quasi idem . et idem si in prelio vel dum quis ageret quod debebat contigit sibi istud . Si autem ex culpa vel commisso facinore in quo solo casu loquitur hic lictera dicas quod cum nil gravius vero turpe est te molestare illum sed quare dixit lictera de bove Respondeo quia bos est animal lentum cui si cornua truncentur deformitatem magnam recipit et illud vulgare conveniebat intentioni . et quia assimilat eum hominem bestie igitur videre potes quod de homine solo (2) loquitur qui culpa sua cecidit in penam de prato autem posuit ut induceret similitudinem ad buscum de quo videtur sonare prima facie lictera vulgaris et hoc ut faceret istam suam locutionem obscuram verumtamen quidam dicunt quod etiam bonum consilium est ut fugiamus (3) sotietates in domo illorum qui a natura tales patiuntur defectus nam si multi ex talibus boni sint tamen maior pars eorum non caret vitio

(1) *B* Ongni (2) *Segue* q *cancellata.* (3) *L'a di* fugiamus *è corretta e d'incerta lettura.*

Digitized by Google

.XXX.

Donne cosa donne rosa
ponendo vertute
lei per quella eluce bella
et e dognun (1) salute .

.XXX.

Omnis rei (2) *rosa est domina . pro hac videlicet intelligendo virtutem . et lux est pulcra et omnium salus estat .*

et impatientia multa irascentur enim sepe contra se ipsos et non sine causa dicitur ubi defectus et ibi vitium .

Omnis permutatio etc . Ista etiam lictera non est clara . c. 55 b.
sed exponens construe sic illam . et dicas omnis permutatio non est cambium nam aliquando veniet unus potens et auferet a quodam misero unum petium terre quod valebit .c. et dabit illi ad colorandam iniquitatem suam aliud petium quod valebit .l. et cum loquemini illi dicentes quare istum gravasti Respondebit se illi bonum cambium tradidisse . tunc secure poteris tu alatere dicere quod talis permutatio cambium non existit . Or procede modo ultra in expositione sequitur sed bene potest dicere cambius idest quilibet homo si videt loquendo idest si videt lotibus illis qui de negotio tractant qualiter ivit supple negotium cambij , Ille tibi cambium non staterat idest non facit equale quasi dicat quilibet homo qui hoc videt potest illum arguere de ista iniquitate et sic summe de singulis inequalitatibus que fiunt apotentioribus ad inferiores.

Omnis rei lictera ista est plana et vera si solum construas bene testum . et dicas quod rosa inteligendo hanc scilicet rosam pro virtute omnis rei est domina et lux est supple virtus pulcra et omnium scilicet hominum salus estat supple virtus . Sed ad quid adaptabis istam licteram dicas quod quidam vitiosus ex divitiis suis credebat excellere

(1) *B* dongnun (2) *Π ms.* Ommnis rei *su rasura.*

Digitized by Google

.XXXJ.

Fieno come paglia (1) veramente epeggio
color channo il pensero
vestir di fango lanima del vero

.XXXJ.

Erunt velud pallee ac vere peius . illi qui cogitant de cerio induere animam veritatis .

super pauperem virtuosum et preposuit se illi in banco aut in aliis tunc tu illum nolens aperte tangere . coperte locutus induxisti hoc mottum .

Erunt etc (2) . Si hanc licteram construens exponas et vera et plana similiter est unde dicas Illi quod est infra . qui cogitant animam veritatis idest cor suum quod collatum eius adeo est bonum et bene dispositum induere (3) de ceno idest de vilitatibus mundi et de vitiis erunt velut pallee et vere peius . et dic velut palle que ad ingnem posite facile comburuntur ita homines vitiosi facile ducuntur in nichilum cum eorum statu cognito contrarios Sibi reperiunt . de virtuosis autem non sic . vel dic ut pallee .... (4) ut res vilis que supponitur porcis et asinis et sic per istam similitudinem non (5) loquitur de palleis que subiciuntur regibus et reginis et similibus et dic erunt quia testus dicit qui cogitant et ideo non dixit sunt quasi dicat et si cogitent dum tamen non deducant (6) cogitatum suum in actum non erunt ut palee . et dic exponens illud vere peius scilicet fimus qui fit ex palleis noluit enim amor hoc in sua prolatione uti vocabulo . pone modo exemplum ad hoc et dicas quidam amici tui cogitantes agere mala presentibus quibusdam aliis super hoc tecum conferebant voluisti eis propter astantes coperte loqui et dixisti hoc mottum .

---

(1) *B* palglia (2) *Nel ms. non è sottolineato.* (3) *Segue* de *cancellato.* (4) *Segue una parola aggiunta sopra che non si distingue.* (5) *Segue* suppo *cancellato.* (6) *Accanto alla* c *nel ms. è un' asta, così che par sia scritto* dedudant

Digitized by Google

.XXXIJ.

Mensa colui (2) che di pannola covre
la colpa echi la scovre
al suo prelato nudo
convien andar ne mai doppio ne crudo

.XXXIJ.

Minus scit is qui de panno coperit culpam suam ¶ *Et qui eam suo prelato aperit convenit ire nudum nec unquam duplicem seu crudum .*

Minus etc ista est plana si eam intelligere velis ergo construens expone illam hoc modo . Ille qui de panno idest cum pallio excusationum fallacium coperit culpam suam supple suo correctori confessori patri vel prelato et plus deo in mente sua loquendo scit minus . suple quam ille qui aperte ei illum (2) qui eam scilicet culpam suo prelato aperit convenit ire nudum modo specialiter loquitur in foro penitentie ubi omnia peccata tua debent esse nuda prelato quia sunt nuda deo . et ideo sequitur nec unquam duplicem seu crudum non enim in tali casu aliqua debet esse duplicitas seu acerbitas sed omnis maturitas et simplicitas , Sed ad quid istam licteram adaptabis Quidam cum argueretur aprelato patre vel magistro , cum austutia sua subtiliter excusavit se ita quod illi ut puri et simplices eum licet in veritate culpabilem excusatum habebant . Sic contigit quod te ibi cum quibusdam aliis astante dixit fatuus unus aquantum scit iste quantum scit Vide quam subtiliter excusavit se tu voluisti coperte loqui de hoc Induxisti mottum usque ad locum illum .ℨ. Et illa que secuntur .ℨ. induxisti ad exemplum ut quasi probares quod dixeras .

Legisse etc . ista lictera planissima est et est vera et inducitur contra illos qui volunt parum laborare et multum quiescere et maxime contra scolares qui ante quam c. 55 c.

(1) *B* coluj (2) illum *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

c. 55 b. .XXXIIJ.

Lecto convien (1) aver chi vadormire
se vuol imprender che poco riporre
poria colui (2) che si vuol (3) se disporre

.XXXIIIJ.

Per valligia camminare
dove soglion (4) ladri stare
non e senno per che monti
chen securi sien men fonti

.XXXIIJ.

Legisse convenit qui dormitum se transfert si discere querit ¶ *Nam parum recondere posset ille qui disponere sic se vellet .*

.XXXIIIJ.

c. 55 b. *Per valles iam caminare || ubi solent immorari latrones, non est equidem sapientis, licet fontes sint in securis montibus pauciores .*

legerint et suas in die reviderint hora debita lectiones intrant ut dormiant vel exeunt domos ut suas dominas videant et similia unde vide quod dicit lictera Illum subaudi qui dormitum idest ad quietem vel solatium se transfert si querit discere convenit legisse subaudi ante . quia cum postea redis ad librum bene scis qualiter memoria tua circumvolat unde scolares qui non possunt mane surgere ante introitum student ut non decipiantur a sonno si discere querunt . Illi etiam qui abstinere volunt a circuendo per terram complent primo opera sua sive studij licterarum sive artis meccanice . *nam etc* plana est sed expone ibi in fine qui disponere sic idest male se vellet .

(1) *B* comvien (2) *B* coluj (3) *B* vuole (4) *B* solglion

Digitized by Google

.XXXV.

Bel tappeto alchun celone mise fuor li drappi rotti ovra e questa duomin docti (1) se nel tempo e luogo none

.XXXV.

Pulcrum tapetum, aliquis occultavit . traxit extra fractos pannos ℭ *Opus est hoc hominum peritorum . si locus et tempus ad aliud apta non sunt .*

Per valles etc . ista lictera clarissima est Ideo eam breviter exponamus et dicas per valles idest per planities et loca in quibus non est labor itineris iam camminare idest aliqua vice ire ubi solent immorari latrones non est equidem sapientis licet in securis montibus fontes idest amenitates et commoditates viarum sint pauciores . dicebant quidam cum (2) equitarent tecum per mundum (3) dum inveniretis duas vias unam per planitiem pulcram et agilem sed in ea robatores stare solebant et aliam per asperos montes sed securam eamus per istam viam que est facilior et cum pluribus commoditatibus nostris et equorum dicebant alij eamus per aliam que est securiorem (4) voluisti coperte adherere meliori oppenioni et dixisti hoc mottum . et de similibus simile .

Pulcrum etc . Ista lictera non egeret glosa vide exemplum . Eras in terra ubi continuo derobationes fiebant et similia eras dives et bene fornitus celasti pulcra et parasti contraria venerunt ad te visitandum tui qui te cum magnis apparatibus videre solebant et erant ibi aliqui de terra illa presentes Et cum illi dicerent et quomodo ita statis Respondisti ut te alij non intelligerent quod in motto continetur . Vel exemplifica de aliis hoc modo . Ivisti ad visitandum aliquem sic factum ut tu eras et invenisti eum

(1) *B* dotti (2) *Segue* exq *cancellato.* (3) *Segue* in *cancellato.* (4) *Il ms.* securiorum

Digitized by Google

.XXXVJ.

Alascala madio no e sol per cio non vola
cosi male volan sensale
epungon se tuttora
tutti color che non an penne ancora

.XXXVIJ.

Quel capello e quel camello
non e ben subtrare
per camino (1) over (2) catino
bisogno (3) sia di dare

.XXXVJ.

Habet lasca alam, certe non et solummodo propter istud non volat ¶ *Ita male sine alis volant, punguntque se semper singuli qui adhuc debitis pennis carent .*

.XXXVIJ.

Id quod Pellus, habet et quod habet Mellus, subtrahere non est bonum . quia Mino seu Tino sit necesse dare .

istam cautelam servasse cum autem ibi essent extranei voluisti eum coperte commendare ut non aperires utilitatem suam dixisti hoc mottum .

Habet etc . Istud mottettum est clarissimum et breviter inducitur contra omnes qui ante quam pennas habeant volare conantur quod cum exempla habeat infinita non glosatur aliter .

Illud etc . Istud est apertum si solum intelligas illa propria nomina Pellus Mellus Mino et Tino . Et

(1) *B* canino (2) *B* oper; *in A* ouer *è corretto da* oper (3) *B* bisonguo

Digitized by Google

.XXXVIIJ.

Cavalieri over scudieri
chi volse mandare
per difese del paese
convennel lassare
dunqua gente
manda gente con quegli (1) apercossa
che savranno
con dovranno prendersala mossa .

.XXXVIIJ.

Equos heri vel heri clipeos, qui mictere pro defensa patrie voluit, opportuit illam deserere . ¶ Cum illis aptam igitur micte gentem, ad impetum . quoniam ut debebunt, cognoscent, qualiter, illis sit initium assummendum . et motus .

inducitur istud contra illos qui ab uno per vim auferunt vel (2) alias illicite acquirunt ut expendant subtrahunt uni ut donent alij . Istud non est bonum . et subtrahere ut elemosinas facias licitum non existit hoc siquidem multos tangit . Extorquent enim multi fortes usuras et eis expoliant pauperes mulieres de inde cum nichil aliud quam ex usuris sit eis de eo quod eorum non est tenent magnas solepnitates elemosinarum in portis suis hij multos habent comites qui non solum usuris sed aliis multis viis extorquent Sed quia hoc et alia que in istis mottis ponuntur in variis libris locis adhibita sunt decens est ut ulterius procedamus .

Equos etc . Ista lictera si non consideretur subtiliter videtur quedam truffa diceret aliquis bene scimus nos quod mictere equos vel clipeos ad defensionem unius patrie opporteret te ut dicit lictera deserere patria quia illi per se non defenderent eam . Sed carissime amor non fuit ita stultus ut tu credis expone ergo licteram construens et dicas , c. 55 d.

(1) *B* quelgli (2) vel *d' incerta lettura.*

Digitized by Google

.XXXVIIIJ.

Caro impetra (1) amor di petra
chi so petra petre impetra .

.XXXVIIIJ.

Carum impetrat petre amorem, qui sub petra petre, impetrat .

qui voluit mictere pro defensa patrie equos idest bestias vel clipeos idest negligentes qui sunt ut lignum siccum quod nisi trahatur vel pingatur non movetur *heri* notat preteritum quod etiam notat illud voluit sed fuit positum in vulgari ut intricaret intellectum ad astantes sequitur opportuit illam deserere scilicet patriam . cum illis igitur micte gentem aptam ad impetum quoniam etc . plana est . quod enim amor sic intellexerit vide quod in isto .ꝫ. dicit gentem aptam per quas dictiones predicat prepositam non aptam et quod de gente intellexerit exemplum est breve Unus probus ex casu erat in illa patria vidit gentem pigram et bestialem quam misisti ad defensionem venit ad (2) te sed noluit illos in publico cum esses inter multos vituperare postquam (3) autem aliqua predixerat et vellet recedere dixit hoc mottum vel cum venirent nova quod tui perdiderant quidam volens te (4) coperte quasi corrigere et illos vituperare dixit hoc mottum et similia . (5)

Carum etc . ista est obscura lictera in vulgari et in latino Sed si eam sic exponas ut dicam tibi non est obscura dic ergo Ille impetrat carum amorem petre quod est proprium nomen qui sub petra petre idest sub soliditate ipsius mulieris petre , impetrat idest efficitur petra scilicet solidus . et expone supra illam dictionem carum isto modo carum idest bonum non carum idest dannosum et in ultima dictione ibi impetrat fac primam brevem et etiam prima impe-

(1) *B* inpetra (2) *Segue* d *cancellata.* (3) *Segue* q *cancellata.* (4) *Segue* ar *cancellato.* (5) *Nello spazio tra questo e il motteto seguente è scritto di mano posteriore* . no .

Digitized by Google

.XL.

Ongni cosa cosa gente
far non e talor ben gente
cio chi sa ben e sacciente .

.XLJ. c. 56 a.

Se tu fili fila grosso
o non troppo sottil mai
quando volpe quando vai .

[.XXXX.] (1)

Omne quod potest gens facere honestum bene, aliquando non existit, id qui no || *verit est peritus .* c. 56 a.

.XLJ.

Si tu filas fila crossum seu nunquam nimium subtile . ℂ Quandoque vulpes quandoque vari

trat primam longam . pone modo exemplum ut melius intelligas et dicas quod quidam qui multum dissolutus erat cepit amare quandam nomine petram vel eam cepit in uxorem . contigit quod iste amore istius petre factus est solidus stabilis et constans et continens voluisti commendare vel amorem vel coniugium vel virtutem illius mulieris . et cum aliqui essent ibi noluisti hoc aperte dicere ne vilipenderes primum statum istius unde dixisti hoc mottum . Et licet ista nomina ponantur posses nichilominus illud per eadem verba allegare omne idem contigit in aliis non sic vocatis et occurrit hoc sepe .

Omne quod potest etc Ista lictera clara est et non egeret exemplo || nichilominus tamen propter rudes c. 56 a.

(1) *Il numero è abraso.*

Digitized by Google

.XLIJ.

Chi ben tesse non fa torre
ma citta cerca di torre
non e ver se trade corre

.XLIIJ.

Molte carte dicon carte
val vie piu che genti sparte

.XLIJ.

Qui bene texet turrem non erigit Sed ..... (1) *nititur civitatem .* ℂ *Verum non est si cum rege proditionem procurat .*

.XLIIJ.

Multe carte dicunt quod ars, amplius satis valet, quam valeant gentes sparte .

dicas quod hoc dicit quod regula quam habes supra proximo documento scilicet non omne quod licet honestum est videbis ibi glosam in regula .xxviij. (2) et obmissis reliquis unum breve exemplum pone non est vetitum tibi laico militi ire in camisia cum calor est per terram non tamen est honestum et sic de singulis .

Si tu filas et ista etiam lictera plana est et si eam velis modo plano exponere unde dicas sit ut breviter transeas si tu filas idest si tu tendis ad phylosophiam fila grossum idest non erres in hiis que sunt veritatis et fidei seu nunquam nimium subtile modo temperat illam dictionem crossum quia etiam crosso modo intelligendo posset aliquis ita errare sicut nimium subtiliçando *quandoque etc* debes

(1) *Abrasione nel ms. per tutta una riga.* (2) *Il numero è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

.XLIIIJ.

Se contracti (1) fai contracti
di scripta ragione
pesti in aqua
salchun aqua che glioppone .

.XLV.

Lege no, e queste legge
lun per laltro ognun mallegge

.XLIIIJ.

Si contractus, contra actus facis scripte rationis.
Si est hic aliquis se opponens, in aqua pistas.

.XLV.

Legitur, non . et hec est lex, Alter pro altero quilibet male legit .

scire quod sicut vulpes sunt sagaces ita vari sunt simplices et rudes unde sic expone quandoque tempus est ut sis vulpis et exquiras omnia et quandoque non . nam in invenienda veritate quando prees ad iudicandum hic ponitur omnis cura in investigando autem subtilia et investigabilia maiestatis non plus sapere quam opportet sapere . Ad hoc exemplum aliud non induco nisi quod istud mottum contra multa genera hominum potest induci .

Qui bene texet et ista etiam lictera satis est plana et potest sic exponi qui bene texet idest qui ad bona studia tendit turrem idest apparatus ad guerram non erigit curat enim potius de pace animi et corporis sui vel dicas turrem non erigit idest de augendis temporalibus divitiis non curat . Sed querere nititur civitatem supple dei etternam . de

(1) *B* contratti

Digitized by Google

.XLVJ.

Consciença consciença
puoi chiarir se vai temença .

.XLVIJ.

Fan proverbi efan pronomi
guarda (1) te ben come tomi

.XLVJ.

Cum scientia, conscientiam, clarificare poteris, si dubium habes intus .

.XLVIJ.

Faciunt utilitatem, verba, et faciunt utilitatem nomina . ℂ Cave tibi quomodo aufers a me .

qua loquitur augustinus . Verum non est suple hoc quod dictum est, si cum rege subaudi superno proditionem procurat idest contra proximum mala precamina fundit et similia . exemplum ponas sic quidam in mane percutiebat aspere in ecclesia pectus suum . In die autem cum usuris et aliis cumulare querebat et linguam suam ad blasphemias contra proximum extendebat cotidie quidam alius in ecclesia illum aspiciens dixit ad te qui cognoscebas eundem aquam devotus est ille Respondisti presente quodam alio sotio illius hoc modo ut in lictera ista .

Multe etc . ista lictera est clarissima inducitur contra illos qui sunt numero et potentia multi et in favorem illorum qui pauci et ingeniosi magis quam illi vincunt vel presunt .

Si contractus etc . Et hec etiam lictera plana est expone solum ibi in aqua pistas idest in vanum

(1) *Dopo* guarda *segue nel ms. uno spazio occupato da una rasura, sulla quale è stata tracciata una linea.*

Digitized by Google

.XLVIIJ.

Lo divino non e divino
evie men ancor divino

.XLVIIJ.

Divinus non est de vino . ℂ Et adhuc minus divinus .

laboras Inducitur contra illum qui legis (1) ‖ verba com- c. 56 b.
plectens contra legis nititur voluntatem et tangit multos cotidie tam in materialibus quam spiritualibus credunt enim aliqui suarum codicibus rationum et cartis et instrumentis decipere deum et mundum Ipsi autem in aqua pistant in hiis que sunt mundi si hoc devenerit ad peritos Si autem sunt dei deus videt et pistas similiter in aqua .

Legit non etc expone et punta sic . *legit* et fac puntum in altum · *non* et fac (2) puntum planum . *et hec est lex* . idest et hoc est verum . et vide primo premictit diffinitionem quam propositum . et igitur . Revolve et dicas alter pro altero quilibet male legit . postea quere supra *legit* , suple iste qui pro altero legit et Responde non . et (3) hec est (4) lex idest verum est hoc . Inducitur contra illos (5) qui non volunt officium debitum dicere qui tenentur sed faciunt illud cantari et dici per cappellanos suos et clericos . Ita etiam inducitur contra omnes qui cum tenentur ad aliquid subrogant substitutos qui peiores sunt eis et similia .

Cum scientia etc . Istud glosa vel exemplo non eget Unum tamen dic *cum scientia* idest plane sic intelligendo ut iacet lictera vel dic cum scientia scilicet tui magistri vel prelati .

Faciunt etc . Si istud plane velis exponere clarum est faciunt utilitatem verba dic si sunt tempore et

(1) legis *è ripetuto al principio della pagina seguente.* (2) *Il ms.* factu; *la sillaba finale è cancellata ed espunta.* (3) *Segue* e *cancellata ed espunta.* (4) *Segue* pla *cancellato.* (5) *Il ms.* illo

Digitized by Google

.XLVIIIJ.

Morte amorte se ben noli servi
vita vita chi se trahe conservi

.L.

Non a motto saggio motto
ma vie piu fermeça (1)
tuttor prende
se comprende ladestri matteça (2)

.XLVIIIJ.

Mors amor tibi est, si non illi bene servis .
℄ *Qui se cum servis reduxerit vitam, vitat .*

.L.

Non habet motum sapientem mottum . sed firmitatis amplius semper summit . si compre-

loco temperata . sequitur et faciunt utilitatem nomina subaudi idest tituli bone fame . si manuteneatur id propter quod fama venit . Et propterea sequitur cave tibi quomodo aufers meum supple honorem inique detrahendo . vel dicas quod iste .ꝛ. cave tibi est per se oratio apredicta remota (3) loquens in genere de omni subtractione alieni iuris quod vetitum est Et tunc inducetur istud contra tria genera hominum primo contra vel illos qui nimium locuntur vel qui ubi deberent loqui tacent . Secundo contra illos qui suam nesciunt conservare famam . Tertio contra subtrahentes aliena et erit istud ultimum quasi mina , cave etc . quia subaudi deus videt .

Divinus etc (4) . Expone istam licteram isto modo et erit clara . *divinus* idest homo qui nititur ad divinan-

(1) *B* fermeçça (2) *B* matteçça (3) *Corretto da* remote (4) *Nel ms. non è sottolineato.*

Digitized by Google

(1)

Poi chesta donna mandata damore
afine atutti tracti (2)
li pensier chavea facti (3)
possian passare
ad ascoltare
lagran donna chonore
donal deritto e leal servidore

henderit, illum stultitia commitetur . ℂ Postquam domina hec, ab amore transmissa cogitamina cunta que fecerat, ad finem perduxit, transire possumus audituri, magnam dominam que honorem, recto legalique, tribuit servitori . ‖ ℂ Ipsa constantia c. 56 b.

dum *non est de vino* idest non habet istam insaniam avino licet a nimia potatione vini non excusetur ebrius, ebrietas tamen excusat errantem certo limite . hic autem cum non sit ebrius nec demens non excusatur . Sequitur et adhuc minus divinus idest ille qui tendit ad divinitatem (4) et posset dici quod ista lictera forte ame non fuit bene collecta ab amore quia videtur impropria nam divinus tendens ad divinitatem nullo modo sentit de vitio propter hoc unde cum dicat hic minus videtur aliquid reliquisse tu autem exponas et adhuc minus idest nullo modo . Inducitur hoc contra quosdam dolosos qui cum te iniuste offenderint si videant se postea propterea sequi dampnum ut ate pacem habeant dicunt se tunc ebrios extitisse et ita de similibus poteris similia reportare . posset etiam induci ad laudem illorum qui ad deum tendunt .

Mors etc (5) . plana est lictera . expone ibi *si non illi bene servis* . idest si queris contra honorem domine et ibi . *cum servis* idest cum vitiis et ibi *vitam* idest bonam famam et inducitur contra vitiose amantes dominas .

(1) *Era stata scritta una rubrica in rosso, ma poi fu abrasa.* (2) *B* tratti
(3) *B* fatti (4) *Il ms.* divintatem (5) *Nel ms. non è sottolineato.*

Digitized by Google

c. 56 b. Ella nome comio dissi constança
disovra in cominciare
diregule tractare
or non bisogna
di lei piu pogna
chela sua possança
etanta e tal che ben sa cio chavança

nuncupatur, velud dixi superius in tractatus initio regularum . ℂ *Non ergo expedit ut de ipsa, tractem amplius hic adpresens* ℂ *Quoniam tanta est illius et talis potentia, quod penitus residuum*

Non habet etc . planum est . construe mottum subaudi quod displiceat non habet motum idest non movit sapientem . sed etc . *illum* scilicet qui dixit displicibile motum . Inducitur in laudem illorum qui sciunt pactienter (1) audire implacita et in vituperium dicentium .

c. 56 c. Sequitur alia lictera que talis est *postquam domina hec* scilicet industria que ammodo mottettis positis incipit in hac sue partis conclusione sequentem dominam scilicet constantiam commendare . *cogitamina cunta etc* dicas circa referenda sibi ab amore iniuncta . *ad finem perduxit* per istam tertiam personam videtur quod hic sit finis verborum ab ista industria de amoris precepto relatorum . et quod ab isto .ℓ. postquam usque in fine istius partis sint verba prohemiantis et ita est verum . *magnam dominam* constantiam que sequitur *servitori* quero hic ate nunquid hec lictera loquatur in genere de omni servitore legali vel loquatur forsitan prohemianti Respondeo durus est hic sermo et ideo illi difficile respondere . ob quam causam procede ulterius quia si bene conspexeris infra finem huius partis glose et glosam in qua infra agitur in glosis constantie circa formam tibi plenius satisfiet . *ipsa constantia nuncupatur* loquitur de domina constantia que proxime parti preponitur . licet garagraffulus gribolus opposuerit contra hoc per sequentia dicens istam dominam hic methaphorice nominatam . *in tractatus initio* immo melius diceret ante tractatus initium . Sed expone in initio idest

(1) *Non chiaro: certo tra l'a e la t è un'altra lettera; forse* pattienter

Digitized by Google

Venite pur ad odirla parlare
e non curate molto
di lei guardar in volto
e varria poco
che non aloco
apoterla mutare
da quelle cose chella prende afare

non ingnorat ¶ *Venite itaque quod ipsa loquitur audituri .* ¶ *Nec multum curet in eius respicere faciem quisquam vestrum* ¶ *Parum veruntamen relevaret cum locum eam non habeat immutare, ab hiis que ipsa sumpserit prosequenda .* ¶ *Hic ta-*

in capite initij *regularum* que sunt supra .v°. huius partis documento . *Non ergo etc* . quia satis ipsa loquetur et mee laudes dicit prohemians eius gloriam non augerent . *residuum* idest totum id quod hic non positum posset referri . *venite etc* . invitatorium ad audiendam ipsam dominam secuturam . *nec multum etc* clara est lictera huius .ꝫ. et sequentis talis enim constantie moris est . et inconstantem constantiam non inveni . probavi et exquisivi et factus sum in exquisitione ut lapis non sentiens neque videns demum scissa sunt latera et in cinnerem sunt conversa . *quod si plene cognosceres* hoc tamen tibi facile non existit ex rationibus subsecutis . expedit enim homini habenti secretum libro publico non laxare . *obscura etc* . et dic virtute notitie rei huius quod indicat lictera sequentis .ꝫ. *est potita* in corpore matris sue . *ego etc* . ecce iam prepositam rationem . *ame tamen etc infra* et quis erit hic et laudabimus eum . erit fidei et gratie magne homo . *animal quodlibet* plana est lictera . non querant rogo nisi qui merentur hec scire . *cum quo invenit* idest [intel]ligat sicut placet et me in hac parte silere permictat *nam etc* verum est etiam si quibusdam apertissime loqueremur . *in steam* locus est ubi solent aves recludi iuxta florentinorum vulgare et similitudinarie loquitur quasi dicat non permicterent ista se capi vel comprehendi amultis *nec etc* vide quod ex malis mali sed ex bonis non mali solatia reportare probantur ¶ Sequitur modo alia sequens pars scilicet constantia sed ate quero nunquit in fine suorum verborum ista domina industria aliquid recitavit exemplum vel suis di-

Digitized by Google

Ma qui ti voglio far una intramessa
che stu savessi bene
la donna chi ellene
forse poresti
pareri foresti
a chiaro trar perchessa
ebbe esta graça (1) che naque con essa

men tibi, volo quandam intermissionem adducere . quod si plene cognosceres domina que sit ista, oscura forsitan in clara posses protrahere . ℭ Quoniam eadem huiusmodi, gratia, cum qua nata dinoscitur,

scipulis in discessu aliqua verba dixit ℭ Et dicas quod sic ℭ fuit enim cum omnibus festum magnum ℭ et cum esset in cammino complevit apud carpentraxium partem suam . et dixit ℭ cariss[imi de]dit nobis dominus partis nostre gratiam complementi et igitur duodecim volumus vobis omnibus dona dare ℭ Vos autem illa dividite inter vos . Et postea incontinenti subiunxit ℭ primum est (2) pomum aureum ℭ Secundum pomum cristallinum ℭ tertium ferreum ℭ Quartum pomum terreum . ℭ Quintum . pomum saffireum ℭ Sextum pomum smaragdinum ℭ Septimum carbunculeum erat . ℭ Octavum pomum vitreum ℭ Nonum pomum marmoreum ℭ Decimum pomum lingneum ℭ Undecimum pomum argenteum ℭ Duodecimum vero pomum proferiticum . ℭ Ex hiis dictis delata sunt per sollicitudinem ancillam eius hec poma omnia coram ea ℭ et volvens hec domina industria se ad nos omnes scolares astantes ℭ Accipite illa vos et ut supra diximus dividite (3) inter vos ℭ Surrexit Garagraffulus gribolus qui ad istas scolas ex casu accesserat vice (4) ista, et inquid quid de pomis istis facturi sumus, et quomodo, illa inter tot homines dividemus illesa ℭ Melius inquid faceres si bona dares commestibilia poma nobis ℭ Rixerunt ex hiis ‖ ex astantibus plurimi c. 56 d.
ℭ erat enim iste novus in scolis et tanquam novitius loquebatur ℭ et erat preterea moris sui ut videbis in partibus pluribus libri huius in glosis, semper se ad omnia contrarium ponere, ac diversis modis homines fatigare ℭ Industria enim ad istum faciem

(1) *B* gratia (2) *Segue un punto cancellato.* (3) *Il ms.* divite (4) accesserat vice *pressochè illeggibile.*

Digitized by Google

Et io che dela gente grossa temo
nol voglio in libro porre
porallo da me torre
chi tutto netto
verra estretto (1)
atempo che diremo
quel tale (2) et io saccordati seremo (3).

est potita . ℂ *Ego siquidem qui de gente titulo ingnoranti, hoc in libro describere non intendo .* ℂ *A me tamen poterit hoc habere, qui mundus totaliter, et strictus accesserit, tempore quo dicemus, hic talis veniens, ut et ego, si ad hec erimus . con-*

non revolvit ℂ Sed cum ex risu et murmurationibus que ob hoc provenerant elevatus tumultus cessasset, voce submissa inquid ad omnes ℂ Tanto tempore stetistis nobiscum quod integre intelligere nos debetis ℂ Sed ut nil de contingentibus obmictere videamur, actendite verba nostra et scribat illa quilibet in tabulis cordis sui ℂ Per primum . quesitam, iuxta monita partis prime conservabitis puritatem ℂ Per secundum a parte nostra gustatam sequemini claritatem . munditiam et candorem . ℂ Per tertium tertie partis constantie querite firmitatem ℂ Per quartum quarte partis discretionis, vestri notitiam et cuntorum quod melius apparebit eligite . ℂ Per quintum patientie quinte partis sinceram immobilitatem ad opposita et adversa . ℂ Per .vj. (4) partis .vj.ᵉ spei ad ardua pertingenda et implacita removenda fiducie advenientem iocunditatem . ℂ Per .vij. septime partis prudentie per quesita, mentis quietam yllaritatem . ℂ Per .viij. octave partis glorie terrenorum brevem durabilitatem . et si abutitur ea quisquam fragilitatem . ℂ Per nonum none partis iustitie stabilem summite ac mixtam misericordia rigorositatem . ℂ Per decimum decime partis innocentie si bona egeritis adscensus nostri facilitatem . ℂ Per .xj. gratitudinis partis .xjᵉ. summi thesauri remunerosam alacritatem . ℂ Per .xij. partis etternitatis .xij.ᵉ perhennem et indubitabilem mansionem . ℂ Quod si querat anobis aliquis cur tu magis ista poma predonas quam alie domine preposite partibus libri huius Respondeo quod cum simus ad januam aperiendam pre-

(1) *B* estrecto (2) *B* tal (3) *B* saremo (4) *Segue* spei *cancellato.*

Digitized by Google

Dicio per questo ognanimal non tenti
passi con quel che trova
che si gran cosa e nova
non enterria
in ogni stia
enon faria contenti
glialtri cosi come buoni et saccienti (1).

ferenda concordes . ¶ *De hoc ob istud animal quodlibet non tentabit .* ¶ *Cum quo invenit pergat* ¶ *Nam res alta tantum et nova in steam quamlibet non intraret* ¶ *nec etiam ut prudentes et bonos, faceret iam contentos .*

posita hiis quos pars prima mandavit vel reperiit mundos esse decet nos intrantibus de sumpta vel servata munditia laudes dare . de introitu explicare . de sequentibus predicare ut illos perseverantia commitetur ¶ Si querat aliquis et cum..... videmus ¶ Respondeo quod.... materialiter..... esse, illa sp..... ut sic ea omnibus omnia faciatis ¶ consilio..... materialis..... medit..... ratio monitorum nostrorum erit executionis desiderium et sequela..... querat aliquis nonne sunt poma commestibilia meliora ¶ ..... questionem proponit . poma adhuc prehabita non gustavit..... in tantum sumpta taliter, comestibilia poma, in quantum superexcellit lux tenebras et anima corpus nostrum . hiis omnibus dictis hoc modo librum c..... ¶ Ecce quod ammodo nos opportet lecturam domine constantie immitari . solem[pn]issima quidem domina comprobatur . Sed nichilominus universitati vestre consulimus ut que in parte nostra perlegimus queque vobis in parte prima sunt dedita sepius recenseri curetis ¶ tollunt enim nova vetera et novissima nova, nisi rememorationis sepissima iteratione visitentur . ¶ Descendit de cathedra et omnes ad prandium invitavit regratiati sunt illi omnes solus Garagraffulus gribolus secutus est illam ¶ Sed cum pervenisset ad portam [at]que domina spatio magno precesserat quoniam artificiosissime ordinatus erat introitus cum credidit eam sequi eo quod in scolis adhuc eius non fuerit invenit se per leu[cu]m ab illius habitatione remotum .

(1) *B* ybuoni e saccenti

Digitized by Google

INCIPIT .IIJ^{a}. PARS DOCUMENTORUM AMORIS SUB CONSTANTIA QUE HABET DOCUMENTA .VIIIJ. PROHEMIUM AD HANC PARTEM (1) c. 57 a.

La donna equesta cha nome costança
e vien per dimostrare
che sol non basta intrare (2)
nele vertu ma vuol perseverança

PROHEMIUM c. 57 a.

Domina hec est illa, que constantia nuncupatur . veniens ut hostendat, quod virtutes

Sequitur de quarta parte cui adaptatur constantia nunc tractari . Circa quam primo videamus quid sit et unde dicatur . Secundo quis sit eius effectus Tertio que sibi forma datur et quare . Quarto et ultimo quare huic parti potius adaptetur . et utrum ad alias pertineat et c. 57 a.

(1) *B* PARTEM VULGARE (2) *Questo verso su rasura.*

Digitized by Google

Cavegna di sua gratia doni amore
quando eluom facto netto
et avertuti erecto
se nol provasse non da fermo honore

ingredi solum non sufficit sed est in hoc, perseverantia opportuna . ℭ Nam licet conferat, cum mundus aliquis est effectus, et in virtutum dignitatem erectus, suam amor gratiam in eundem, ho-

ad quas De primo siquidem dici solet quod constantia est stabilitas animi firma et in proposito perseverans . Estque fortitudinis filia . Et magnanimitatis fiducie securitatis magnificentie ac patientie soror , nec minus habet perseverantiam
de perse[verantia] filiam . Perseverantia quippe est ut inquid tullius in secundo rethorice in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio . Et bernardus perseverantia est singularis filia summi regis . virtutum finis et consummatio . Et dicit Gregorius quod virtus boni operis perseverantia est ideo cauda animalis precipitur sacrificari qua de re Iosep habuit talarem tunicam . De hac loquens Grisostomus ait incipere multorum finire paucorum . Et Seneca de ipsa loquens similiter inquid non despero . indurato nichil est quod impugnet pertinax opera et intenta et diligens cura Et idem perseverandum est et assiduo labori robur addendum . Et de hac beda perseverantia sola meretur viribus gloriam coronam virtutibus et prorsus absque perseverantia pugnans victoriam nec palmam victor consequitur . Soror est patientie constantie filia pacis amica Amicitiarum nodus vigor virium virtutum consummatio nutrix ad meritum mediatrix ad premium . unitatis vinculum et propugnaculum sanctitatis tolle perseverantiam nec obsequium mercedem habet nec beneficium gratiam nec laudem etiam fortitudo . unde cum ista perseverantia sic sit incorporata constantie quod cum de ipsa loquimur de constantia loquimur et e contra, non indigne sic diffuse tractamus de ipsa . Non enim (1) in non perseverante potest esse constantia nec in non constante perseverantia . verum constantia potest esse temporalis et ipsa deficiente nomen per-
c. 57 b. dit . perseverantia vero in solo fine sue denominationis ‖ summit vocabulum . unde solet dici quod in exitu anime perse-

(1) *Segue* per se *cancellato.*

Digitized by Google

Or guarda tu che vuo sua gratia avere
desta donna la forma
chella sola cinforma
la via cha tutti comanda tenere

norem illi, quem non primo probaverit, non dat firmum . ℂ Tu igitur qui eius gratiam desideras obtinere, huius domine formam conspicias . ℂ nam sola eadem nos informat ad semitam, per

verantia baptiçatur . cum perseverantia in eo qui deficit in via dici non possit . Unde dicit decretalis quod indecens est omnino prius solvere militie cingulum quam cedat victori adversitas preliorum . extra de renuntiatione licteras . Et frustra velociter currit qui prius quam ad metas perveniat deficit de penitentia distinctione .iij^{a}. in causa . Istam perseverantiam in figura infra in ultimo libri huius cum clauditur liber adduxi . Et pingitur in consummatione quarundam scalarum coronata et cum lilio in manu ad denotandum quod solum ex facti cuiusque fine coronatur ex lilio autem gaudium quod perseverans optinet nuntiatur . unde quandam diffinitionem que predictis et figure conveniat tolle modo si placet . Perseverantia virtus est que gloriam in actu boni suscipiens solo finis termino formam habet . Et de hoc habes regulam supra parte precedente documento .v^{o}. regula .iiij. (1) De fortitudine vero dicit Macrobius libro primo fortitudinis est animum supra periculi metum agere . nilque nisi turpia timere fortiter tollerare adversa ut prospera . hicque adiunge totum et quicquid habes infra in principio patientie parte .v^{a}. quia patienter tollerare fortitudinis est . De aliis vero de quibus supra fit mentio habebis plenius locis suis De istis tamen tribus fortitudine matre et constantia filia et perseverantia constantie filia cum una sine reliquis esse nequeat decebat hic spetialiter pertractari . Sed ad constantiam redeuntes que huic parti specialiter adaptatur tibi dare intendimus diffinitionem quandam ipsis ad figuras et veram intentionem conformem . Constantia est animi quedam stabilitas quam nec placita nec adversa commutant . unde vere fortitudinis filia est de qua in moralium dogmate, fortitudo est impetus retundens impetus adversitatis . de ista

(1) *Il numero è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

c. 57 b. Quattro son quelle cose principali
che dalo incepto bene
rompon chi non si tene
e fannol dar molte (1) fiate amali

c. 57 b. *quam* ‖ *imperat nos ituros* ℭ *Principalia quattuor esse constat, que ab inquohato bono removent inconstantem, faciuntque illum, sepe vitiis inherere .*

fortitudine confisus amor infra in fine ubi librum claudit eam sibi vocavit in sotiam et ibi eius figuram armatam invenies ut notentur que in dictis suis diffinitionibus describuntur dixerunt aliqui quod fortitudo et constantia idem erant licet nominibus differentes . quod obmictentes ad presens de secundo breviter videamus ut de huius effectu constantie de quo dic quod ex eo sequitur hominis status et securitas et tuitio (2) et munditia et ..... et quo ad deum salvatio . laus et fama in terris et premium in excelsis . Tertium explicandum sequitur ut de forma . de qua diligentius videamus addentes et intermiscentes significationes et habitus aliarum
c. 57 c. quattuor circumstantium figurarum ‖ Sed redeas supra ibi ad .ℨ. *nam sola etc* . et dic quod iste .ℨ. verum dicit Nam siquis bene perpenderet et consideraret figuras premissas digne ac plene videret quid constantia ista sit . licet unum iiij^{um} de hodio sit (3) obmissum de quo infra dicetur eodem prohemio . et causa quare . *principalia etc* . prohemium est ad sequentia . *potentie etc* . summe hoc pro omni terrena potentia (4) munere ac re que posset offerri . *Mine etc* . licteram istius .ℨ. summe pro omni violentia conditionali que alicui posset fieri non pro impulsiva que non ligaret violatam . *blanditie* hoc accipe pro omni adulatione laude ac similibus que possent movere . *ac benivolentia etc* loquitur de inordinata benivolentia qua quidam rogati sepius aconiuntis se ad illicita trahi sinunt . ut verbi gratia veniet ad te filius nepos vel alius et de aliquo faciendo illicito te rogabit et si negaveris . insistet dicens certe istud omnino fiet . et si dicas peccatum est , dicet et quomodo non faceres propter
☞ me peccatum et similia . Iste vero bene poterat comprehendi sub illo de blanditiis et adulationibus . Sed quia

(2) tuitio *leggo non senza una grande incertezza.* (3) *Segue una* h *espunta.*
(4) *Il ms.* potententia.

Digitized by Google

Proferte di moneta odi potença
minaccie con paventi (1)
e poi lusingamenti
e non ben ordinata benvoglienza (2)
Lo primo rapresenta quel dal grembo
secondo quel chamena
terço in sonar sua pena
quarta (3) che straccia asecurança illembo .

℄ *Potentie oblatio vel monete* ℄ *Mine cum favoribus seu metus impulsu* ℄ *Blanditie* ℄ *Atque benivolentia debiti ordinis, ritu carens* ℄ *Primum ille cum gremio representat .* ℄ *Secundum alius qui cum ense minatur* ℄ *Tertium qui sonando exprimit penam suam* ℄ *Quartum que*

quartum de hodio quod ponitur .xj^{a}. questione .iij^{a}. ubi dicitur quattuor modis humanum iudicium pervertitur timore dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus . cupiditate dum premio animum alicuius corrumpimus . hodio dum contra quemlibet adversarium molimur . Amore dum amico vel propinquo prestare contendimus . et sunt verba gregori, non videbatur bene convenire tractandum ad actum domine istius legentis . fuit facta divisio memorata ℄ Sed nunquid est defectiva dicta divisio propter istud, dicas quod non . nam si dicta domina timore mortis aut predictis tribus aliis non movetur ad vetita, credendum non est quod (4) hodio alicuius ad illius placendum adversario moveretur . vel etiam ad nocendum illi homini quem hodiret . Item et alia ratione non enim propter minas istius irascitur . sed non curans ad lecturam suam intendit . Item et alia ut cum omnes istos contra suum petentes honorem, videat sicut et cupiditate amore vel formidine non movetur, ita nec eorum hodio deserit (5) id quod agit ℄ Item possemus dicere quod quidam occiderat patrem constantie cuius illa puella que limbum scindit, erat neptis . ℄ fuit preposita constantia ad iudicandum in terra aliena ad quam fugerat occidens ℄ venit ad eam

(1) *B* compaventi (2) *B* benvolglença (3) *Corretto qui, come pure in B da* quarto (4) *Segue* etia *espunto.* (5) *Segue* q *espunto.*

Digitized by Google

Essa vogliendo (1) il suo nome seguire
di tutti non curando
legge chinata stando
armato al quor che ben sai che vuol dire
Porta di donna vedova sua veste (2)
per chio opiu trovata
fermeça (3) in vedoata
e son allei tay (4) vertu piu richeste

limbum securitate dilaneat . ℂ Ipsa siquidem nomen suum desiderans immitari de singulis non curando legit capite inclinato ℂ Cor vero suum, armatum congerit . quod quid significet non ingnoras ℂ Vidue quoque domine defert vestem ℂ Nam maiorem in vidua reperij firmitatem . ℂ Nec non et amplius ab eadem, virtutes huiusmodi requi-

neptis et petebat ut suum quia poterat occidi faceret inimicum ℂ constantia videns quod hoc iure non poterat, eius precamina quamvis illum haberet hodio non admisit ℂ quoniam extra teritorium ius dicenti non paretur impune . ℂ Procedamus ammodo magis ultra . Et tolle licteram illam testus ***primum ille etc*** . cum .ℨ. sequenti et tertio et quarto usque ibi *Ipsa siquidem etc* hic redit ad tractandum de ipsa figura constantie et dic *de singulis non curando* scilicet de dictis singulis quattuor . *legit etc* . Notemus hic nos omnes scolares quod cum nostras repetimus lectiones nichil est quod nos ab eius meditatione debeat removere . *cor vero suum etc* . Actende quod si cor tuum armabis constantia et virtutibus contra vitia tunc leges ut dictum est alia non curando . de armatura ista satis superius habuisti parte prima documento .v°. ibi ubi de virtute tractatur in genere ac figura eiusdem . *vidue etc vestem* rationes sequentis lictere satis probant talem huic convenire vestem . Sed lictera ipsa scilicet ℨ *nam maiorem* (5) cum duobus sequentibus paragraphis inducit ut inquid garagraffulus gribolus suspictionem nisi aliter exponatur . Nam si lictera ista esset amoris plana esset quia ipse omnia

(1) *B* volgliendo (2) *In B corretto da* vesta (3) *B* fermecça (4) *B* tai
(5) *Nel ms. non è sottolineato.*

Digitized by Google

Si come (1) pienamente intenderanno
color che sranno degni (2)
passar per glialti segni (3)
se qui le chiose apunto leggeranno (4)
Or le dirai (5) tu questo non el modo
di venir damor servo
risponde io non reservo
chamor non serve chi vil segue nodo

runtur ℭ *Ut plene intelligent, qui per signa transire, tam magnifica merebuntur . si glosas actente legerint in hoc loco* ℭ *Tu forte igitur illi dices, hic penitus non est modus, per quem amoris efficitur quisquam servus .* ℭ *Respondet ipsa non ta-*

novit . ergo si maiorem reperiit in vidua firmitatem potest constantie recte vestem adaptare vidualem . Sed ista non est lictera amoris sed prohemiantis ℭ lictera autem sequentis .ℓ. *nec non etc* bene procederet in utroque quia ex eo quod a vidua virtutes huiusmodi maxime requiruntur ℭ non obstat si alique reperte fuerint minus fortes . Sed quia alius *ut plene etc* dicit quod hec intelligent qui per tam magnifica signa transire merebuntur si glosas actencte perlegerint ideo Tu qui reputas te mereri et verum sit, adtende quod loquor . Et redi supra ad licteram illam *in vidua* et dic michi ℭ que vidua fuit illa in quam prohemians hanc reperiit et quam reperiit firmitatem ℭ dico tibi et clare ℭ fuit quedam vidua et est, que non erat vidua ℭ tacta erat sed intacta ℭ virgo erat nec illius virginitas nossebatur ℭ Caruit Marito ℭ maritum habebat ℭ Excellebat prudentia, mulieres ℭ et terrenas eloquentia creaturas ℭ Armatura cordis eius pelvea et inexpugnabilis erat, ut sagitta cuiuslibet que traheretur in illam se retro converteret ℭ Capilli sui aurei semperque velati . ut ex modico circa aures, spetiositatem colligeremus illorum ℭ Oculi adeo propter honestatem eius, tenebantur depressi ut vel quod in illorum splendorem inspicere non auderem, nunquam cuius coloris extiterint, plene comprehendere potuissem ℭ Causabant quoque in astantium animos desiderium ad virtutes ℭ et ..... (6) eius

(1) *B* chome (2) *B* dengni (3) *B* sengni (4) *B* appunto legeranno (5) *B* lediraj (6) *Una o due parole che non riesco a leggere; la copia ha* appropinquans*: io vedo soltanto* ap.....qu....

Che quando ti vedra fermo econstante
e serai ordinato
come (1) ti fia mostrato
dallaltre donne che verranno alquante

ceo, quod qui vile nodum sequitur hic non servit amori . ℂ *Nam cum te firmum viderit et constantem, et fucris ut tibi a quibusdam dominabus que venient aliis, mostrabitur ordinatus, te sue fa-*

inimica erat fugientibus viciosis ℂ Munda candida eius integra facies et confortans ℂ cuius per ordinem singula recitare, fas
c. 57 d. homini non existit ℂ Collum eius et pectus coperiebat || honestas ℂ et usque ad pedes tuta mirabilis placibilitas apparebat . ℂ pedes cuius nunquam ab aliquo visi sunt, sed ab homine visi erant ℂ Manus cum librum legeret videbantur, quarum tanta preclaritas refulgebat, ut eius inibi non presente statura, vel melius existente invisa, magis ad alias natas omnes, suavissimus haberetur a gentibus et invisus habilis status harum ℂ Erant actus eius, sermo, motus et gestus, omni modestia, ordine ac virtute dotati ℂ hanc curialitas commitabatur in licitis ℂ hanc honestas intulit in excelsa ℂ In hac pietas ad mundos, severitas ad adversos ℂ hec amori subdita ℂ indigne amantibus inimica ℂ tentantes despiciens ℂ munera pellens ℂ violentos non metuens, per platee medium cinta decoribus, sotiata munditiis, sepius sine excessu veruntamen incedebat ℂ cumque semel per noctis tenebras accenssis faucibus cereis ambularet, et ex casu qui opportunitatem non minimam continebat, et ventus fauces extingueret, eius soli radij remanentes, ei et sotiis clarum aditum induxerunt . et mirate sunt gentes secum, nunquam postea de miraculis titubantes ℂ Hanc ego vidi oculis meis et video ℂ Et quesivi diu fieri minimus servus eius ℂ quod cum non merer, optinere nequivi ℂ Et transiit dies et nox ℂ Et anni tempora ℂ et annorum multorum ℂ Et ambulans per anfractus varios, dubios et perversos, querens hanc invenire non potui nec videre ℂ Miraris igitur puer si loquor quod in hac reperij firmitatem . ℂ Sequitur alia lictera que talis est *tu forte etc* . Modo inducit istud prohemium quandam questionem que fieri posset per aliquos qui forte dicerent omnia ista que significant figure que circa con-

(1) *B* chome

Digitized by Google

El ti fara conoscer sualteça
et ancor troverrai
se le chiose leggerai (1)
su nel principio assai di sua grandeça c. 58 a.

ciet altitudinis non ingnarum ¶ *Invenies etiam si plene* ‖ *superius, circa principium glosas perlegeris, de magnificentia sua multum .* c. 58 a.

stantiam presentantur . sunt nostre intentioni contraria eo quod Amoris natura est coniungere non disiungere ¶ Respondet et bene in .ℨ. sequenti per cuius licteram collige . quod isti circustantes volebant trahere constantiam ad illicita ipsamque ab amoris divini gratia removere ¶ Unde nota quod qui vituperare desiderat, iam non amat, ut supra satis in glosis principalis prohemij habuisti et supra etiam parte secunda documento secundo ad plenum . *Nam cum etc* . rationem et spem offert hiis qui bene desiderare voluerint . *dominabus* loquitur de partibus sequentibus huius libri et maxime de parte sequenti que te (2) instruit quid velle habeas de amore . *Invenies etc* remictit te finis istius prohemij ad glosas loquentes de constantia super eodem prohemio vel dic quod refert se ad glosas principalis prohemij de amore loquentis in principio libri huius . et tunc dictam licteram altitudinis referas supra ad licteram illam .ℨ. respondet, ibi, non servit amori . ut de amoris altitudine prohemium hic loquatur Sequitur de quarto videre quod infra proximo documento reservo . (3)

Hic primum etc . Istud documentum est primum partis huius constantie et usque ad .ℨ. expedit prohemium est . de inde incipit premictere de quibus tractare intendit que videas loco casus postea videamus expositionem ad licteram descendentes (4) *Expedit enim etc* . Hic inquid hec domina carissimi ite plane Ante quam licteram exponamus ¶ intendimus vobis aliqua recitare que accepimus ab amore ¶ Sed ante quam describantur hic ea que ista domina recitavit, quero qua-

(1) *In B la seconda* e *è aggiunta sopra.* (2) *Segue* ind *cancellato.* (3) *Da* Sequitur *in poi su rasura. La cosa è specialmente notevole perché probabilmente il Barberino aveva scritto*: Sequitur ammodo de primo huius partis documento videre *o qualcosa di simile, dimenticando di trattare della quarta cosa, che è costretto quindi a riservare al prossimo documento; il che proverebbe che il commento è stato scritto di getto e per la prima volta in questa copia.* (4) *Il ms.* descentes

Digitized by Google

DOCUMENTUM PRIMUM SUB CONSTANTIA

Qui si conincia (1) il primo documento
per la chui (2) contenença
ti fara provedença
veder daver di costei fermamento

PRIMUM

Hic primum ponitur documentum, ex cuius continentia providentia te istius videre faciet firmamentum ¶ *Expedit enim tibi, hec in*

liter ipsa venit ¶ et cuius vestis eius erat coloris ¶ dixisti enim tantum modo vidualem . et cuius etatis similiter erat illa ¶ Respondeo non credas eam venisse ut superius picta est ¶ nam
c. 58 a. hic venit lectura nobis (3) ‖ nec molestantibus illam . ¶ Ibi autem habet contrarios circa se . ¶ Venit igitur super se stans ut doctor ad discipulos, et in cathedra sedens legit . ¶ Vestis eius nigri erat coloris ¶ nam cum vidualis supra dicatur, et viduam deceat (4) mortem viri dolere, hunc colorem elegit ¶ Etatem .xxx. annorum habebat ¶ non quod in omni etate sciente ¶ non debeat esse constantia, sed quia in hac solet incipere magis esse . ¶ Velum capitis, quod non queris, facit ad vestem . cum deceat viduam esse velatam . ¶ Nec queris cur mantellum non habet . ¶ ut possit facilius impetus adversitatis tollerare ¶ Nosti enim quod armatus mantellum non gerit si dubitat ¶ Et ad verba constantie redeamus que talia fuerunt ut sequitur
☞ ¶ Annis .xliiij^{or}. Regnavit Nabucchodonosor in etate scilicet v^{a}.
novum ¶ Sub hoc claruit Sibilla cumana, et Eçechiel propheta ¶ horum tempore contigit, subditam Regi, anno regni eius .xii^{o}. Analachiam, spetiosissimam (5) mulierum, quam cum virgo esset, longo tempore fecerat rex tentari, maritum accipere nomine Candisertes ¶ Misit rex ad illum, et ad suam fecit presentiam evocari ¶ cui ait ¶ quomodo ausus es, tu hanc in tuam accepisse mulierem, ad quam regalis amor tam longo tempore anelavit ¶ qui respondit ad Regem ¶ Magis de regia rectitudine confidebam, quam de amoris eius inordinatione diffiderem, ¶ Istud

(1) *B* Quj si comincia (2) *B* chuj (3) *Segue* nec *cancellato.* (4) *Il ms.* dececeat (5) *Il ms.* spetiosimam

Digitized by Google

Convienti aver con teco in compagnia (1)
di coraggio grandeça
di proposito fermeça
credença di durar contra (2) chi sia

tua sotietate conducere . ℭ Magnanimitatem utique cordis tui ℭ Propositi, firmitatem . ℭ Durare posse credere contra quem vis . ℭ Nitidam

etiam ingnorabam, quod licitum est lege vestra (3), vestro felicissimo imperio displicere . ℭ hoc summe Rex ammodo ita est . dignetur igitur regalis clementia, nolle improbare quod licite factum est. ℭ Quamvis autem rex erubuisset ex istis, quia tamen rationem furor libidinis superabat, seque victum a subdito quodammodo verebatur, iussit eum die sequenti tertia, redituru̇m, et nemini (4) revelaturum premissa . ℭ Ivit domum Candisertes et omnia nichilominus nove revelavit uxori . ℭ Que (5) ait ad virum ℭ poterit Rex Analachie corpus corrumpere, sed non mentem ℭ poterit te occidere sed non digne, ℭ nec etiam corpus meum sine magno impetu et populi scandalo violabit ℭ Tunc ait vir iste ad eam, quid dicis, ℭ nunquid si me velit rex tuam immunditiam consentire, Alioquin mortem pati me velis a morte liberare . ℭ At mulier dixit ℭ Et si pro mea integritate servanda, corpus proprium traditura sum morti, tuum quomodo liberabo . ℭ venit quippe termini dies et accessit homo iste ad Regem ℭ Cui Rex inquid ℭ decrevimus tuam insaniam tollerare ℭ Sed ammodo te huius mulieris amore in nostris exercitare negotiis, et familiarem habere . mulierem quoque tibi dimictere, postquam tuus novit sermo nos vincere ℭ Scimus quod si te ad alios micteremus forsitan dubitares ℭ sed ecce novimus te prudentem et cautum ℭ vade ad Eçechielem ex parte nostra, et dicas quod nobis velit dare responsum ℭ quod est dulcius inter comune bonum et privatum ℭ et nichil aliud sibi dicas, et da sibi a respondendum tres dies, quibus ab eo discedere non sis ausus ℭ postea recepto responso reporta . ℭ Et dirige te ad eum nemini antea verbo dicto ℭ Erat quidem homo iste simplex et rudis ℭ timuit quoque Analachiam previdere ℭ ac transtulit se ad huius observantiam iussionis . ℭ Nocte sequenti fecit rex tubas et singula curie instrumenta elevari per ter-

(1) *B* compangnia (2) *B* comtra (3) *Segue* sub *cancellato.* (4) *Segue* rele *cancellato.* (5) *Segue* ad *cancellato.*

Digitized by Google

La conscienҫa (1) netta aver emonda
in hodio ogni (2) viltate
possider securtate
e spesso patienҫa tasseconda

gerere conscientiam atque mundam . ℂ Et omnem hodio vilitatem ℂ Securitatem similiter possidere ℂ Sepeque patientiam exercere . (3) *ℂ Convenit*

ram . et cum essent prope habitaculum mulieris, hanc rapi per alios et invitam conduci, ad thalamum singularem ℂ Et ait illi ℂ Mulier cur ad regem tantum dominum tuum, te sic asperam reddidisti ℂ Respondit illa lacrimabili voce sua ℂ Ni-
c. 58 b. chil feci, quod facerem si me tua non violen ‖ tia superaret ℂ Tunc rex dixit . Rogo postquam te cum tanta constantia tenuissti (4) voluntarie reducaris ad velle, quod evadere iam non posses ℂ At illa dixit quomodo potest ad velle reduci que spoliata est velle ℂ pone me in platea populi et restitue michi virum, et tunc verbis regiis respondebo ℂ credebat enim hec virum carceri deditum vel occisum ℂ Respondit Rex virum pro nostris factis ad Eçechielem transmisimus, quem tuo ammodo amore proponimus multis favoribus honorare ℂ Tunc illa dixit, Non decet regem, subditos promovere volentem a talibus inquohare ℂ peto a te terminum ad deliberandum in crastinum, utrum velim me voluntarie consentire ℂ Timuit namque rex, ne medio tempore vellet se forsitan trucidare ℂ negavit hunc terminum ℂ tunc mulier replicavit ℂ Si me velis in vitam, ecce me habebis occisam ℂ et traxit gladium quem secum tulerat de vagina, dicens ℂ primum me feriam quam me sinam ℂ curabat rex quomodo servi gladium illi subtraherent ℂ hec se trahens in partem, in neminem sed in se solam, minabatur impulsum ℂ Sicque rex terminum dedit illi ℂ medio tempore ne se interficeret ut erat possibile custodite ℂ Sequenti mane cum sibilla predicta, esset in terra illa, ex casu, et nocte precedente artes suas iactasset, et previdisset hunc casum, decrevit ire ad prandium cum hoc rege ℂ Ac discumbente illo cum suis in publico, inquid illa ℂ peto Rex audiri ℂ et silentium positum est in palatio suo toto ℂ Que Regem alloquitur in hunc modum ℂ leo cervam insequebatur

(1) *B* coscienҫa (2) *B* ongni (3) exercere . *su rasura.* (4) *D' incerta lettura.*

Digitized by Google

Convien talora non veder ne udire
comio di tutte queste
ti faro rime preste
per se ciascuna (1) lordine seguire .
Grandeça (2) di coraggio fue la prima
dela qual qui ti dico
ma gia non ti disdico
chassai ben seco potença si cima

autem te non audire aliquando, nec videre ℭ *Velut de singulis predictarum, rimas tibi affabiles preparabo, per se cuiuslibet ordinem prosequendo .* ℭ *Cordis quidem magnanimitas prima fuit, de qua hic principaliter tibi loquor* ℭ *Hoc tibi veruntamen iam non nego quod suum bene potentia colli-*

ut caperet . sed quia cum cervo illius (3) cerve sotio de novo confederationem inisset, hoc facere verebatur ℭ Rogavit cervum ad explorandam sibi predam incedere ℭ qui cum cervum ducere secum vellet, ait leo, hanc sine ℭ servabo enim illam illesam ℭ quia tecum omnem augere intendimus amicitiam et amorem ℭ cumque cervus ivisset, et exuruisset leo, inquid cerve, me edere te opportet ℭ Et illa dixit maius est tibi fidem servare quam ventrem implere ℭ leo licet inrationale animal cerve dictum admisit ℭ et cum illa insimul ad predam aliam se convertit . ℭ Nonne Rex leo hic commendandus est multum, et de contrario quilibet arguendus ℭ dixit Rex qui sibille prudentiam non ingnorabat, et verba hec intelligebat ex toto, in camera respondebo . ℭ tunc illa dixit promicte hic ergo in bene pro excellentia regia respondere . ℭ quod rex ob pudorem promisit ℭ Ad cameram postea venientes, dixit rex . ita . ℭ tunc illa dixit quanto ergo tu magis qui sic detines analachiam innocentem ℭ tunc Rex inquid, quis tibi dixit ℭ Respondit illa, quid queris populus totus clamat . ℭ dixit enim hoc ut induceret regem cum secretum esset hoc factum ℭ Tunc illius petivit consilium ℭ que respondit ℭ indue illam ad modum ancille mee, et sequitur me in domum suam, et ponam eam ad fenestram in habitu suo, et laudabit te populus universus dicens, mendacia erant contra regem nostrum, vivat

(1) *B* ciaschuna (2) *B* Grandecça (3) *Segue* sotio *cancellato.*

Digitized by Google

Ma per chora potença graça intendo
edi vertuti insegna (1)
questa parte piu degna (2)
aquella di presente non mi stendo
Quella grandeça (3) vuol esser si facta (4)
che non contra minori
opari over magiori
dimostri cio che di sua (5) força tracta (6) .

gatur ¶ *Quia tamen ad presens potentiam pro gratia hic resummo, Et pars hec dignior, de virtutibus dat doctrinam, ad illam me presentialiter non extendo* ¶ *Magnanimitatem illam, sic fore convenit ordinatam, ut contra quosquam homines se minores, pares etiam vel maiores, quicquid sue potentie fuerit non hostendat* ¶ *Nec summas* ‖

altissimus regum . ¶ Et factum est ita ¶ Astantes autem regi hec scientes, conformabant se dictis sibille, compatientes constantie mulieris . et liberata est ¶ quam ob verecundiam rex postmodum ammovit a mente et rediit demum vir, reportans inscriptis ab Eçechiel verba hec ¶ Istud non est consilium petere sed tentare . habet enim rex aliquid privatum quod comune non placeret . et comune aliud quod privatum displiceret (7) ¶ hiis auditis rex qui iam sic rem divulgatam putabat, extimans hec ad similia scienter esse responsa, erubuit ¶ et inquid viro . vade ad domum tuam et dormi in pace tua . ¶ qui veniens ad uxorem et omnibus hinc inde relatis, gauvisi (8) sunt simul ob letitiam complorantes ¶ videte inquid constantia quam grandem mulieris virtutem et quam diversis modis hanc ob virtutem iuvatam ¶ Et ad sequentem licteram redeamus . *Expedit etc* Ab hoc loco usque ad .℣. qui incipit *cordis quidem magnanimitas etc* . prohemium est ad sequentia dicit enim in istis de quibus tractare intendit et in dicto .℣. cordis redit ad primum . Igitur usque ad dictum .℣. nulla glosa ponitur quia de omnibus infra habebitur locis suis . Sed quia supra circa principium promis-

(1) *B* insengna (2) *B* dengna (3) grandecça (4) *B* fatta (5) *B* disuo (6) *B* tratta (7) *Il ms.* dispiceret (8) *D' incerta lettura.*

Digitized by Google

Ne for ragion alchuna far impresa — c. 58 b.
ma con deritto mossa
infinirla da possa .
lo ingiusto (1) blasmo mal fai se ti pesa
Paiati buona cosa com vuol grande
agevol e leggiera
cosi la non intera
disdegna (2) e fuggi che vilta laspande

aliquid prosequendum ratione contempta . ℭ *Sed* c. 58 b.
motum iure, fini studeas mancippare ℭ *De iniusta vero infamia, male facies si graveris* ℭ *Rem quamcumque grandem, levem et facilem, si bona extiterit, reputabis* ℭ *Sicque non integram quam expandit vilitas, fugiens dedigneris* ℭ *Insuper*

sum est dicere utrum hec pars pertineat ad partes alias libri huius et ad quas et quare huic parti preponitur et hoc fuit supra in fine prohemij reservatum, igitur antea de hiis dicas, quod ad partes singulas libri huius posset utiliter adaptari . sed huic parti que illum qui virtutes intravit vult esse constantem magis convenire videtur . quod probant sequentia et ambobus questionibus est responsum ℭ dic ergo ammodo de isto primo quod continentur in isto .ꝯ. cordis quidem magnanimitas etc . Et dic quod vera magnanimitas principem se esse mavult quam videri videtur autem magnanimus ut dicitur heticorum .iiij°. qui magnis se ipsum dignificat dingnus ‖ existens qui enim non secundum dignitatem id facit insipiens . c. 58 c.
Ac ibidem . Et nequaquam utique convenit Magnanimo fugere commonentem neque iniusta facere cuius enim gratia operabitur turpia cui nichil magnum . et que in eodem heticorum multa dicuntur et notatur supra de hoc parte prima documento .xx°. et facit ad magnanimum quod seneca inquid augmentum bene composite mentis est posse consistere et secum commorari . et facit illud quod de confidentia dicitur confidentia est ex virtute conscientie immotam mentem inter adversa sibi constare . et illud catonis constans et lenis ut res expostulat esto temporibus mores sapiens sine crimine mutat . et illa diffinitio perseverantie que habet

(1) *B* iniusto (2) *B* disdengna

Digitized by Google

Quando pur giuri oparli o exempli poni (1)
agran cose ti ferma
ecollovre conferma
impier promesse di facti e di doni (2)
Stando tra grandi fa ragion che sieno
huomini come (3) ybassi (4)
tuo quore assicurrassi (5)
in dir et in risponder chiaro e pieno

cum tu iuras, loqueris, vel exempla proponis, ad grandia te converte ¶ *Promissorum in factis, observantiam et in dictis, operibus confirmando .* ¶ *Fac cum inter magnates fueris, quod depressis sint similes rationem* ¶ *Nam ad clari et pleni, dictum pariter et responsum, cor ex hoc tuum, au-*

quod perseverantia est que virtutum perfectionem longanimitate perficiente confirmat animorum Et quia tam predicta quam infrascripta loquentia de constantia perseverantia confidentia fortitudine ac provenientibus ex fortitudine ad magnanimum pertinent ut in locis aliis leviter transeamus Audite aliqua que hoc loco intendimus colligare ¶ dicit tullius in sua rethorica ad herennium libro .ij. fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio eius partes magnificentia fidentia patientia perseverantia Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione cogitatio atque administratio . fidentia est per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiducie certe cum spe collocavit patientia est honestatis aut utilitatis causa verum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio . perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio Et agitur in libro de moribus ecclesie . fortitudo est amor facile omnia tollerans propter id quod amatur . Narrat vallerius libro .iij". de quodam claudo cui exprobatum fuit ab alio quod in aciem claudus descenderat . Respondit illi Sibi esse

de provenientibus ex fortitudine

(1) *B* ponj (2) *B* fatti edi donj (3) *B* chome (4) *I primi due versi di questa stanza sono scritti in B su rasura e poco leggibili.* (5) *B* assicurarsi

Digitized by Google

Ese tu dai mangiar odoni agente
fagli (1) ançi radi ebegli (2)
edonando castegli (3)
paiati quasi dato aver neente (4)

daciam consequetur ¶ *Quod si convivia gentibus feceris aut dona, rara hec potius fac et pulcra .* ¶ *Cumque castra donaveris, sit tibi credere, quasi*

propositum, pugnare non fugere quod claudus poterat facere . quidam phylosophus interrogatus cur barbam magnam portaret Respondit ut frequenter eam tangens me virum meminerim . et viriliter agam . Unde notabile est quod viri debent viri velle videri et non mulieres . In ista te fortitu- fides
dine potentissimum faciet fides nostra et amor iste divinus Unde apostolus ad ephesios .vj°. in omnibus summentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ingnea extinguere . Et illud ysaye .xl°. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem . Et seneca qui fidem perdiderit nichil retinet . Item faciet te fortem Spes de qua habes infra .vj°. parte sua per totum . ad quod magis facit superius dictum ysaye . Item miro modo te faciet fortem caritas que cari[tas]
est fons vivus cui non comunicat alienus . de qua Augustinus ubi est caritas quid est qui possit abesse ubi non est caritas quid est quod possit prodesse . Et idem habe caritatem et fac quicquid vis ex hac radice non potest procedere nisi bonum . Ideo dicitur appocalipsis .iij°. suadeo tibi emere aurum ignitum et probatum ut locuplex fias . Et Augustinus tolle invidiam et tuum est quod homo livor separat caritas vingit . Et idem ille scit quod patet quod latet in divinis codicibus qui caritate habet in moribus . ideo dicitur ecclesiastici primo dilectio dei honorabilis sapientia . Et Augustinus impius dulcedinem dei non sentit quia febre iniquitatis palatum admisit cordis sed caritas in omnibus ponit saporem de qua . Iohannes .iij°. qui non diligit manet in morte . Et bernardus quid mirum est quia regiam est virtutum, et absque illius imperio nulla potest movere pedem ad bonum . Et Augustinus quid times homo in sinu dei positus tu de sinu illius noli cadere quicquid ibi patieris ad salutem valebit non ad perniciem de qua dici-

(1) *B* falgli (2) *B* ebelgli (3) *B* castelgli (4) *B* niente

Digitized by Google

Fuggati dela mente il don che fai
quel che ricevi tieni
acconciar ti convieni (1)
non pur adar ma siriceverai (2)

nichilum donavisse ℭ *De mente itaque tua, donum fugiat a te factum* ℭ *Illud tamen quod recipis, retinebis* ℭ *Decet te preterea, conformari, non ad dandum tantummodo, sed ad recipiendum*

tur in ecclesiastico .xxiiij°. flores mei fructus honoris et honestatis Ideo dicitur canone ultimo . Si dederit homo totam substantiam domus sue pro dilectione quasi nichil despiciet eam . Et ecclesiastici .xl°. sol in meridiano exurit terram . idest caritas terrenitatem de cordibus hominum expellit . Item iustitia reddet te fortem proverbiorum .xx°viij°. leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum idest iustus de ista iustitia habes infra plenissime parte sua Item patientia superius allegata . proverbiorum .xxx°. ibi patientia magna fortitudine te armabit . Et facit ad quod de iustitia dictum est illud proverbiorum .vij°. iustus quasi leo confidens absque terrore erit . Item continentia et castitas reddent te fortem iuxta illud proverbiorum ultimo Accinsit fortitudine lumbos suos et roboravit brachium suum idest voluptatem restrinxit carnalem . et fortiter operata est unde dicitur luce .xij°. Sint lumbi vestri precinti precontinentia et lucerne ardentes in manibus per bonam operationem de hiis superius dictum est parte .ij. documento .iiij. Item humilitas reddet te fortem iuxta illud ysaie .xl°. qui dat lasso virtutem et hiis qui non sunt fortitudinem et robur (3) multiplicabit de qua habes supra secunda parte primo (4) Item perseverantia te fortem reddet iuxta illud Iob .xvij°. tenebit Iustus viam suam et mundis manibus addet fortitudinem scilicet perseverantie dicitur de caleph Iosue .xiiij°. in me illius temporis quando iuvenis eram fortitudo usque hodie perseverat tam ad bellandum quam ad gradiendum . de qua perseverantia etiam superius circa huius partis principium habuisti et habes in fine ultime partis libri figuram et de caritate de qua supra fit mentio habebis

iustitia

patientia

continentia

humilitas

perseverantia

(1) *B* ticonvienj (2) *B* siriceveraj (3) *Segue* fortifica *cancellato.* (4) primo *è ripetuto.*

Digitized by Google

Se tu fai poco perchel piu ti manca
extima pur che sia
grande ben quanto dia
ben fa chi tosto del posar si stanca .

quandoque . ¶ *Si modicum feceris, ob carentiam amplioris, extima grande fore, in quantum convenit, nichilominus quod est factum .* ¶ *Is denique, qui de quiete cito conqueritur, est laudandus .*

etiam infra in parte innocentie aliqua et aliqua supra in glosis prohemij habuisti . sequitur alia lictera *potentia colligatur* . quid vult dicere || ista lictera dicas nobis libenter . c. 58 d.
et vide quod loquitur tam de rerum potentia temporalium quam viribus corporis que etiam temporales existunt accedit ad hoc illud Salomonis , in ecclesiasten .vij°. utilior inquid est sapientia cum divitiis et magis prodest videntibus solem . vel dicas quod ista lictera extenditur ad omnem potentiam temporalem de qua habes infra in uno ex .v. templis spei adhibitis parti .vj°. *Quia tamen etc* . et ista lictera est declarativa precedentis *Magnanimitatem etc* lictera istius .§. si notata superius et remissiones conspicias . est glosata . et ipsa eadem glosa esset aperta et bona . *nec summas* bonum consilium est magnam enim victorie partem habet qui suum fundat propositum ratione . de quo latius habes supra parte .ij°. documento .iiij. *Sed motum iure etc* . motum autem non iure deseras *de iniusta etc* . quia malo- 51
rum laudes bonorum sunt descensus de hoc plenius dictum est supra parte prima documento .iiij. § Unde *Rem etc* . hoc quod ponitur in hoc .§. specialiter ad magnanimum pertinere probatur . *Sicque etc* . ponit rem contrariam . *Insuper cum tu iuras* nota (1) dicit cum tu iuras idest cum tibi iurare licet de quo dictum est supra parte prima documento .xvij. in magna glosa . vel dicas quod loquitur illis qui habent in consuetudine iurare quibus dicit quod 102
cum iurant vel exempla proponunt ponant se ad magna non ad vilia ut de hiis plenissime supra parte prima documento in magna glosa . *promissorum etc* . iuxta illud de quo sepius dictum est scilicet quod promiseris indubitanter fa- pac[ta] serva
cito . et quod lex dicit in persona pretoris pacta servabo . et

(1) *Il ms.* no

Digitized by Google

DOCUMENTUM .IJ. SUB CONSTANTIA .

Vien lo secondo di fermo proposto
del qual ti parlo breve
che fermo ognun star deve
su quel cha giusto (1) elicito composto .

.IJ.

Venit de firmo proposito nunc secundum . de quo te alloquor brevitate ℭ Decens est siquidem, in eo quod iustum et licitum, proposuerit

extra de pactis . dicit decretalis qualiter . quod (2) studiose agendum est ut ea que promictuntur opere compleantur et hic intellige de bonis promissis non de malis nam pactum turpe vel rei turpis aut impossibilis de iure vel facto nullam obligationem inducit . de hoc vide finem decretalis extra de pactis pactiones et que ibi notantur in glosa . *fac etc* . hic obicitur quod istud videtur superbie consilium . Sed si sano modo intelligas consilium bonum est nam hic non loquitur intentione ut alios vilipendas sed vult dicere si tu extimas astantes minores intellige quo ad scientiam eris securior ad loquendum . Sed non credas utile ob securitatem talem minus caute in dictis procedere . et istam intentionem
de conviviis bene indicat sequens .ℨ. nam ad clari etc . *Sequitur quod si convivia etc* . istud propter hoc dicit quia melius est quid honorabile semel peragere quam in frequentibus actibus sepe deficere . unde dominus Iohannes de bransilva dicebat quid de hiis referrimus qui de castaneis suis multa parant convivia . Et dominus Raymundus de Andegavia dixit Sint amice dona tua convivia et verba rara et bona quia in rebus frequentia sepe claudit virtutibus famam . Et isto modo
corrig[e] intelligere potes licteram catonis raro convivare . Super ista lictera occurrit michi aliquid recitandum quod forte melius stetisset supra parte prima . documento .viij. ibi ubi de ordine mense tractatur . Et attende aliquantulum amore mei dabis prandium uni viro maiori pari vel minori . et cum fueris in ordinanda mensa tu dices precedas dicet ille non de-

(1) *B* iusto (2) *Segue* ea *cancellato ed espunto.*

Digitized by Google

Sul mal fermato e gran parte dilei (1) c. 59 a.
mutar in ben tuttora
che tu non eri allora
quando fermasti mal , punto collei

quisque homo, illum ‖ penitus permanere constantem . ℂ Mutare semper etiam, quod aliquis male noscitur firmavisse in bonum, pars non minima est ipsius ℂ Nam cum iniquum firmasti . tunc non erat aliquatenus ipsa tecum . c. 59 a.

cet precedas tu vel alium micte et dices tu In domo mea debes facere quicquid volo cum fuero in tua tunc faciam quod volueris vel similia verba et ita de aqua et de aliis ad que aliqui preferuntur simili modo . Or ego dico tibi quod iste modus meo indicio vitium continet in se magnum . nam si est maior tuus te illi in loco aliquo imperare non decet . Si est par tuus non te decet hunc hostendere te minorem . si est minor hoc casu mense, debes eum facere parem tuum . et nulli eorum per consequens imperare . Videtur autem non solum imperium sed violentia quedam per verba illa . cum es in domo mea etc . de minori autem non intelligas subdito quia tunc posset tibi si velles hoc licere . Sed ate quero que via in casu huiusmodi sit tenenda . Respondeo, quod cum dixeris precedas et par vel minor non subditus dicat immo vos vel ille , poteris dicere . Modo quia estis in domo vestra debetis ex curialitate condescendere ad voluntatem meam . cum autem ego fuero in domo mea quam vos habitatis tunc ego ‖ faciam velle vestrum . et similia c. 59 a.
verba . vel alias brevius . quia modo estis in domo vestra ubi potestis quod vultis facere curialitatem facitis si condescenditis votis meis . Idem intelligas cum aliquis dicit tibi ecce volo obbedire vel facere velle vestrum in domo vestra . Replica incontinenti immo quia estis in vestra decet vos hanc curialitatem facere . De majori autem hiis servatis suo modo humilius suadeas ei et addas domine ita decet in omni loco ne dum in ista domo vestra vos preesse . Admodo ad licteram redeamus que talis est . *cumque castra etc* . et istud ad magnanimum pertinet unde Massenius Magnanimi magna pars est in multitudine ac magnitudine factorum

(1) *B* diley

Digitized by Google

DOCUMENTUM .IIJ. SUB CONSTANTIA

Mo toglil terço del durar credença
ai afar (1) con alcuno (2)
guarda cheglie huomo uno
e dele vie chel pensa ai tu potença

.IIJ.

Nunc tolle tertium, de fiducia reservanda . ℭ Habes cum aliquo forte brigam, illum cogita virum esse . ℭ Et de hiis que ipse quesierit

obsequiorum magis letari quam in cumulatione thesauri . vel alterius magne rei . *de mente etc* . ad licteram istorum sequentium duorum .⁋⁋. facit quod alias superius dictum est scilicet quod lex beneficij inter duos hec est quod alter statim debet oblivisci dati alter vero semper memor esse accepti beneficij . et verba sunt senece de beneficiis . *decet te etc* . et huius .⁋. lictere habes testum quasi similem et super eo glosam superius parte prima documento .xvj. ⁋ hoc est . *Si modicum etc* bene loquitur nam nemo ultra posse tenetur regula est . et qui facit quod potest satis facit et qui violat posse suum prodigus est . *qui de quiete* iste .⁋. non videtur pertinere ad istam partem et etiam de hoc dictum est supra in parte .ij. documento primo . in glosa . dicas quod ideo hic replicantur hec verba quia magnanimi est parum quiescere semper vigilare ut crescat et grandia faciat . ⁋ Modo revertere supra . in fine glosarum prohemij et serva quod promisisti videlicet hic tractare de (3) quarto, quare scilicet ista constantia huic parti potius adaptetur et utrum ad alias pertineat et ad quas de quorum primo sic dicas quod novum factum per primam partem et indutum veste virtutum per secundam decet constantie commendari que tertia presens pars est ut non divertat sed perseveret in habitu tante vestis et actu bono . de tertio dic quod licet hic ob predicta decentius collocetur potest si recte consideres ad partes singulas porrigi libri huius quod quia planum est non intendo hic amplius dilatare . Sequitur secundum huius partis documentum .

(1) *B* aiafar *con la seconda* a *aggiunta sopra.* (2) *B* alchuno (3) *Segue* .iiij°, *cancellato.*

Digitized by Google

Poi fa ragion chel non saccia ituoi tracti (1)
senon come (2) sai tue
le contenençe sue
ma sempre guarda chesso non ti matti

potentia inest tibi ℭ *Post modum fac quod tuos tractus is nesciat, rationem . nisi in quantum tu continentias noveris ipse suas .* ℭ *Semper ut te non superet nichilominus attendendo* ℭ *Si autem*

Venit etc . Istud .ij. documentum facit prohemium usque ad .ℨ. primum . deinde insumma dicit quod in bono perseverare proposito laudabile est . secus in malo . de hiis siquidem que hoc documento dicuntur licet lictera clara sit et bona tamen habes notatum ydonee de ista materia supra parte secunda documento .vº. regula (5) et in locis ad que ibidem remicteris . et exponens licteram ibi supra pars non minima est ipsius et dic ipsius scilicet constantie et ibi in fine ubi dicit ipsa tecum scilicet constantia tecum . Sequitur .iij. documentum quod tale est .

Nunc tolle etc . istud tertium documentum loquitur de consilio confidentie possidende, providentia non obmissa . *virum esse .* ista lictera et sequentis .ℨ. se ipsas (4) glosant et quia hec sunt magnanimi igitur te inducit ut te confidas et si non maiora saltem illa posse que tu potes et hoc facit ut cordis vilitas non te vincat si contrarium forte credas nam in talibus contra inimicos confidentia multum prodest . Sed quoniam ob securitatem providentiam negligere magnum noscitur in se habere periculum igitur bona lictera sequitur in .ℨ. sequenti ibi Semper etc . *Si autem etc .* Modo convertit se ad consilium eligendum cum tibi est potentior inimicus *quibus potes* quasi dicat melioribus quos invenis tempore ac casu consideratis *tuisque parcas* Istud vult dicere ut cum habes guerram cum pluribus ne contra te omnes se ligent tuque non deficias ob multa ..... cum eisdem ‖ et si non cum omnibus cum honore tuo valeas concordare cum hiis saltem concorda quos ad te revocat maior honor . quod

de consilio con....

c. 59 b.

(1) *B* tratti (2) *B* chome (3) *Lacuna nel testo.* (4) *Corretto da* ipsam

Digitized by Google

Seglie (1) di senno edi gente possente
piu chel tuo convenente
accosta con chi puoi (2)
perdona aglialtri tuoi (3)
nemici chai ofa triegua in presente

iste, tuo est posse gente potentior, atque sensu, quibus potes adhereas . tuisque parcas aliis inimicis . vel treuguam inias cum eisdem . ℂ *Nec dormias*

si nullum ad pacem admicti patitur commoditas aut honor tunc saltem cum hiis qui voluerint treguam inias temporalem . *Nec dormias etc* . Ista in guerra dico sollicitudo multos preire facit qui defectu potentie sepius deficere possent . de ista sollicitudine habes supra parte prima documento xxij .ℨ. ad hoc . *nam ipse etc* . nunc assignat rationem tam ad confidentiam quam sollicitudinem impendendas . *Si tamen etc* . istius .ℨ. lictera et sequentis totum dicunt ut minorem vilipendens providere undique non contempnas Istud enim licet aliqui dicant leonem non debere dubitare ad murem nichilominus sepe vilem contenptum a magno subiugari cognovimus Magnanimi enim viles potentia non vilipendunt sed contra eos nisi dum expedit totam suam potentiam non extendunt . Sequitur modo quartum documentum Super quo nos decet (4) moram contrahere latiorem .

de puritate

De conscientia etc . istud quartum documentum convertit se ad ea que faciunt hominem securum quod speciale requiritur in magnanimo . Igitur purificare nostras nos conscientias suadet . Maximisse siquidem dictum est , vince animum cave deformes multa bona uno vitio et tot meritorum gratiam maiore culpa quam causa culpe est corrumpas . Accedit ad hoc quod inquid Vallerius libro .ijº. Quid prodest foris esse strenuum si domi male vivitur Et illud non est tantum ab hostibus armatis periculum quantum acircumfusis utique voluntatibus (5) Et tullius de beneficiis nichil enim amabilius est nec copulatius quam morum similitudo bonorum . In quibus enim eadem studia eedem voluntates In hiis fit ut alter in altero eque delectetur ut in se ipso

(1) *B* Selglie (2) *B* puoj (3) *B* tuoj (4) *Segue* lati *cancellato.*
(5) *Il ms.* volutatibus

Digitized by Google

Enon dormir ma vegghia e sta intento
eporai piu valere
chel non crede cadere
col suo minor che non atal pavento
Ma non prendessi exemplo in securança
sai affar col minore
che tal fiata honore
tolgon aquey (1) chene fanno schifanza .

sed attente pervigiles, et poteris prevalere ℂ *Nam ipse cum suo, minori deficere, cum de ipso non timeat, iam non credit* ℂ *Si tamen habueris facere cum minori, exemplum ex hac fiducia non assummas .* ℂ *Nam tales sepius honorem auferunt, gradum vilipendentibus, eorundem .*

et sic unus fiat ex pluribus et facit hec auctoritas infra ad partem prudentie vij^{am} capitulo .x^{o}. (2) . de amico querendo . decet etiam ab ista conscientia iram cessare unde claudianus in maiori diis proximus ille est quem non ira movet . de qua ira vide infra in parte iustitie documento .ij. ℥ cesset . de conscientia autem vide infra in parte innocentie .x^{a}. ac ipsius figura ibidem in glosa . et remictit te similiter loco isto ad locum predictum . *et firmus* ut videlicet tibi non libeat quod libere non debeat dicit enim Seneca in traiediis minimum debet libere cui multum licet ℂ nil ad vanam gloriam tentabis si firmus et constans eris in bono proposito quidam enim credunt dici magnanimi si aliquos opprimant ut aliis ad vanam gloriam serviant dicit Saxirus . et tullius de officiis primo . Sunt enim multi cupidi splendoris et glorie qui aliis eripiunt quod aliis largiantur . *nec erit aliquis etc* . de istis qui iniuste contra nos oblocuntur non est curandum dicit enim democritus philosophus o quanta dementia est vereri ne infameris ab infamibus . de hiis vero libro isto sepius dictum• est . et habes infra eadem parte documento .viiij. *mens quoque tua etc* . totum istud documentum admodo usque in finem ad tractatum (3) de conscientia pertinet . Sed quia iste .℥. loquitur quod sinceritas mentis pertinet ad reddendum hominem tutum ideo posuit hic amor hunc testum

(1) *B* aquei (2) *Lacuna nel testo.* (3) *Il ms.* tractum

Digitized by Google

DOCUMENTUM .IIIJ. SUB CONSTANTIA

Di consciença ora (1) ti porgo il quarto
la qual se tu averai
netta con troverrai
ne documenti dinnocença sparto

.IIIJ.

De conscientia porrigo tibi, quartum ℭ *Quam si mundam habueris ut in innocentie documentis invenies annotatum, Constans efficieris et*

cum cordis securitas ad magnanimum spectet . Quemamodum enim ut dicit phylosophus heticorum primo in olimpiadibus non optimi et fortissimi (2) coronatur sed agoniçantes horum enim quidam vincunt ita et eorum qui in vita bonorum et optimorum recte illustres fiunt . *delicti timorem* . Istud donum si quis habet est supra omne donum ut infra dicitur et notatur parte .xª. innocentie ibi circa conscientie figuram . et qui hoc donum querit non corpori sed anime serviat . multis enim servit qui corpori servit ut in .xiiijª. epistola Seneca inquid . Et carendum est non solum crimine turpitudinis verum etiam suspictione ut dicit Quintilianus de oratoria institutione libro .ijº. *probitas etc* . et hec lictera ad idem tendit etc . bene decet magnanimum esse probum . dic virtuosum vel dic quod hic loquitur de probitate que dicitur audacia ordinata de qua supra in glosis prohemij habuisti . et certe vir innocens subit securam honorabilem in hac vita mortem . ut infra in dicto loco innocentie tractatum habebis . et cum tempore mortis aliquod spatium optinendo mentem circa scellera tua non opporteat te revolvere quia non erunt circa necessaria tue salutis et honestatis sollicitior eris unde ab hoc occurrit michi memoria, quod Suetonius de morte cesaris tractat . Animavertens cesar inquid et infra . capud abvolvit simulque sinistra manu, sinum ad ima crura deduxit quo honestius caderet etiam inferiori parte corporis velata et infra . faciet etiam ista cordis sinceritas te securum tam in lecturis quam parlamentis collationibus et

(1) ora *in B è aggiunto sopra.* (2) et fortissimi *è ripetuto nel ms.; ma la prima volta è cancellato.*

Digitized by Google

Verrai costante (1) e fermo enon seraj (2)
alchun chadosso taggia
baldança men che saggia
tua mente chiara e securo sterai (3) .

firmus . nec erit aliquis inordinatam optinens, supra te arrogantiam propter istud ℭ *Mens quoque tua, sinceritatem arripiet, et extimabis propter ea*

consiliorum constantia Unde Massenius inquid conscientia non lesura stare consilio contra rigidum dominum suum comminantem illi et maledicentem si subito non militare (4) in partibus Alamanie se vidisse ac demum sui domini ad cor reversi victorem fuisse . Sicut enim constantem ad consilium quod ei rationabilius videtur decet famam et premium reportare ita verecundiam meretur et dampnum, qui (5) preter oppinionem quam habet ad dictum vel ut placeat oppinionibus aliquorum non solum aprincipio male loquitur sed iam datum consilium contra mentem suam ..... more mutare sibique per hoc detrahere non veretur de istis consiliis habes supra parte [prima] speciale .xv. documentum . Sequitur modo documentum quintum quod tale est.

De vilitatis etc . Multi Sapientes inter vilitatem et se- c. 59 c.
curitatem de quibus tractant ista duo .v. et .vj. documenta tractaverunt rixas de quibus vide Senecam vide Arnaldum et alios quia in hoc insistere non multum utile reputavi Sequor igitur amoris prolationem que in hiis duobus brevissima fuit . Sed dic breviter quod amor hic de illis loquitur qui in quolibet actu armorum vel casu periculoso mori credunt vel qui vivere vel subsistere posse de hiis que contulit eis deus non sperant de quibus habes multa infra in parte spei que .vj^{a}. est.

De securitate etc . per ea que dicta sunt in documento proxime precedenti possemus presentialiter hic silere Sed circa finem lictere istius documenti bonum est aliqua recitari et dicas quod sunt optima verba ista per que datur nobis intelligi quod mala securitas est illa per quam quisquam

(1) *B* constante (2) *Corretto da* serae; *B* serae (3) *B* steraj (4) *Parola quasi illeggibile.* (5) *Segue* propter *cancellato.*

Digitized by Google

c. 59 b. Non ti bisognera (1) gia per paura
dalchun tuo fallo dire
io poria mal finire
fia tua prodeça (2) piu dextra e secura .

c. 59 b. *te in tuto .* ℂ *Nec te ob tui alicuius* ‖ *delicti timorem, conqueri opportebit, et dicere, possem assequi finem malum* ℂ *Dextra magis erit tua probitas et secura .*

credit perficere ad quod demum deficit et succumbit . est igitur bona illa per quam aliquis credit posse quod potest . et de hoc habes testum superius parte prima documento .xxv. in (3) principio . et regulam supra parte precedenti documento .v°. numero .cvij°. Sequitur septimum documentum quod tale est .

De patientia etc . Super hoc septimo documento non hostendamus nos prudentiores amore . Nam si amor ad .v^am^. partem que ydonee tractat de patientia nos remictit et nos etiam recurramus ad illam . Sed a te quero quare de hac fecit hic iste dominus mentionem, Respondeas quod cum sit patientia magna pars huius domine licet alibi latius tractet eam hostendere voluit quod hoc sue prudentie non erat incognitum . Unde summe unum utile argumentum ut cum tu tractas aliqua hodie cras alia tractaturus si prima sapiunt naturam sequentium facias de hoc aliquam mentionem ne forte medio tempore credaris ignorans . Sequitur de .viij°. documento videre . Super quo cum tarda sit hora mentem hodie quiescere permictamus .

De non videndo etc . bona fuit quies que ad laborem presentem quodam desiderio carissimi nos invitat Istud documentum .viij. eget glosarum latitudine ampliori . Et igitur fratres ponite ad hec diligentius mentes vestras non quia grandia seu multum subtilia hic tractentur Sed digna sunt memorie commendari . Et nota quod breviter loquitur de tollerantia levium et cautelis ad eam . et facit prohemium usque ad .℣. si sane . *non est ausus* utinam semper hoc michi contingeret quod siqui contra me loquantur in remo-

de non au[diendis] et non vi[dendis] .

(1) *B* bisongnera (2) *B* prodecça (3) *Segue* ℣ *cancellato.*

Digitized by Google

DOCUMENTUM .V. SUB CONSTANTIA

Del hodio (1) di vilta ti mostro il quinto
cha tutti e manifesto
che laido viço questo
a luom ben fermo in mal mutar gia pinto

.V.

De vilitatis hodio tibi quintum hostendo ℭ Quod esse turpe vitium est singulis manifestum ℭ Hoc quidem virum hactenus bene firmum, in mutare, sepius male pinxit .

tis et mea absentia in talibus levibus que non egent excusatione loquerentur . Dicunt quidam rudes ut michi videtur, quando audiunt aliquos contra se in absconso fuisse locutos Utinam hec dixissent in mei presentia certe ego dicerem caveant bene ne hoc dicant in mei presentia . Nota tamen quod amor instruit Iuvenes hoc loco non quidem tangit de crimine lese maiestatis et de proditionibus que contra terras vel dominos in secreto tractantur que sunt diligentius exquirenda et loquitur de paribus nostris non de magnis principibus qui sequi habent legem illam codice Siquis Imperatori male dixerit de qua habes hoc libro parte prima . documento .x°. in glosa de oblocutionibus quidem loquitur quas faciunt detractores et hoc satis indicat bene testus . *negat* bene dicit quia ex hoc siqua ex eius dictis contra te infamia falsa surrexerat, tollitur et eius dictum contempnitur in vituperium iuste suum . *Audis etc* . ad idem tendit .§. quia tibi gratia est illum ut dicit lictera cognovisse ac potes fingere te quod dixerit ignorare . *ponderosa* . Or vide si tibi superius verum dixi tangit enim nunc de ponderosa re circa quam negligentia est pellenda . *levem etc* . istud consilium dat tibi lictera ista quia si alij sciverint . si non vindices te aliquando verecundia premit de hoc supra plenissime dictum est parte prima documento .xxiiij . §. primum . *Videt etc* . et de hoc etiam eodem loco superius dictum est Sed ibi testus dat consilium hic modum . in .§.

(1) *B* Dellodio

Digitized by Google

DOCUMENTUM .VJ. SUB CONSTANTIA

Di securta vo breve dir del sexto
che quegli (1) eben securo
constante fermo e puro
che crede far ben quello achegli epresto .

.VJ.

De securitate sextum breviter hic subiungo ¶ *Quod securus ille constans et stabilis, est et purus, qui ea credit, bene perficere, quorum noscitur, experientiam obtinere .*

isto *quod non gravis etc* . immo posses dicere quod sit puer omnino solum incostans qui pro modico mutat mentem .
servare faciem — *faciem suam servat etc* . hic nota talem maximam in quocumque virtutem et quis est hic et laudabimus eum fecit enim mirabilia in vita sua . Augmentum enim bene composite mentis est posse consistere et secum commorari ut seneca inquid et tullius fortis et constantis animi est non perturbari in rebus adversis nec tumultu autem de gradu deieci Sed presenti consilio uti, nec a ratione discedere . Et idem constantie officium est in utraque fortuna gravitatem retinere preclara est enim in omni vita eadem mens et idem vultus . Non quidem credas quia hic subiungit post illas oblocutiones non curandas amor de ista magna parte constantie ipsum amorem se ad levia predicta referre de quibus cato ne cures siquis tacito sermone loquatur et conscius ipse sibi de se putat omnia dici et idem cum recte vivas ne cures verba malorum Arbitrii non est nostri quod quisque loquatur . sed loquitur de maioribus adversitatibus que tibi volenti stare mundo sepius occurrunt . *respiceret* . hanc licteram sane intelligas non autem credas quod amor iubeat te de adversitate letari sed vult dicere quod si faciem letam habes hanc propter adversitatem non mutes nec etiam ob prosperitatem ||
c. 59 d. inordinate surgas in gaudia ut habes infra in parte .viij. que glorie subditur circa principium . *natura* . scilicet naturans deus vel dic *natura* . scilicet naturata et tunc cum

(1) *B* quelgli

Digitized by Google

DOCUMENTUM .VIJ. SUB CONSTANTIA

Di patiença (1) septimo si toglie (2) dala sua quinta parte
chella di se da larte
si che ben fa chi di quindi lacoglie (3)

.VIJ.

De patientia tollitur a sua septimum parte quinta ℭ *Nam illa porrigit partem suam . ita quod qui hanc ex inde collegerit digne agit .*

distintionibus que ponuntur supra in glosa prime partis documento .xxiij°. et ibi super hoc figure . *non removet etc* . ecce optima ratio ad turbationem vitandam . *providendum* et hoc verum est quia gaudium et dolor nimia replent mentem ut non valeas ad necessaria que contingunt occurrere . ut enim inquit phylosophus vere bonum et sapientem existimamus fortunas decenter ferre et ex existentibus semper operari, quemamodum ex datis et ducem bonum presentem exercitu uti maxime bellicose possumus enim vincere vince te nos ipsos quia ut inquid tullius motus voluntarius eam naturam continet in se ut sit in nostra potestate nobisque pareat . et Socrates cum se ipsum sapiens vincit a nemine vincitur et de hoc plenissime habes infra in parte sequenti discretionis ibi ubi de sui ipsius cognitione tractatur . Sed aliquantulum vade plane carissime siqua vitia sunt in te debes tibi ad gratiam reputare quod de ipsis aliqui obloquantur (4) ut forte ob hoc citius corrigaris , Audi enim Augustinum, quid loquitur ad Ieronimum dicit enim video quidem et ego interdum vitia mea sed hec audire malo a melioribus ne cum recte fortasse reprehendero rursum michi blandiar et menticulosam michi potius in me quam (5) iustam protulisse sententiam . que quidem auctoritas licet non tendat ad simile quia iste desiderabat ea dici a melioribus et hic agitur de detractoribus tamen bonum est hic eam memorie commendasse . legitur insuper de çenocrate cui ut refert Vallerius sapientia sua tantam auctoritatem attulerat ut cum

(1) *B* patientia (2) *B* tolglie (3) *B* lacolglie (4) *Segue* ne *cancellato.* (5) *Segue* iux *cancellato.*

Digitized by Google

DOCUMENTUM .VIIJ. SUB CONSTANTIA

Del non veder e non udir loctavo (1)
alquanto piu mi stendo
certi punti mettendo
che parte son dognaltro (2) scripto clavo

.VIIJ.

De non videndo, nec etiam audiendo, extendor aliquantulum amplius ad octavum . ℂ Quedam ponendo punta, que pars censentur, cuiusque alterius scripti clavi ℂ Si sane tibi

testimonium dicens cohactus accessisset ad aram ut iuraret omnia se vere retulisse prohibitus sit asenatu iurare, quod iste çenocrates dum semel diceretur ei quod duo fuerant oblocuti de ipso fecit illos vocari et inquid carissimi dicite michi queso de gratia illa que contra me impingitis ut si forte in me cecitas impediat illa cognoscere vestra utilima relatione perpendam et corrigam me met ipsum . cumque illi verecundati dicerent se errasse veniam quoque peterent replicavit de collatione obsequij venia non procedit si tamen michi esse amici proponitis repetite in meum commodum que antea dixeratis Tunc dixerunt domine parce nobis te quidem cum ob invidiam de aliquo dampnare non possemus diximus vane glorie cupidum ob virtutes quas habes . Et ille dixit regratior quia sepe cum ex donis nature contingit ame aliquid bene fieri nimium glorior unde ammodo me corrigere nitar . Fuit de hoc iste tunc apluribus immense laudatus . Sed ista infirmitas inolevit ut dicere valeamus cum quintiliano de oratoria institutione libro secundo quod aliena vitia quisque reprehendi mavult quam sua . Et dicamus cum Saxiro quod magis se laudare quisque vicia palliando conatur quam sua vitia confitendo resolvere . Aristotiles autem ut narrat Vallerius libro .vij°. in neutram partem de se met ipso loqui debere predicabat quoniam laudare se vani vituperare se stulti esset . reducitur tamen hec auctoritas ad concordiam quia predicti alij casus adducuntur

(1) *B* lottavo (2) *B* dongnaltro

Digitized by Google

Etti ridetto chun di te mal dice
assai ne vai tu bene
chavanti ate non ene
ardito dir epiu sello il disdice (1)
Odi tu quel che parla et ey nol vede
gratia te grande chai
lui conosciuto e sai (2)
diche guardarti et el piager ti crede

quod, aliquis, de te male loquitur, est relatum, satis gerere gratum debes, quod coram te id dicere non est ausus ℭ *Et amplius si hoc postea ipse negat* ℭ *Audis illum qui loquitur, ipso te non vidente, ad gratiam reputa tibi magnam, quod cum cognoveris, et sciveris de quo tibi convenit precavere*

ad patientiam et correctionem Iste vero ad voluntariam sui vituperationem quod ista auctoritas prohibet opere igitur te ipsum lauda non verbo quoniam ut dicit salustius optimus quisque facere mavult . quam dicere . virtuti omnia parent . Sequitur .viiij. huius partis documentum .

Nunc quidem tibi etc . istud ultimum documentum redit ad priora huius partis proposita et figuras, demum concludit et remictit ad partem sequentem . videamus licteram . quam pro plana dimicte usque ibi *huius alte domine* loquitur de constantia alta quidem est ut supra in huius partis prohemio habuisti *electus* quasi dicat ille erit filius *electus* qui se meliorem aliis non sic agentibus comprobabit . *Aquam vilissima* fac de ista lictera tres dictiones et dic ‖ A . unam quam secundam vilissima tertia et dic c. 60 a. quod iste .ℨ. habet in se optimum prohemium ad sequentia . et igitur super ipso aliquantulum insistamus *quicquam facere etc* . optima lictera est ista cum sequenti huius .ℨ. nam vilissima procul dubio res est propter aliquod illorum quattuor que in prohemio proponuntur quicquam facere aut de redit ad quattuor struere vel propositum immutare . et primo si dicamus quod census te artet ad aliquid vilissimum quid est Sed ut dicit tullius in libro de paradoxis non expletur unquam neque

(1) *B* disdire (2) *B* luj conosciuto assai

Digitized by Google

c. 60 a. Esela cosa e greve cautamente
provedi acio che dei
ançil saver de rei (1)
e sella e leve nol saccia hom vivente

c. 60 a. ℂ *Is vero tibi se extimat || complacere .* ℂ *Quod si res est forsitan ponderosa, ante quam mali presenti autem, caute provideas ad quod debes* ℂ *Levem autem scire non valeat homo vivens* ℂ *Videt*

satiatur sitis cupiditatis omnis sapiens liber omnis stultus servus cui libere imperabit qui non potest cupiditatibus impetare . (2) et infra . Quid est libertas potestas vivendi ut velis . Non extimatione census sed victu et cultu terminatur pecunia . Modus omnis animi debilitas et humilis et
de pecunia fracta timiditas servitus est . Et idem in phylippica prima vos nobilis magna quedam spectare decet non pecunie quidem non opes violentas et minime ferendam potentiam sed caritatem civium et gloriam concupisse . facit ad hoc quod Alanus de plantu nature inquid ubi minus militat et hore e militie fulgura conticescunt . ubi pecunia pugnat virtus expugnatur erchulea . et ovidius de fastis . In pretio pretium nunc est dat census honores census amicitias pauper ubique iacet nequitia est que te non sinit esse senem . Sed frater non est tibi eligendum sic contempnere pecuniam ut necessariis ad vitam indigeas . Sed cum iusto labore ita querere ut vivas non vivere ut solum queras et cumules de quo supra plenius dictum est parte prima documento secundo .ℨ. iuste , et Aristotiles .iij°. thopicorum dicit quod diuturnius vel certius est magis est eligendum et infra . unumquodque in quo tempore magis valet hoc etiam magis eligendum est ut prudentia in senetute nemo enim iuvenes eligit duces eo quod non constet prudentes esse temperantia autem in iuventute magis enim iuvenes quam senes concupiscentiis molestantur et infra . phylosophari melius quam ditari est sed non magis eligendum indigenti necessariis . quod ad omnia vel plura utile est magis eligendum erit quam quod non sic . Adulationibus autem a bono diverti etiam vilissimum est huius pestis pestilentia percutiuntur principum lateres palatini comites adulationis artifices fabri laudum figuli falsitatis ut dicit

(1) *B* rey (2) *Segue* Q *espunto.*

Digitized by Google

Vede alchun far inverse forse fallo
leggiero e poco grava (1)
fingo (2) chaltro pensava
omostri punto di gia non curallo
Equesta edi costança la gran parte
che mutar gia nol possa
offesa che non grossa
et e maggior ancor una in disparte

forsitan aliquis, levem et parvi ponderis iniuriam, in se ferri, fingat se tunc ad aliud cogitare . vel se nullatenus hoc curare . demostret ¶ *Est et hec constantie pars non parva ꝑ quod non gravis offensa, mutare aliquem iam non possit,* ¶ *Et quedam alia, maior est, etiam aremotis .* ¶ *Illius*

Alanus de plantu nature . et idem . Qui adulationis ypocrisi diutius venatur munuscula sophystici meriti fraudetur in premio . Inquid semel Spensippus nepos platonis adulatori desine utrosque fallere nichil proficis cum te intelligam amore vel amicitia seu alicuius timore mala commictere sed fas sit vel honestum insimul cum predictis duobus supra in glosis prohemij partis huius plenius dictum est . et de istis duobus dicit infra lictera sequens et aliqua pariter notabuntur ibidem unde procedamus ulterius . *nam metus etc* . lictera istius .ℨ. est quasi lex viva breviter enim dicit si recte consideres quod iura testantur . nam metus licet culpam attenuet si tamen eam non prorsus excludit cum pro nullo metu (3) debeat quis mortale peccatum incurrere, te non excusat ut dicit decretalis extra quod metus causa capitulo sacris et debemus potius omnia mala pati quam malo consentire .xxxij^{a}. questione .v^{a}. ita ne . et accedit ad hoc quod non est ingnoscendum ei qui pretestu paupertatis turpiter egit digestis de ritu nuptiarum palam .ℨ. non est . quod autem dicit infra nisi te aliquis traheret etc tu iuvenis sic intellige et pone casum quidam fortior te vel cum sotiis suis cepit te per fortiam invitum et tenens manum tuam

(1) *Dinanzi a questo verso è in A una crocetta in minio.* (2) *B* finga *con l'*a *corretta da* o (3) cum pro nullo metu *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

Di quel che quanto amaggio adversitate (1)
cotal viso conserva
qual se natura il serva
in stato grande et in prosperitate .
Che se ben pensi dolor gia non caccia
da te lo danno ol male
ançi forte disvale
cha proveder ben luom non si procaccia .

scilicet hominis, qui quanto adversitate premitur grandiori, tanto faciem suam servat, in statu quo grandi eum respiceret, prosperitate natura ℭ *Nam si actente consideres, dampnum seu male, non removet, a te dolor* ℭ *Immo graviter est nocivus . ea ratione videlicet, quia vir ob hoc, nequaquam nititur ad debite providendum .*

et in ipsa manu tua gladium fecit quod ille gladius te in nichilo operante occidit Martinum vel tenuit manus tuas iunctas et fecit te ydolis sacrificare tunc excusaris quia non tu sed ipse agit et ista (2) coacta voluntas .. actione (3) sic absoluta (4) non est voluntas . Si autem ipse contra te potens venit et minatus est mortem vel etiam paret se ad inferendum ‖
c. 60 b. debes eam potius pati quam malo consentire nam illa noluntas fit postea voluntas et imputatur et hec est quod dicit canon coacta noluntas voluntas est .xv^a^. questione prima merito et dicit Augustinus in libro retractationum voluntas est animi motus ad aliquid vel non immutandum vel adipiscendum . et idem usque adeo peccatum voluntarium malum est . ut nisi sit voluntarium nullo modo sit peccatum . Et Ambrosius mala (5) enim non sunt que nec crimine mentem implicant nec conscientiam ligant . et hec ponuntur etiam in canone xv^a^ . questione prima vel secunda . in ℔ . quod . est et in .℔. ex voluntate et capitulo illa . *Secundum etc* . Ad licteram istius et sequentis optima dant glosam que ame non posset dari habilior infra eodem documento .℔. Sique . et ℔ . tua . vide illos *tertium etc* . hoc glo-

(1) *B* aversitate (2) *Lettura assai incerta.* (3) *Incertissimo:* ex act *oppure* coact? (4) *Segue* te *cancellato.* (5) mala *è ripetuto, ma la prima volta è cancellato.*

Digitized by Google

DOCUMENTUM .VIIIJ. SUB CONSTANTIA

Mo ti ritorno ai primi insegnamenti (1)
li quai si posson trare
veggendo pinte stare
queste figure ne coninciamenti

.VIIIJ.

Nunc quidem tibi, ad prima redeo documenta . que possunt elici ex figuris, que picte superius, in principiis presentantur ℭ *Nam tantum-*

satum est supra . *nec novi etc* . Vide quod hic dicit et optima verba sunt nam siquis blanditiis vinci ab aliquo se permictit quomodo ad minas et periculum se tenebit . Sed dicas quod istud vitium adeo inolevit quod multos vincit sepius quos pecunia vel aliud aliquid non movetur . *Quarto etc* . et iste .ℨ. glosatus est *et qui luxatur etc* . lictera istius .ℨ. bona est vilipendit adhuc magis pretio delinquentem quam dono . Sed ve miseris quia hodie pauci dono et multi pretio corrumpuntur (2) . contra quos inquid Massenius facile quippe est homini parato ad vitium dare credere quod etiam vendens iustitiam non delinquat narrant enim et subponunt ut inquid lenones mulieribus (3) apeccato abstinere peccatum . varias vias ad mendacia exquirentes Accedit ad hoc quod seneca dicit in hercule furente . ait enim quod nimis miseri volunt hoc facile credunt . hanc (4) maxime corruptionem cor magnanimi non admictit . vult enim querere per veram et ordinatam potentiam non per fraudem . dicitur enim potentia ut in prima rethorica tullii ad sua conservanda et alterius optinenda ydonea rerum facultas unde vide quod dicit ydonea idest rationabilis et ordinata ea quidem non querit magnanimus que ad eum tituto speciali non pertinent . et ut quid aliena cures que ad te non pertinent dicit terrentius Ita fere ut idem inquid comparata est omnium hominum natura ut aliena melius iudicent quam sua . de isto terrentio dicitur in ephytaphio suo natus in excelsis

(1) *B* insengnamenti (2) *Il ms.* corrupuntur (3) *Segue* peccatum *cancellato.* (4) *Il ms.* hac

Digitized by Google

Che sol da quelle comeglie gia detto
si puote exemplo torre
chile vuole in quor porre
di questa donna sera figlio (1) electo .

modo ut est dictum superius, exemplum summere possumus, ab eisdem . ℭ *Unde qui eas voluerit in corde suo componere, huius erit domine filius*

convertit se ad se[quentem]

tectis cartaginis alte Romanis ducibus bellica preda fui descripsi mores hominum Iuvenumque senumque etc . *Faciamus etc* . Iste .ℨ. ponit huic parti finem et ortatur ut nos ad ascultandum sequentem dominam convertamus . et dicit quod ipsa sequens domina loqui optime nosse solet . Semper ex hoc attende quod alter alterum honorare debet in dictis Sed huius monitionibus et exempli multi sunt tam in arengationibus quam in disputationibus consiliis et colloquiis contemptores . pronus est ut dicit phylosophus thopicorum .viij°. sotius qui impedit comune opus qui ligatorie interrogat prave disputat et qui invidendo non concedit quod videtur . In hoc errare noluit ista constantia cui ab antiquo videri poterat discretionem scire debere quid diceret . *hic pictam* . et dicas hic idest subsequenter et ponitur hic pro ibi *quam si vivit* (2) *etc* . et quare dicit hoc respondeo ut multitudinem indiscretorum vituperet *cum expulsa etc* . et hoc (3) ob eandem asserat rationem . pauci enim hodie in hoc orbe discreti possunt rationabiliter appellari et nichilominus consuetudo optinuit immo verius corruptela quod quasi omni homini in salutationibus vel superscriptionibus ponitur discreto viro . Immo quod peius est hodie aliqui reputantes se probos quia sic comuniter omnibus idem servantur de tali titulo dedignantur nisi de sapientia sua mentio subiungatur et sepius nec unam nec alteram possidere probantur . Ignorant vel non admictunt in aures quod plato inquid discretum nullus maior titulus decorabit . De hoc (4) platone legitur quod cum Ariston pater eius deferret eum ad socratem ut instrueretur ab eo precedente nocte sonnium viderat socrates quod in sinum eius advolabat pullus coloris candoris eximij et infra . et de sinu suo cantando volabat in

(1) *B* filglio (2) *Il ms.* uiut (3) *Segue un altro* hoc *cancellato ed espunto.* (4) hoc *è ripetuto nel ms.*

Digitized by Google

De come cosa vil contra suo honore
per alchuna di quelle
quattro cose si felle
far odisfar omutar suo valore

preelectus ‖ ℂ *Aquam vilissima res est illa, aliquem contra suum propter aliquod ex quattuor supradictis, honorem quicquam facere, vel destruere, seu propositum immutare .* ℂ *Nam metus, ad*

celum . tunc socrates recordatus interpretationem sonnij dixit esse completam . de ista discretione multa infra in sequenti parte cui eadem preponitur recitantur Sed de uno perpende mirabile quod quidam discretionem huiusmodi ad honestatis materialem habitum reduxerunt quidam ad abitum ordinatum quidam ad alios diversos gestus humanos quidam ad actus mentis et interiorem ornatum unde si recte conspicimus sicut virtus et honestum idem sunt ita virtus et honestum et discretio idem sunt . Si igitur expulsa est discretio omnis virtus expulsa est . nam reiecta matre que filia subsistere ausa erit . de hoc habes infra latius parte sua . Sed non obmicto quod istam discretionem ita paucissimi reservarunt ut vendentes donare credant et donantes ut vendant donent Inferiores superiores se extiment Superiores si inferiores non ledant latronum more dona dare se putent . Ad hoc ultimum facit quod inquit tullius in .ij^{a}. phylippica quod est aliud beneficium latronum nisi ut commemorare possint hiis se dedisse vitam quibus non ademerint . *iam est diu* . per istam licteram videtur quod iam est diu regnaverint vitia exultante virtute de quo dicas quod semper postquam homines excreverunt fuerunt initia guerre proditiones occisiones et talia compensatione facta temporum ‖ maiora vel paria hodiernis Sed hic obicitur quod non est verum hoc ordine . legas tu qui vis probare que ab adam usque ad novissima tempora scripta sunt tangentia mundi varias novitates et tempora temporibus recompensa non invenies in habitabili terra nostra tot contigisse in tempore aliquo novitates quot postquam Quadragenarij recordantur evenisse videntur . Ad hec potest meo iudicio breviter responderi . Antiquis temporibus quorum gestuum nisi de hiis tantummodo que reperiuntur inscriptis memoriam non habemus libros varij varios componebant et sicut omnis opifex opus suum deside-

c. 60 b.

c. 60 b.

c. 60 c.

Digitized by Google

Cha scusar mal non e timor possente
salchun non ti sforçasse
cha ferir ti tirasse
te resistendo ancor morte soffrente
Neti scusa il secondo perchegli abbia
teco alchuna amistança
che per lui disleança
non dei far ne ben cheron le sue labia

excusanda mala non sufficit . nisi te aliquis cohercendo, ad vulnera traheret, mortem etiam, ob resistentiam patientem . ℭ *Secundum te similiter, quamvis ille, amicitiam te, cum habeat non excusat .* ℭ *Cum pro ipso non debeas, illegalitatem commictere, cuius iniustum petere, labia non verentur .* ℭ *Si-*

rat ampliari per famam ita quilibet ipsorum licet aliqui forte pauci contrarium facerent in scriptis suis ea specialiter recondebant per que magis eorum placere in posterum opera cogitabant . et alia obmictebant Isti etiam non singula occurrentia compilabant . Stabat igitur scriptorum memoria et aliorum hominibus mortuis fugiebat . Et amplius libros multos per novos compositores abreviatos novimus et priores desertos et plures etiam perditos igne aqua vel casibus qui occurrunt . Videmus ad presens singula que fiunt continue nostris oculis vel audimus relatibus et miramur si plura contingere presentialiter videantur nil sub sole novum nec valet quisque dicere hoc recens est , quid est quod fuit ipsum quod futurum est quid est quod factum est ipsum quod faciendum est ecclesiasten primo capitulo Iam enim precessit in seculis que fuerunt ante nos Sed nec eorum quidem que postea futura sunt erit recordatio apud eos qui futuri sunt . in novissimo , ut ibi dicitur licet hic iste auctoritates ordine transponantur vide ibi si vis . Sed quero ate postquam pars (1) ista totaliter est glosata nunquid hec domina novum aliquod ista sua lectura completa coram scolaribus recitavit . Respondetur quod sic peto ergo illud ad memoriam hic
novum referri , placet . ℭ Scire debes quod relatis omnibus que pertinent ad hanc partem ista nobilis et costans domina erat

(1) *Segue* e *cancellata ed espunta.*

Digitized by Google

Che poi cha mala chesta non vergogna
non dei tu vergognare
delo iniusto negare
contra suo viço tua vertu si pogna

que talis ad petitionem inhabilem, nullatenus erubescit, te non pudor adsotiet, si ad indecens tuleris negativam . ℭ Tua igitur contra suum, virtus

plurimum fatigata Et ideo verbis huiusmodi in ipso principio usa fuit , astantibus pluribus coram ea . Carissimi fratres inquid illa et filij mundi per primam huius libri partem que docilitati supponitur per secundam quam regit industria in virtutum collegium intravistis ibique vidistis spetiosissimas mulieres a quibus quia discedere neque bonum nec utile videbatur misit vos amor ad nostram presentiam audituros qualiter in hoc loco tam delectabili perdurare possetis et gratiam vobis dedit ut ex actibus nostre constantie plurima summeretis exempla . Nos admodo personaliter amplius vobiscum esse non possumus Ite sequentem dominam audituri nostra usque ad vite vestre exitum monita servaturi Alioquin parum esset vos lecturam nostre partis audisse si perseverantie gratia cupitis coronari cuius effigies in fine ponitur libri huius . utque vobis exempla nostra in omnibus speculum sit et lumen ecce filij quod amori divino a cuius benivolentia crea[tos] nos novimus tanquam omnipotenti domino et superno placet penitus ista die nos ad celestem patriam in vestra presentia evocare ut possitis vere cognoscere nostrum nomen constantie usque ad vite finem durasse nobis ... hoc audito singuli complorantes et ego plorans (1) cum eisdem amaro corde cepimus exclamare dicentes ℭ o gloriosa domina excelsa super sidera , dedit te dominus orbi terre ut ..... gratia sic magnifice diffusa per illum , et amplius per tui absentiam redderet ..... qui post tuum adventum preclarius refulgere probatus est quid humanitas ..... in suum dominum commisisse , quod iam acerte sententie penam lueret et dampnorum incomoda si .. .. processerit reportaret Summe sponsa dei de gemitu nostro causam inclinetur ..... pietas strenua tui animi et invisa sinceritas nos admictat ad gratiam ut ad ..... benignissimas preces tuas effundas quod non

(1) *Lettura incertissima: chiara è soltanto la* p *iniziale.*

Digitized by Google

Lo terço ancor assai ti scusa meno
per lusinghe partire
dal tuo deritto gire (1)
ne so chel tegna sa cio rompe freno .

vitium, se opponat ℭ *Excusat te tertium, etiam multo minus . blanditiis scilicet, a tuo recto tramite deviare* ℭ *Nec novi quid tencat, illum qui ob*

intantum per adventum tuum .... gloriam cupiat exaltari quod terre lucem destruat et subvertat Contulit mundo gratiam cuius quesumus non nostra dementia nostris temporibus revocationem agnoscant . Quibus cum aliis multis dictis ad illam que longum tangerent hic sermonem Respondit hec domina viri iuvenes et si senes unde nobis venit in animum quod ad patrem nostrum hec dicta feramus implacita qui plasmavit nos in beneplacito suo deditque nostre constantie nobis vires capiti nostro manum imposuit, et fortitudine valida cinsit nostrum undique intellectum, Spetiosam fecit candiditatem nostram, et manus a macula nobis dedit immunes, illustrem in oculis formavit nostris intuitum pedes ad iter incolume informavit, lavit cordis humanati crossitiem omnique munditia decoravit, eloquentiam posuit in labiis nostris et ad cuncta subtilia mirabiliter acuit linguam nostram, Infusit in pectore nostro lac mellifluum ut beatam noscerent in se vitam, qui gustare tante dulcedinis possent mannam Gulam nostram gemmis armavit ut tibi soli et unico internum intuitum reservaret ..... vertit ad aurum et longitudinem eorum mirabilem fecit ut quotiens nos ad patriam divinus affectus repeteret fas esset angelis et si posset uti miracul ..... h .... visibili .... per illos, equalitas paritas et candor in dentibus nostris ... plano eloquio et amena responsa nullum in transitu ob ..... reperire ..... nostros ..... affabili ... actus speciali .....
c. 60 d. ..... ‖ et stupendos colorem nobis tradidit medium honestatis excelse nitoribus refulgentem . Ornavit radiis genas nostras et supercilia vario arcu celi humeros nostros equavit ad placita et brachia tenuit soli sibi ut aliis fas non esset in formosam spetiositatem eorum mentem forte convertere in delictum . Reliquas insuper partes nostras hic pater excellentissimus non neglexit . Sed honestatis habitum commendavit .

(1) *In B il verso è scritto su rasura.*

Digitized by Google

La quarta ela piu vil cosa chio senta
corromper la sua mente
per dono oper presente
ancor e peggio chi per preço allenta

talia frenum frangit ℭ *Quarto aliquid vilius non inveni . ob donum videlicet, vel extraneum alicuius corrumpere aliquem, mentem suam .* ℭ *Et qui laxatur pretio, deterior est dicendus .* ℭ *Fa-*

Et induit latera nostra telis contextis ad varias margaritas ut omnis populus miraretur quantum iste dilexerat natam suam . Quid est nostrum dicere ad etternum nisi ut omne quod iusserit noverit nobis gratum . hiis auditis videntes nos omnes in vanum ponere verba nostra dolore animi quasi omnes remansimus semivivi hec itaque pia domina et excelsa mota misericordia erga suos emisit tam compassibilem gemitum super nos ut fere quilibet expirasset . quod ipsa intuens terxit lacrimas afacie luminis et flebilitati vocis silentium imperavit. Et inquid . Grandem gerimus ad supernam vitam affectum, Sed novit ille piissimus pater noster, quod ob vestri gratiam si de ipsius procederet optione, staremus adhuc letanti animo hic vobiscum . Sed quoniam hoc exemplum in huius lecture fine ad doctrinam vestram vult dominus noster poni, et vos hoc onus pro munere colligatis . Cordi esset attamen nostro gratum, ut siqui nostrum hactenus dilexerunt honorem et Siquis nos forsitan videre ante transitum affectasset nostrum iter irrevocabile sotiarent et plene cognoscerent quantam reportant gratiam qui sub vexillo conantur constantie militare . Nos quidem pro singulis quos dignos noverimus orature imus ad gloriam ibi vocabimus matrem et dominam singulorum que votis nostris gratiam non negabit . Et ibimus in tabernaculum excelsum ubi videbimus creatorem in maiestate sedentem et adsistentem curiam illi totam dicentem Ecce venit novissima quam vocasti admicte illam ad gratiam propter merita matris tue pariter et ipsius ut sic se gaudeat patriam mutavisse ut decet altissimum tronum tuum . Tunc dicet dominus pete constans . Ego autem qui ob mea onera nichil fero pro vobis omnibus qui vos dignos feceritis et pro absentibus servis meis venie gratiam implorabo Et ego qui eram in spiritu coram ea spirituale cor dividi nisi sensi et fandi potentiam non adtinxi . Sed cum ea omnia tunc scribere cogi-

Digitized by Google

Fine facciamo a questa parte omai
lassian colei parlare
chel suol saver ben fare
discretion che qui pinta vedrai
viva non so se tula troverrai
chelle scacciata gia gran tempo omai

ciamus itaque parti admodo huic finem, eam loqui dominam dimictentes, que id optime nosse solet . discretionem scilicet quam videmus, hic pictam . quam si vivit ingnoro + cum expulsa fuerit iam est diu .

tarem ipsa que mentem meam ignorare non poterat, vertit piissimum oculum ad tormenta dolentis . et effusis de novo lacrimis vocem magnam emisit a deus a deus . Et hiis

existentibus ultimis verbis eius ecce subito nobis videntibus angelorum superveniens multitudo hanc magnificam dominam sublevavit et apertis celis in aulam heminentissimam introduxit . ex cuius absentia nostrum aliqui defecerunt et aliqui reputantes vitam incommodum remanxerunt in aspera valle vite ut autem illis qui absentes fuerunt hic transitus [notus] fiat illum hic memorie presentemus .

Digitized by Google

INCIPIT IIIJ[a] PARS DOCUMENTORUM AMORIS SUB DISCRETIONE QUE HABET DOCUMENTA TRIA PROHEMIUM AD HANC PARTEM . (1) c. 61 a.

Questa e discretione
che doctrina ci pone
lo quanto el che doven damor volere

PROHEMIUM c. 61 a.

Hec est discretio que nobis impartitur doctrinam, quid et quantum velle nos convenit (2)

Sequitur nunc videre de quarta parte presenti cuius dictis discretio adaptatur de qua primo videndum est quid sit et unde dicatur . Secundo quis sit eius effectus Tertio que sibi forma detur et quare Quarto et ultimo quare ad hanc partem potius quam ad alias mictitur ab amore . Et utrum ad alias huius libri partes pertineat et ad quas . Circa primum dic quod sicut populus omnis clamat mater est virtutum . Et dicit decretalis omnia cum discretione agan- c. 61 a.

(1) *B* PARTEM . VULGARE . (2) *Segue* de *espunto e cancellato.*

Digitized by Google

Ecome puoi vedere
discerne pruni da fiori
liprimi getta eglialtri par chonori (1)
Donde ci da conteça
che sempre il meglio appreça
disama il peggio epoi qui ti ritorno

ab amore . ¶ Spinas autem, cernit a floribus, sicut vides . primas reicit, reliquas honorare videtur . ¶ Quare dat nobis intelligi, quod semper amplectitur meliora . peiora odit, et redeo ad hunc

tur que virtutum noscitur omnium esse mater . Simile habes prima questione .v^a^. presentium et dicta ponitur decretalis extra de officio custodis capitulo custos . Et simile etiam habetur in libro ordinis ad sermones Massenij . Quidam dixerunt discretionem nil esse aliud quam prudentiam eligendi . Alij modestiam in progressu . Alij congnitionem sui ipsius hanc esse dixerunt . Et dominus Raymundus de Andegavia in vulgari dixit Discretionem novi cum cepi nosse quid essem . Alibi vero dicitur discretionem creavit gratitudo . gratitudinem autem servat discretio . Et dixerunt quidam quod discretio et honestas in exterioribus gestibus idem sunt . In interioribus autem licet non sint contrarie diversis tamen nominibus appellantur . ut tamen cum unam vocaberis quia spetiei magis conveniat ab altera sotietur . facit ad hoc quod dicitur Discretio summa mater . cuius filie ab eius consortio nunquam deseruntur ad aditum . hec quidem recitat in dicto libro Massenius .x^a^. divisione . Item habes quod bernardus inquid in sermone .xx^o^. virtus siquidem discretionis atque caritas fervore iacet et fervor vehemens absque discretionis temperamento precipitat . Ideoque laudabilis cui neutrum deest quatinus et fervor discretionem erigat et discretio fervorem regat . Et dicitur discretio adiscerno discernis . Et dicitur discretio quarumlibet rerum consideratio ad quid tendant secundum quosdam . Et quidam poeta dicit omnibus in rebus res est discretio summa . Item discretio est attributio actus vel passionis aliquibus cum exclusione alicuius vel aliquorum Et potes si volueris aliam diffinitionem

(1) *B* che honori

Digitized by Google

Che donçelle adintorno
a denotar chellene
madre di tutte vertu edi bene .
Sua veste adi colore
di persico nel fiore
onde ci mostra challocchio (1) dilecta

puntum . ¶ Habet enim circa se plurimas domicellas . ad notandum quod ipsa discretio, mater est virtutum omnium atque boni ¶ In colore habet, floris persici vestem suam ¶ Unde nobis quod

huic lictere conformem figuris accipere talem ¶ discretio est in omni homine ad cernendum recta sui ipsius ordinatio, et eius quod eligibilius est assumptio . quam ut matrem virtutes alie commitantur ¶ de hac virtute habebis etiam plura infra eadem parte per totam . Sequitur de effectu ipsius . Super quo Responde secundum Massenium Reddit hominem discretum gratiosum amabilem et illustrem cautum in rebus et indeliberatione contentum ¶ Sequitur de tertio ut de forma quod referre infra in expositione lictere reservemus ¶ dic ergo de quarto nunquid hec discretio ad alias huius libri partes pertineat et ad quas et quare huic magis parti preponitur ¶ Et dic quod procul dubio ad partes singulas pertinet libri huius si diligentius attendatur et quis de hoc dubitat cum sit mater omnium virtutum Respondeo dubitat ille qui legit in glosis prohemiorum partium earundem ... quarum aliquis dicitur aliquas ex eis aliquando fore gratias non virtutes Respondeas ad hoc quod || illas quas non commitatur c. 61 b.
ut filias commitatur ut vicinas ad usum . ut videlicet donis gratie seu gratiarum discrete noscat quilibet homo uti . possumus quidem ammodo redire ad tertium superius reservatum . de forma dicentes et licteram prosequentes . *hec est discretio* cuius figura vides superius sub sui nominis subscriptione *quid et quantum velle etc* super hoc vide supra ultimam deffinitionem ipsius et licet testus dicat hic ab amore ita intelligas de quoqunque docet enim de re omni quod melius est eligere et id sequi . *Spinas etc* . lege licteram istius .ℓ. quia ponit exemplum . quod potes in ipsius figure actu perpendere .

(1) *B* chalocchio

Digitized by Google

c. 61 b. Si come cosa electa
che non cha ibuon piacere
ma netto face et alto possedere

c. 61 b. *delectabilis oculo sit hostendit* ‖ ¶ *velut aliquid preelectum . quod, ne dum bonis placere, nos facit, verum etiam iustum nos, et altum insimul possidere .*

nam electis a spinis floribus idest a malis bona flores idest bona recondit ut sequatur . Spinas . idest mala reicit ut vitet . Et hoc satis aperit lictera sequens in .§. sequenti . Sequitur alia lictera ibi *habet enim etc* . dicit iste .§. quod hec domina habet circa se plurimas domicellas ad notandum quod mater est etc . de hoc habebis in testu infra documento .iij°. eadem parte optimas rationes qualiter scilicet mater sit . Sed quero a te hic nunquid sit necessarium pro ordine libri has inferiores virtutes pingere ut hic eas primitus designasti . Respondeo non . sufficit enim (1) tibi qui pingi feceris hic ordinare Senes Iuvenes puellas et similes mulieres in actu quo velis dum tamen honesto et ut hic nullum virum immisceas inter eas *In colore etc* dicit iste .§. quod vestem gerit hec domina in colore persici floris . et in sequenti .§. introducit rationem . eam videlicet quod delectabilis oculo sit et dic oculo mentis omnis enim discretus placet . Igitur induit hanc amor tali veste que oculo materiali plurimum placet ut exemplum prestet . *velud etc* . ista lictera .§. finalis apperit exemplum iam positum et de contentis istius .§. si premissa recenseas plenius dictum est . Sed quero ate quare fit capite discoperto cum discretum spetialiter commitetur honestas Respondeo ad aliam significationem nam qui discrete agit lucem querit tenebras fugit et opera sua in exemplum patenter facit ut e contra qui male agit hodit lucem . Accedit ad hoc que infra in parte innocentie de sincera conscientia recitantur . Sed quero ate cuius etatis sit cum testus non dicat Respondeo in etate media figuratur eo quod licet antea debeat quisque homo esse discretus si tamen in simili utpote media discretus non fuerit nimium est culpandus et parum de illo quod discretus sit deinceps sperandum Nunc quero quare non sedeat ista

(1) enim *è aggiunto sopra.*

Digitized by Google

DOCUMENTUM PRIMUM SUB DISCRETIONE

Lo documento primo
chella ci da non limo
che per se pate atutti manifesto

PRIMUM

Documentum siquidem quod dat primum, colorare non nitor, quoniam manifestum singulis per se patet ¶ *Vis nempe istud noscere,*

domina Respondeo eadem ratione qua in sola guarnachia vides eam scilicet quia cum immensus sit labor facere quam facit electionem et paucorum sit hominum vult hostendere quod ad illam utiliter faciendam sollicite laborat hec domina et cum labor sit manet in statu et habitu aptiori Modo quero et quare ipsius effigiem solam mediam representas Respondeo quod integra presentatur licet pars que est infra tabernaculum sit coperta . Et hoc siquidem actum est propter subiectas figuras ne ob nimiam latitudinem caperent indebitam carte partem nec quia sit absque clamide minus eam reputes presentatam honestam Est enim guarnachia honestissimus habitus ubi maxime gestus consuetus [ser]vatur . videbis enim Regem francorum in salis et cameris suis in sola guarnachia et sepius equitando . quem singulari honestate dicimus esse dotatum . Videbis etiam barones et milites eius cum ad illum accesserint ad cameras vel salas eius si mantellum habeant ante introitum suum illud deponere et in sola guarnachia remanere . h[ec vero] domina in domo similiter sua est dum presidet virtutibus illis . preterea dicit lictera finis istius prohemij inter cetera quod hec domina iustum et altum facit nos insimul possidere que primo expone hoc modo iustum idest eligibilius et rationabile ac tenere nostrum et reddere alienum que pertinent ad discretos . alium vero sic expone . idest statum magnificum inter gentes . Nam sicut discretus vult omnes preponere ita omnes boni discretum proponere ac exaltare nituntur . Unde cum semel interrogarem dominum Iohannem de Gianvilla que esset magna discre[tio in] honorante ¶ dixit omnes honorare ¶ interrogavi quomodo ¶ Respondit cum magno fructu honorantis ¶ Adhuc quesivi michi hec aliter aperiri ¶ dixi

Digitized by Google

Vuotu conoscer questo
che dei damor volere
edogni (1) cosa avere
conosci prima te e quanto vali

quid videlicet de amore, ac re alia qualibet, velle debes, congnosce te antea, quantumque tu vales .

si dominum tuum honoras et in absentia laudas et [ex]altas eo maior efficeris quo cum maiori domino commoraris ¶ Si vero maiorem sed non dominum ex eius laudibus [r]ef[er]s munus et famam et carere invidia comprobaris ¶ Si pa-
c. 61 c. rem tuum vel ‖ sotium quod alios etiam virtuosos extimes et de bonorum conversatione commendaris . Si subditum maior et melior crederis qui bonum subditum tibi habes si (2) minorem non subditum humilem et gratum te ipsum comprobas et dedignationis vitium te citare confirmas . de hiis multa habes supra parte prima (3) documento .vij°. et documento .viij°. quasi per totum . *possidere* loquitur per exemplum quasi hoc dicatur materialiter possideri nam alias huiusmodi spiritualia ut dicit lex, non non possidentur sed quasi possidentur . cum autem hoc non multum ad licteram inferat ad primum decet nos descendere documentum quod tale est .

Documentum siquidem etc . Istud documentum tractat spetialiter de congnitione sui ipsius et optimum testum habet et usque ad primum .℣. verba sunt prohemiantis de inde postea verba sunt amoris a discretione relata . ad quorum expositionem ante quam veniamus dicere nos decet qualiter discretis hec incepit . Et enim stabat cum legit hanc partem suam super pedes suos rationibus suprascriptis donec sui exemplum hostendit nobis per actum quem agit ¶ Postea
novum cum descendit ad lecturam sequentium sedit ¶ Et inquid ad scolares sedentes ¶ Qui nos audituri sunt discrete sedeant ¶ discrete audiant ¶ discrete intelligant ¶ discrete reportent ¶ et discrete memorie commendare nitantur ¶ hiis dictis inquid ¶ cum olim provincia normandie regebatur pro ducem Normandorum duci inclito et illustri nata est filia nomine adamas que cum infantie ac pueritie tempore turpis reputaretur stature cepit pubescere formamque totam in aliam effigiem transmutare ¶ unde contigit quod in .xvj°. suo anno spe-

(1) *B* edongni (2) *Il ms.* S (3) *Il ms.* primo

Digitized by Google

Chi son color equali
da chui tu vuoli e quanto
che e quel che tu cheri ese puo tanto
Poi convien contentare
di quel cha iudicare
si move teco ragion ederitto

¶ *Qui etiam sunt et quales, a quibus vis aliquid atque quantum* ¶ *Quid est insuper quod tu petis si quam potuerit ille tantum .* ¶ *Post que te convenit contentari, de hoc quod tecum, vis et ratio*

tiositate tam mirabili refulgebat, ut nichil prioris similitudinis reservasset ¶ ac omnes curie milites nec non et scutiferi mirarentur in eam . et ob eam quasi artarentur amore ¶ Trahebant ad hanc videndam de diversis partibus gentes ¶ et qui eam loqui audire poterant ob eius eloquentiam et stilum rethoricum proferendi reputabant quodammodo se beatos ¶ Et cum hec octavum decimum annum attingeret, sua in tantum adhuc creverat pulcritudo, quod Massenius recitat hanc non feminam sed angelam iudicari ut ex dono dei spetiositas in hac ipsa collata extimaretur invisa ¶ cepit inter illos de curia propter eam, tanta divisio exoriri, cum multi tenderent in amorem illius, quod sepius invicem veniebant ad arma . ¶ cumque dux qui nomine vocabatur Iohannes causas huius divisionis exquireret, alter contra alterum fictas causas querebat ¶ et cum aliquos incepisset punire, ad .vij. de maioribus curie usus amandi eandem, restrictus est ¶ propter hos tamen alij aliis adherentes, erat divisio magna valde ¶ horum .vii. quilibet subtiliter atque caute nitebatur ad eam . ¶ Quod ista perpendens in quolibet, quamvis unum ex illis qui a pueritia puelle quamvis non pulcram illam dilexerat propter mores, ultra omnes amaret, causam quesivit ut simul omnibus loqueretur ¶ Et factum est ita quod nemine alio intermixto .vij. isti quilibet extimans ex eventu contingere casum talem, non rem ad adolescentulam prepensatam, convenerunt in quodam viridario coram illa ¶ cui due vetule adsistebant ¶ Ridebant isti invicem ex miraculo isto tali ¶ sed omnis omnibus invidebat ¶ Solus ille qui eam primo dilexerat, et qui ferventius diligebat, depressa manens facie, videbatur mirabiliter dolorosus . extimans se non parem in fide, sed omnino maiorem et ideo de paritate huiusmodi non gau-

Digitized by Google

Ritorno al primo ditto
di te conoscer bene
e quanto vali che insieme si contene
Pensa che se di terra
eriverrai in terra
li di tuoi sai che corron come vento

iudicabunt ¶ *Ad dictum redeo nunc quod primum, de te scilicet et quantum valeas congnoscendo, que insimul se constringunt .* ¶ *Vide te, terreum, et in terram denique reversurum* ¶ *Dies tuos ut ventum currere non ingnoras* ¶ *Nec ullo*

dere debere ¶ noluisset tamen istis hic presentibus abfuisse ¶ Adamans post moram aliquam dixit illis . postquam novus iste casus emerxit, ut soli sic conveniretis in unum, nosque de sotietate nostrarum confidimus mulierum, tollere inter vos omnem livoris et divisionis materiam cogitamus ¶ Scimus quod vestrum quilibet ad nos tendit ¶ Volumus ergo scire, quis maiori discretione iuvatur, cui nos amandi licentiam concedemus et aliis silentium taliter imponemus, ut absque pena non transeat, apud patrem nostrum et ducem si nos ulterius molestabit . ¶ Timuit iste primus ne parum sibi proficeret longa fides, sed nichilominus credens suum magis desiderium ordinatum, confidentiam reservavit ¶ Fecit Adamas fortes circa ordinem veniendi, ne ad aliquem ampliori crederetur affectu ¶ et cursu sortium iste primus in ultimum est translatus quod sibi ad gratiam reputavit, credens ob hoc melius iudicium reportare ¶ Accessit ergo primus scutifer unus nomine piccardus ¶ Premiserat inter omnes monitionem adoloscentula generalem, ut quilibet qualiter eam diligeret fateretur et receperat ab omnibus iuramentum ¶ Piccardus inquid Amo vos super omnes alias de mundo
c. 61 d. ¶ Adolo ‖ scentula dixit ergo amas alias licet minus ¶ et ille . Amo illas ut transeam . sed vos ut vivam . ¶ Scribebat una ex vetulis dicta ista ¶ et cum tunc magis esset de fide quam nunc, dicere nemo ausus erat mendacium ¶ Venit secundus miles quidam nomine dominus Almeris, et inquid, tantum vos amo quod nichil aliud cogito ¶ Adamas que de primo cum sic respondere non curavit, extimans hunc secundum posse bene et male dedisse responsum consideratione intentionis illius, quesivit, ad quem effectum tantum

Digitized by Google

Ne se giamai contento
che con piu grande ai stato
vie piu pensiero e periglio (1) ai dallato
Per contraro nel basso
ti veggio spesso lasso
in acquistar (2) sol che per vita basti

tempore contentaris . ℂ *Nam cum tibi, grandior adest status, tunc tibi fortius cogitamen et periculum imminebit* ℂ *Et e contrario in depresso, ad querendum solum, quod pro vita sufficiat, te video*

nos amas ℂ Respondit ut possem licet indignus solus esse vobiscum et stare semper . ℂ cumque Adamas hoc responsum reputaret suspectum, licentiavit eundem . ℂ et venit tertius dominus beltram . provincialis erat miles et probus in armis et dixit Amo vos ut valeam ℂ et illa quesivit ℂ et quod de valore meritum expectas ℂ Respondit credo pro vobis tam alta facere, quod avobis amari merebor ℂ et illa et qualiter ame amari ℂ Respondit ut verum dicam, omnis nostrum vos amat ut habeat ℂ hec videns confessionem suam contra se valere, inquid, vade sis probus ad aliud ℂ Et ecce quartus accessit Scutifer unus nomine Anthonius quem quasi de nichilo ducis dilectus in superbiam magnam adscenderat et inquid amo vos ℂ Et illa ad quem effectum ℂ Respondit sperans patrem vestrum michi vobiscum permictere coniugium ℂ cui hec inquid ridens et ad vetulas se revolvens ℂ Ad quid ulterius cum presumptuoso altercamur ℂ Et vocatus est .v^{tus}. nomine Andriol, piccardus erat et curie gubernator ad victum nec genere nobilis pulcer tamen forma . et inquid ego tantum vos amo, quod quicquid in mundo habeo darem vobis libenter si placet ℂ erat enim iste dives et avarus, ob quod credidit asserere grande ℂ Adamas extimans hunc tendere ad emendam eam, tincta facie vocavit eadem ipsa .v^{tum}. dicens veniat alius ℂ Et ecce vir quidam qui licet esset in armis strenuus in verbis erat loquas et audax et laxare linguam minime verebatur ℂ Castellanus erat castri cuiusdam sed non miles et inquid . Amo vos quia pulcra estis ℂ et illa

(1) *B* perilglio (2) *B* aquistar

Digitized by Google

Nel meço ai tay (1) contasti
che tutto sialmigliore (2)
non veggio ancor chi contento aialcore
Senestri son leggeri
migliara (3) per che peri
e molti piu che tinchinan la força .

fatigatum . ¶ In medio etiam tibi talia sunt obiecta, quod licet status iste sit melior, contentum ex hoc, corde aliquem non dum vidi . ¶ Levium quippe sunt milia sinistrorum, quibus tu deficis . ¶ Et etiam multo plura que ad imum potentiam tra-

nonne propter aliud, et si essem non pulcra me amares ¶ Respondit certe non ¶ et illa ad quid istam meam pulcritudinem amas ¶ Respondit quia non vidi dominam quam libentius lecto tenerem . ¶ tunc illa verecundata inquid michi non loqueris ut ad virginem ¶ et ille dixit et ego aliter loquar vobis quod si possem vos rapere patri vestro raperem et in silvas deferrem ¶ tunc rixit illa et dixit vade stultus es . ¶ Et venit .vij^{mus}. (4) scilicet ultimus qui in amore fuerat primus ¶ Amo vos inquid et non alias et me et alios diligo . ¶ Et Adamas mirata ex tali assertione inquid expone verba ¶ et ille Amo vos singulariter ad nullam aliam habens affectionem vel fidem . hocque a vestra pueritia observavi et amo vos propter vos idest amo sic vos ut in vobis honorem servare ac servari velim . Et amo me etiam propter vos ut bonis adheream et in vestra gratia persistam . et amo alios propter vos ut bonum testimonium michi ferant ¶ Et illa quid a me peteres ¶ et iste ut honorem vestrum servetis et in augmentum virtutum studeatis ¶ Et illa peteres aliud ¶ et iste si possibile foret peterem per illam vetulam in aliquo vestro memoriali scribi me servum vestrum . ¶ Videns adolescentula virum istum fidelem et cautum inquid scribe illum ¶ erat enim iste miles et consultor ducis et timidus coram ea ¶ vocabatur autem dominus Ioret . Homo moralis ut refert Massenius et qui cum vacabat ab armis super bonis libris quos habebat in gallico sollicite vigilabat ¶ Vocavit Adamas omnes et

(1) *B* meççø ai tai (2) *B* milglore (3) *B* milglara (4) *Il ms.* .vij^{tus}.

Digitized by Google

Vediamo un chesi sforça
suoi di tutti mettendo
afatica imprendendo
et in acquisto et un punto cel tolle
Chi bene in se rivolle
queste ele simiglianti (1)
avra di piu veder poi libertate

c. 62 a.

hunt tuam . ‖ ¶ Videmus quendam qui nititur, dies suos, ponendo quoslibet, ad labores ut discat, seu etiam ut acquirat, et punto unico hic aufertur a nobis ¶ Si quis hec et similia, in se ipso revolverit, habebit post modum, videndi amplius pote-

c. 62 a.

inquid Scribe mulier ¶ discretum discreta decet ¶ honesta petentem admicti ¶ Inhonesta desiderantem repelli ¶ male loquentem ‖ non audiri ¶ presumptuosum torqueri ¶ variantem relinqui ¶ obscurum suspicari ¶ imparem paria facientem maiora, ingratum haberi ¶ ementem et vendentem dampnari ¶ Ite omnes et volvit se ad illos . et nemo ausus sit amplius in faciem nostram inspicere, preter ultimum quem sortes non sine rationabili causa reservarunt ¶ hic nos propter nos amavit, quod amoris probant tempora inquohati . cum nullam in nobis adhuc contuleat pulcritudinem deus noster ¶ Amat et nos singulariter et discrete cum honorem nostrum etiam appetitui siquam forte patitur anteponat ¶ Amat et se propter nos et alios, ut novit ordinatissime respondere ¶ Quibus dictis ait . dum puella eram, ab aliquibus vestrum inscia mali dona recepi que postea noscens vestra quos ad amorem meum tendere iam percepi, non teneo . sed in ignem subverto ¶ et tradidit illa alteri vetule comburenda ¶ dona vero quedam ultimi reservavit dicens hec pura dona ¶ Et summens sertum de capite suo, venit ad patrem suum et omnibus recitatis petiit licentiam ultimo sertum dare ¶ tunc pater inquid da illi sertum discrete, ut discrete dedit te sibi ¶ Et illa inquid . domine Ioret, dedisti te michi propter me, do ergo tibi hoc sertum specialiter propter me ¶ De hac datione remansit quomodo inter multos, ultimo diffinita per ducem, quod non poterat domi-

(1) *B* elesimilglianti

Digitized by Google

Chesta generalitate
atutti elle comuna
ma vo che guardi persona ciascuna
Chi ello e di natione
sua tutta conditione
e se vertu oviçi seco porta

statem . ¶ Nam prorsus omnibus, est generalitas hec communis ¶ Ut tamen respiciat unusquisque deposco, quis natione fuit, sueque statum conditionis ex toto . nec non et pariter si virtutes aut vitia

de cognitione sui ipsius

cella discrete aliter quicquam dare ¶ Carissimi audivistis novum, attendite que proposuimus ante novum ¶ et ad expositionem lictere ammodo veniamus . *Vis nempe etc* . lictera istius .ꝫ. pars maxima est totius noscere siquidem semet ipsum . et ideo decens est ut super ea ut convenit insistamus . Bernardus inquid super cantico puto quod ad se humiliandum invenire iuvatius seu adcommodatius potest quam si se in veritate invenerit vel noverit . tamen non dissimulet non sit in spiritu eius dolus et statuat se ante faciem suam etc . Item super canone non est periculum . quantum te humilies quantumque (1) reputes te minorem quam sis hoc est quam veritas se habeat . est autem grande malum orrendumque periculum si vel modico plus te extollas etc . Et Augustinus de verbis domini esto humilis non de re presummas et poteris vincere vide parvum davit contra ingentem goliam non in viribus suis sed in dei nomine presummentem . Et bernardus vide unde venis et erubesce ubi es et ingemisce quo tendis et contremesce . Et idem in libro de consideratione notat (2) consulo consideres maxime te hominem consideranti tibi quid sis occurret tibi homo nudus pauper et miserabilis dolens esto quod homo sis etc . (3) et Abbas ysahac in opere suo beatus homo qui scit infirmitatem suam quia hec scientia initium sibi fit et fundamentum . Et Hugo de sancto victore in libro de arra sponse loquens anime sue dicit o si te ipsam aspiceres si faciem tuam videres agnoscere res certe quod reprehensione digna fueras cum aliquid extra

(1) *Segue* refut *cancellato.* (2) *Il ms.* no (3) *Segue un segno di richiamo che rimanda sotto il testo latino ed italiano, dove è aggiunto il brano che segue fino a* Et hugo

Digitized by Google

Chesta eragion accorta
chal ben nato erichesto
vie piu challaltro che nel ben sia presto
Onde puoi ben vedere
che ygual desti volere
e nel minor maior che dase vale

secum defert ¶ *Cum ex hoc ratio sit in prontu quod amplius a bene nato requiritur, quam ab alio ut ad bonum, studeat exequendum* ¶ *Vales igitur patenter inspicere, quod istorum votum, equale prevalet in minori, qui ex proprio actu valet .* ¶ *Si-*

te amore dignum extimabas Et idem ibidem primum igitur necesse est ut unusquisque se met ipsum consideret et cum cognoverit dignitatem suam ne iniuriam faciat amori suo altiora se non amet . Et idem ibidem, oculus tuus nichil videt bene si se ipsum non videt . Legitur libro .iij°. de nugis phylosophorum est igitur primum hominis affectantis (1) sapientiam quid ipse sit quid intra quid extra quid infra quid supra quid contra quid ante vel post sit contemplari . Et ibidem qui se ingnorat quid utiliter novit etc . Et augustinus in libro .iiij°. de trinitate . capitulo primo . laudabilior est animus cui nota est infirmitas sua quam qui ea non respecta vias siderum scruptatur . etiam cogniturus aut qui iam cognitas tenet . etc . Et illud || oratij metiri c. 62 b.
se quamquam suo pede ac modulo verum est . Et inquid phylosophus heticorum .iiij°. Cauni (2) autem insipientes et se ipsos ingnorantes et hoc manifeste ut enim digni existentes ad honorabilia conantur, demum redarguuntur et veste ornantur et figura et talibus Et ibidem volunt bonas fortunas manifestas esse ipsorum et dicunt se ipsis ut per hec honorandi . Legitur in libro qui dicitur suda ait plato in legibus quoniam libera est anima et domina passionum vincere autem se ipsum omnium victoriarum prima et optima vinci autem se ipsum a se ipso et turpissimum et pessimum Scimus enim quoniam passiones in nobis velut nervi et funes quidam existentes ut evellant nos et ad invicem attrahant contrarij autem

(1) *Nel ms. la parola è tra virgolette*: " ". (2) *D'incerta lettura; la copia*: carni; *ricostruisco* cauni *da* χαῦνοι *del testo aristotelico.*

Digitized by Google

Ese donor ti cale
con lovre deli buoni
le tue come dunaltro a pesar (1) poni
Guarda come (2) tu puoi
contra gli voler tuoi (3)
quando son contra doctrina (4) damore

quam honorem desideres, cum bonorum operibus, ad stateram, ut cuiusquam alterius, pone tua ℂ *Tuis desideriis velud vales obsistere, cum amoris doctrine fuerint, contraria intuere .* ℂ *Tuas meditando*

existentes in contrarias actiones quasi dicat contrariari debemus passionibus reluctantibus . et illud proverbiorum .xvij°. capitulo melior est patiens viro forte et qui dominatur animo suo expugnatore urbium . Et illud senece bis vincit qui se vincit in victoria . cum multis ad hoc facientibus et specialiter que hoc libro de humilitate dicuntur, faciunt ad licteram istam . *Sequitur alia lictera quod tu petis etc* . iuxta illud catonis quod iustum est petito vel quod videatur honestum nam stultum est petere quod possit iure negari . Istam licteram satis glosat sequens .ℨ. *Ad dictum redeo* . istud est prohemium ad sequentia et redit nunc ad primum propositum et hic forte melius glosa superior de congnitione sui ipsius cadebat . propterea hic predictis alia superadas ad idem . dicit elynandus in Iob .v°. Otu quisquis es visitator aliorum si te met ipsum prius visitaveris postea visitando proximum non peccabis et infra . Quid prodest homini metiri mundum et nescire se ipsum absque hac scientia nichil mortalibus est utile nichil hominibus salutare hec in primis victoria est et si sola sit sufficit . Unde Appollinis nothis authos idest nosce te ipsum . Sed vox est ista que de celo descendit . Et boetius in .iij. humane nature est ista conditio ut tunc tantum ceteris rebus cum se cognoscit excellat eadem tamen infra bestias redigatur si se nosse desierit, nam ceteris animalibus se se ignorare natura est hominibus vitio convenit . Et idem in .iiij°. qui virtute diserta homo esse desinit cum in divinam conditionem transire non possit, vertitur in bestiam . et Seneca in libro traiediarum

(1) *B* pensar (2) *B* chome (3) *B* tuoj (4) *B* dottrina

Digitized by Google

Pensa del tuo riccore
sel voler ai piu lato
e se quellai per tua bonta acquistato (1)
Pensa se tu excedi
li tuoi maggior e vedi
se tu fai tanta quanta puoi largheça (2)

divitias, si appetitum advertas, obtines latiorem . ℂ Siquam illas tuo studio acquisisti ℂ Et si tuos maiores preiveris cogitabis ℂ Vide similiter si tu tantam, quantam potueris, contuleris largitatem

Iure de vitium est non pòsse regere impetum quod facit ad licteram . et accedit illud catonis cum te aliquis laudat Iudex tuus esse memento . plus aliis de te quam tu tibi credere noli . et accedit illud Senece de beneficiis .vj. facilius est barbaras gentes impatientes alieni arbitrij regere quam animum suum continere . et illud folchet de Marsilia quar tel es fols, qe quiça esser sennaç et sap hom meis ades on plus apren . Sequitur alia lictera *vide te terrenum etc* . plasmavit te dominus de limo terre et cinnis es et in cinnerem reverteris . Et elynandus in Iob .v°. visitans speciem tuam non peccas . *dies tuos etc* . Unde seneca de naturalibus questionibus fluit tempus et avidissimos sui deserit . Et ovidius methamorphoseos .xiiij°. tempora sic fugiunt pariter pariterque secuntur tempora vertuntur nec quod fuimus nunc sumus nec cras erimus etc . *nec ullo tempore* et hoc verissimum est cum enim in animo tuo dicis ecce si tale quid possedero contentus ero, postea incontinenti eo habito sic de alio maiori dices usque in infinitum . *Nam tibi* lictera istius .ℨ. et duorum .ℨℨ. sequentium glosa sunt optima precedentis . *milia sinistrorum* de hiis omnibus et hominis vilitate vide notata infra parte .vij^{a}. documento .viiij. et .ℨ. ecce igitur . *et etiam etc* . et iste similiter .ℨ. et sequens .ℨ. videmus et sequens .ℨ. Siquis omnes tendunt ad hoc ut nosse te faciant *comunis* idest ut homines regulariter se male cognoscant . *quis natione* hic te per spetiem instruit ad idem et tradit modum . *cum ex hoc* in isto .ℨ. probat .

(1) *Nello spazio tra il testo volgare e il latino all'altezza di questo verso*: ⁘
(2) *B* largheçça

Mira allaltrui belleça (1)
dextreça e sanitate
e graçe compensate
pensa che puoi eche senti eche fai

¶ *Ad alienas insuper sanitatem, pulcritudinem, et aptitudinem verte mentem .* ¶ *Et gratiis compen-*
c. 62 b. (2) *satis, quid po ‖ tes, quid sentias, cogita et quid agis .*

Vales igitur et hic rationem . *ad stateram* hic iterum ad specialia te monet et hec que secuntur vie sunt per quas tu te statumque tuum et opera nosse potes . *tuis etc . cum amoris doctrine* Videtur hic aliquantulum latius insistendum et expedit te videre cum tua desideria sunt doctrine amoris contraria illis obsistere ut autem videas que contra doctrinam hanc esse probantur vide qualiter amare debeas dominam quam tuo intendis animo conformare ut de amore divino de quo satis dictum est supra in glosis prohemij presentialiter taceamus et de mundano licito referamus sermonem de quo etiam ibi plurima dicta sunt . Et dicas primo quod huic testui bene staret pro glosa superius parte secunda documento secundo posita quasi per totum vide illam . postea breviter dicas hic Ama sic ut non hodias servi sic ut non offendas honora sic ut non vituperes lauda sic ut non infames desidera quod honestum fuge contrarium . coge libertatem
c. 62 c. hosta facultati fuge latebras ‖ publicum cole spera valere vale cum potes . place ut placeas . vive ut vivas . doma impetum frena voluptatem . Et breviter preconsidera et prepondera cunctos actus et gestus si tue domine commitentur honorem et tuam faciant exaltari apud alios viros famam . Sequitur alia lictera *meditando divitias etc .* hoc vult dicere ut precogites si magis expendere appetis quam facultas porrigere censeatur . *acquisisti* nam si studio alieno non sic vales ad expendenda te rumpere . *maiores .* preire enim ad bonum laudabile est Sed non cognoscere nationem et reputare se gradu excellentiorem ubi maior virtus non est . *largitatem* bene loquitur decet enim homines in quantum possunt valere quod valeant . Sed ista rabies inolevit in gentibus ut semper in eis habendi ardeat appetitus . (3) con-

(1) *B* allatruj belleçça (2) *In tutta questa pagina mancano i segni di minio nelle iniziali dei paragrafi del testo latino.* (3) *Segue* unde *cancellato.*

Digitized by Google

DOCUMENTUM .IJ. SUB DISCRETIONE . c. 62 b.

E poi descenderai
aglialtri (1) del por cura
lesser di tutti el corso ela natura

.IJ.

Equidem postea, descendes ad alia que secutur ¶ *In omnium scilicet esse, inspicere, cursum pariter et naturam* ¶ *Si maiores,*

tra quos Alanus de plantu nature inquid Ille in quo candescit habendi perpetuitas et in precipitio arrogantie exaltatus semper elationis eruptuat in vallem humilitatis ruinose descendat . *Sanitatem* Multi enim occultas quas non vides infirmitates habent tam animi quam etiam corporales quas si scires pacem forsitan tibi dares . heticorum primo dicit phylosophus . firmiter enim quemamodum dissolute corporis particule in dextram preeligentium movere in sinistram prave feruntur et in anima Sic ad contraria enim motus incontinentium Sed in corporibus quidem videmus quod perverse motum est in anima vero non videmus . fortassis enim nichil minus et in anima extimandum est aliquid preter rationem contrarians huic et obvians . *pulcritudinem* et contrarium *aptitudinem* et contrarium . *et gratiis* lictera istius .ℨ. clare utilis est et bona . et compensationem inducit . Sequitur de secundo documento videre .

Equidem etc . istud documentum secundum redit ad secundum supra propositum et exemplificat utiliter atque bene ac maxime utile est personis que se conferunt ad amandum cum quo documento coniungas glosam que ponitur supra proximo documento super lictera .ℨ. tuis . et que ponitur in testu et glosa supra parte .ij^{a}. documento .ij^{o}. per totum et infra parte .xj^{a}. documento secundo in testu et glosa . et supra parte .ij^{a}. predicta documento .v^{o}. regulis multis . et nos ad licteram convertamus et dic quod usque ad .ℨ. dices glosa non est aliqua opportuna tum per ea que iam dicta sunt

(1) *B* alglialtri

Digitized by Google

Se maggior sono opari
minori larghi oavari
osotto altrui (1) o liberi di loro
Ese dece acostoro
cotanto innançi fare
ese iusto (2) e quel che vuo dimandare

pares, minores, largi fuerint vel avari . aut forte sub aliis, vel sui habeant libertatem ¶ *Siquam hos conferre tantum deceat, et si iustum, quod intendis petere comprobatur .* ¶ *ac si tantum is*

supra proximo documento tum etiam per que hic planissime testus dicit . Sed dic super illo .ℨ. nam si quod optime verum dicit . siquis enim preconsiderat cunta istud raro evenit ut quod fuerit eligibilius non cognoscat . Et istud est sapere ut dicit terrentius non quod ante pedes est modo videre, sed eliam illa que futura sunt prospicere . et illud non enim quod ante oculos etc cum multis que ponuntur infra in principio partis .vij°. cui datur prudentia . *nam se destruere* . et ideo ista domina erit sapiens reputanda que quod male petieris iuste negat *nunquam simile* ecce ergo optima ratio cognoscendi quod licitum respicere in te ipso et quod tibi non vis alij ne feceris de quo habes concordantias . supra . parte prima documento secundo . in glosa . *non fugiat* nam cum hoc ad honestatem ipsarum debeat pertinere ut spectacula fugiant si tibi (3) substineat te in ipsam inspicere multum est immo et si non bona intentione hoc faceret nimis esset . *prout ardes* intellige secundum istam licteram, ut si perpenderit domina quod de bono amore ardeas ad illam, te, etc . *servitorem* . Notet iuvenis quid debet velle adomina sua sicut velit esse illius servitor notet etiam quod qui est servitor domine non desiderat alia quam que domine sue deceant honorem . de hoc satis superius dictum est parte .ij^a^. documento .ij°. per totum . *vidi enim etc* . hic ponit exemplum ut ex eo colligat amans dominam quid petere debeat et domina quid respondere possit honestum . de petitione amantis agitur exemplum infra . in .ℨ. aut ibi . et in .ℨ. vade . et de responsione domine agitur infra

(1) *B* altruj (2) *B* giusto (3) *Segue* pa *cancellato.*

Digitized by Google

Ancor se tanto puote
eper cio se no squote
che se ben tutti li detti respecti (1)
Ameditar ti metti
e fie ragion con teco
e non averai nel ricever cor bieco

potest se non propterea spoliando ¶ *Nam si ad omnes huiusmodi respectus te dederis meditandos, te quoque ratio commitetur, in receptione non geres interius, cor obliquum .* ¶ *Nec preter iustum de*

in .ℨ. Audivi et in dicto ultimo .ℨ. expone dictionem . *illi* scilicet domine . *si amori serviat* . potes intelligere divino . et potes etiam licito mundano ut supra in glosis prohemij habuisti . *virtuti adhereat etc* iste bonus fructus est amoris ut virtuti quis adhereat propter illum . et certe continuo videmus experientia hoc probari affectant enim iuvenes dominabus placere suis et timent similiter displicere . nituntur ergo solliciti ad virtutes abstinent timentes a vitiis, ut accedat quod ovidius in epistolis inquid res est solliciti plena timoris amor . et super hoc vide allegatum superius documentum partis secunde in testu et glosa . *Modo etc* . et expone tali modo non tali tibi *levissimum* . bene dicit nam si consideraveris omnia que premisit ad istam materiam tibi erit levissimum de singulis previdere . Sequitur tertium documentum .

Nec tibi istud .iij. documentum in materia continuatur ad precedentia in isto suo principio solum de congnitione veritatis in rebus per premictentiam considerationum premissarum . postea inducit utilitates ob hoc provenientes et probat discretionem matrem esse virtutum . postea concludit ad partem . Veniamus ad licteram *veritas* de ista veritate habes tractatum per se et figuram parte .viiij. documento primo . in glosa . *paupertatem etc* qui cum paupertate bene convenit dives est de hoc habes supra plenissime parte prima documento secundo . in glosa . De de- de democrito
mocrito phylosopho refert Agellius in libro noctium actiarum quod natione abderites fuerit et ditissimus valde . qui omne

(1) *B* respetti

Digitized by Google

Neti verra mai chesto
fuor che iusto et honesto
dirai la donna mia
fa tutto come dia
che non vuol se disfar per mia vil chesta

cetero, et honestum, in tua petere veniet voluntate . ¶ dices hec mea domina, totum efficit sicut debet ; nam se destruere si vile quid expetam, non vult

c. 62 d. contra oculos

patrimonium suum relinquens suis civibus athenas provectus est ubi suos sibi oculos eruit . ut vegetatores cogitationes ‖ haberet . laberius tamen dicit eum hoc egisse ne malis civibus bene esse videret Tertulianus dicit quod ideo quia mulieres sine concupiscentia non posset aspicere et forte possemus dicere quod hoc fecerit ut postquam deserverat bona sua (1) ferret agilius paupertatem . In libro enim causarum in prima causa dicit Quintilianus totius hominis libertas est oculos perdidisse . oculi sunt per quos paupertates ferre non possumus oculi tota nostra luxuria . hij nos in omnia cotidie vitia precipitant . mirantur adamant concupiscunt etc . de ipso democrito inquid lactantius in libro de falsa sapientia democritus quod agros suos reliquerit eosque pascua publica fieri passus sit probarem quidem si donasset Sed nichil sapienter fit ad hec quod si ab hominibus fiat inutile ac malum sit ad hec negligentia tollerabilis . Hunc democritum seneca in epistola .vij^{a}. dixisse inquid unus michi pro populo est et populus pro uno . Et boetius in prologo de arte musica ut se se corporis affectus habet ita pulsus cordis mortibus incitatur quod democritus ypocrati medico tradidisse fertur . Iste democritus ut Augustinus ait erravit cum pictagora dicens omnes deos constare ex igne et Ephycurus ex athomis . Siquis autem de paupertate doleret eo modo quo vincentius speculator storiographus laudandus esset dicebat se ut legitur solum incommodum paupertatis pati quod non posset egentibus subvenire . *pro gratia* in precedenti .ℓ. dicit tenebis pro dignitate pauperiem hic dicit pro gratia divitias temperatas hic videtur alterum inordinate dictum quia unum ad utrumque sufficere videbatur Sed dic quod ordinate loquitur nam cum dignitas soleat pauper-

(1) *Segue* fece *cancellato.*

Digitized by Google

Epenserai se questa
fosse ame comellene
a quello dalui (1) io nolavria per bene
Cosi ti parra molto
se altutto non se tolto
sella non fugga quando tu la guardi
Esella sa com ardi
per lei dentro damore
non ti disdegnera (2) per servidore

illa . ℭ dices etiam in te ipso, si ut hec est ad alium ad me esset, ab illo nunquam simile, reputarem pro bono . ℭ videbitur igitur si ex toto, demens non fueris, tibi multum, si hec solum non fugiat, cum inspexeris in eandem ℭ Siquam illa perpenderit, prout ardes amore intrinsecus propter eam, te non dedignabitur servitorem ℭ vidi enim

tate cavere miraculum erit habere credere quod non habes in divitiis vero temperatis aut solet appetitus in esse aut ingratitudo in illis . unde dic quod iste sermo quasi opportunus est talis opportunus quidem est sermo ut dicit elynandus in Iob .v°. tempori loco accommodatus et parte . iuxta illud sapientis nichil tam congruum sapientie quam locis et temporibus sermones aptare . Et dicat beatus ille qui divitias possidet temperatas in pace de quo supra parte prima documento .ij°. plenius dictum est . *Nec tua in alto etc* . Istud erit cui contigerit summum donum . Nam beatus dives qui inventus est sine macula et qui post aurum non abiit nec speravit in pecunie thesauro quis est hic et laudabimus eum fecit enim mirabilia in vita sua etc . qui potuit transgredi et non est transgressus et facere mala et non fecit . *omnemque etc* . dicit iste .ℨ. quod omnem virtutem pro sorore vocabis . vide quod tibi quasi veniunt cuncta bona si ea que superius sunt scripta preponas . accedit ad hoc quod quintilianus de oratoria institutione . libro .viij°. inquid melius certe persuadebit aliis qui primo suaserit sibi prodit enim se quamlibet custodita simulatio . Vide igitur si te previdisti

(1) *B* dalluj (2) *B* disdengnera

Digitized by Google

Chio vidi un longiamente
amar distrectamente (1)
una gran donna et io il dimandai
Per che trahi tanti guai
dissemi non dimando (2)
fuor che dallei udir un tal comando .

diu, quemdam intime unicam, dominam, diligentem magnificam, quem interrogans allocutus sum ego ¶ *Cur tot doloribus agitaris, inquid iste respondens, Nil peto amplius quam ab ea, unum quod infra se-*

et eris ad alios ordinandos utilior multo fortius de actibus hoc dicemus in tua commoda proventuris . nam ut idem dicit ubique pernitiosum est vires fiducia preveniri . Re-
vocabis virtutem diens ergo ad licteram et dic quod si vocabis omnem virtutem . vocabis carissime ignoscendi probitatem dicit enim pictagoras gloriosa virtus est ignoscendo vincere ubi facultas potuit abundare vindicte Et socrates perpetuo vincat qui utitur clementia et idem magnum iniurie remedium est oblivio . Et idem in quem potes peccare desine . cum multis similibus supra parte prima documento .xxiiij. notatis in glosa . vocabis continentiam cum ut dicit seneca in declamationibus primo nichil est immortiferum genus ut luxuria et idem in eodem .ij°. adolescens luxuriosus peccat senex luxuriosus insanit . de huius vitij vilitate et commendatione continentie satis habes supra parte .ij°. documento .iiij. ℣ et continentia . turpe valde est in homine in hoc vitio ponere tempus suum . Artaxersi quidem Regi persarum ut dicit Justinus libro .x°. ex pellicibus .cv. filij fuere . et iusto matrimonio tantum tres quo-
c. 63 a. rum unus darius fuit qualiter etiam commendatur || Salomonis incontinentia bene nosti . vocabis temperantiam in cibo et potu ut facilior et liberior sis ad cuncta . Audi Ieronimum contra Iovininum libro .ij. dicentem Galienus doctissimus ypocratis interprex athletas quorum vita et ars sagina est dicit in exortatione medicine nec posse diu vivere nec sanos esse animasque eorum ita nimio sanguine et adipibus involutas nichil tenue nichil celeste sed semper de carnibus et ruptu et ventris ingluvie cogitare . Et nota quod Galienus iste floruit Apol-

(1) *B* distrettamente (2) *B* tidimando *con* ti *espunto*.

Digitized by Google

Va chemi piace sia
sotto mia signoria (1)
non e possuto aquesto ancor venire
Ma ben audito dire
che nole spiace sello
serve ad amor e fa vertu per ello
Et in questa manera,
ti sera poi leggera
conoscer la piu degna dogni (2) cosa

c. 63 a.

quitur obtinere mandatum . ¶ vade quod, ‖ sub meo sis dominio michi placet . ¶ Porro ad hoc adscendere hic nequit ¶ Audivi tamen, quod illi non displicet, si amori serviat homo iste, ac virtuti adhereat propter eum ¶ Modo itaque tali levissimum, tibi erit eligere, dignius ex re omni .

c. 63 a.

lonij tempore . ut scribit seneca de moribus qui anno vj°. sue etatis pueris sotiis dixisse fertur opportet me vestrum renuere consortium quia vos ad nichil aliud quam commedere tenditis . et in hoc tantum hodie venter querit quantum vel amplius eri percepi ut dicit Massenius bonam igitur laudat consuetudinem in summendo et siquis male ut inquid summere assuetus est arceat ad temperantiam morem suum . Accedit ad hoc quod seneca de moribus inquid educatio et disciplina mores facit et id sapit quisque quod didicit bona itaque consuetudo excutiat quod mala instruxit . positis de hiis paucis exemplis ite summe de singulis virtutibus de quibus in locis variis agitur libro isto . de temperantia vero predicta habes supra in parte .ij. documento primo et ℥ temperantia . Sequitur alia lictera que talis est . *eo quod etc* . Et quomodo poteris tu tante domine filius esse , Respondeo facere illa que in istis suis ponuntur per ordinem documentis . *'matrem* . scilicet discretionem *filiarum* . scilicet . virtutum . *Sed qualiter* iste .℥. format optimam questionem quare scilicet et quomodo matri discretionem et filias virtutibus assimiles , Respondetur tibi in .℥℥. sequentibus et pro ratione adducitur exemplum . *inter extrema* .

quare discretio mater

(1) *B* singnoria (2) *B* dengna dongni

Digitized by Google

DOCUMENTUM .IIJ. SUB DISCRETIONE .

Neti fia mai nascosa
la verita saspecti(1)
deliberando ela ragion premetti

.IIJ.

Nec tibi de cetero, veritas abscondetur, si expectans deliberes, anteposita ratione . ℂ Paupertatem nempe, pro quadam dignitate tenebis .

scilicet inter vitia *medium* . scilicet virtutem *et in pari* . idest . inter virtutem que habet oppositum vitium et ipsum vitium *quod melius* istorum scilicet duorum et dic in pari non ad valorem sed ordinem exempli cum opponitur vitium virtuti ut incontinentia continentie de quibus omnibus habes clarissimas rationes supra parte prima documento quinto . et ibi figure tam virtutis in genere quam vitiorum extremorum et vitiorum oppositorum . Sed quare per hoc dicitur ista mater virtutum Respondeo quia ipsa discretio que in nobis est dat nobis facultatem preeligendi virtutes (2) a vitiis et cognoscendi quod iste sunt virtutes illa vitia sicut si non esset mater que pareret filias non possemus congnoscere illas qua de re animalia bruta que carent discretione carent talium cognitione *preterea etc* . modo incipit exemplificare quod dictum est usque ad .ℨ. nam virtutem . In ipso autem .ℨ. nititur probare quod dictum est de animalibus ingnorantibus et continuat in duobus sequentibus .ℨℨ. *nunquam facimus etc* . Sed est hoc verum , dicas quod sic . nam licet ingnoranter aliqua bona faciamus que virtutes sunt non tamen nobis adscribenda sunt ad virtutes postquam ea non agimus ut virtutes . *veluti demens etc* . exemplificat et bene Nam dementi peccata non imputantur . ita et opera bona nil ei valent ad meritum licet possint ad aliquid esse bona . Sequitur .ℨ. *volve te* quasi supra redeat et loquatur (3) homini qui videbatur aliqua obmisisse *obtinere* dic cum effectu et facere opera que pertinent ad eandem *te immunem* verum est Nam discretus ut discretus duret nil indi-

(1) *B* saspetti (2) *Il ms.* virtututes (3) *Segue* q *cancellato.*

Digitized by Google

Eterrai povertate
per una dignitate (1)
per graça la riccheça temperata
Ne fia tua mente ingrata
nel lalto grado ancora
et ogni (2) vertu chiamerai per suora (3)

¶ *Pro gratia insuper, divitias temperatas . ¶ Nec tua in alto, ingrata mens etiam, erit gradu ¶ Omnemque vocabis pro sorore virtutem . ¶ Eo*

scretum agit . Unde herasistrates medicus qui anno phyladelphij .xv°. floruit, quique ut refert vallerius pulsu novit amantem legitur respondisse panfiro qui eum quid ad discretum hominem pertineret interogaverat quod discretum dicebat nil unquam agere inhonesti quodque dum in hoc erraret vitium ad virtutum interitum sic retro trahebatur, ut tam gestus preteriti famam perderent, quam presentes infamiam luerent . Saxirus etiam inquid nullum discretum principem quid sciendum cognosceret quidve non, quid inferioribus tribuendum et quantum , quique bonis in nullo preteritis actibus foret contrarius . Ad primum facit quod inquid libro .v°. quintilianus de oratoria institutione princeps qui vult omnia scire necesse habet multa ignoscere . Ad secundum quod cassiodorus in .xxiiij. epistola maiora principem decet tribuere quam aserviente || videatur accepisse . Ad tertium monitum catonis . sperne repugnando tibi tu contrarius esse conveniet nulli qui secum dissidet ipse Subiungit etiam saxirus honestum principem decet iuste querere iuste vindicare benigne audire consilium nullius despicere . ac multa similia que disceto convenit ponit . que forsitan nimium longa forent ad primum dic quod bene consulit nam ut dicit tullius in .ij°. phylippica male parta male dilabuntur . Ad secundum quod salustius bono modo sanctius est vinci quam malo iniuriam vindicare . Ad tertium dic quod sepe contingit in principe ut verum loquentes male audiat . accedit quod claudianus in maiori dicit tenero tractari pectore nescit publica maiestas . Ad quartum venit dictum catonis utile consilium domine ne despice servi nullius sensum si

de herasistrate

quid discr.

No.

c. 63 b.

No.

(1) *B* dignitate (2) *B* ongni (3) *B* persuoura

Digitized by Google

Perche figliuolo (1) essendo
di lei (2) che madre intendo
avrai conteça di tutte sue figlie (3)
Ma come lassimiglie (4)
amadre questa equelle
per figlie che lassu (5) stanno a pie delle

quod te filio existente illius, quam intelligo matrem fore, suarum omnium habebis notitiam filiarum ¶ *Sed qualiter illam matri, has etiam que ad pedes, stant illius superius, filiabus assimilas, ratio-*

prodest contempseris unquam . *quod mater hec monstrat* verum loquitur nam licet hec mater discretio has vobis hostendat filias suas virtutes parum refert si eas sequi forsitan non
hosta vitiis velimus . *vitia que obsistunt* . dic quod ista lictera vera est si non promptis animis ipsorum impetui resistamus . dicit democritus hosta impetui vitiorum nec tuo appetitui acquiescas ad hoc facit illud Senece de moribus alteri
Incipe semper ignoscito tibi ipsi nunquam . Et secundus phylosophus non desperes sed corrigas quasi dicat errasti non desperes corrigere te posse ac vincere . Sed incipe te corrigere et corriges . nam ut dicit Salustius plura sunt que licet gravia sint tamen per consuetudinem pro nichilo habentur . Et ad proxime dictum ibi non desperes etc . facit dictum catonis ibi si vitam inspicias si denique mores cum culpas alios nemo sine crimine vivit . et solum quod incipias te corrigere ut dicitur tibi supra parte .ij^{a}. documento tertio . in testu et glosa videbis quod facibilis res est ista . Videtur igitur ut dicit phylosophus heticorum primo plus quam dimidium totius esse principium . et multa manifesta fieri per ipsum eorum que queruntur et illud et medium facti qui cepit habet . et in lege cuiusque rei principium potentissima pars est quod pluries superius habuisti . *et capias illas manu* . idest adhereas virtutum actibus *curiales* ista curialitas est in omni virtute ut videlicet si eam sequi volueris se permictat . de curialitate habuisti supra in glosis prohemij de qua folchet de Marsilia cortesia non es al mes mesura sed latius vide ibi . *contentionem* idem

(1) *B* filgliuolo (2) *B* ley (3) *B* filglie (4) *B* lassimilglie (5) *B* lasu

Digitized by Google

Ragion ten mostro in pronto
che per questa cie conto
lo meço (1) frali extremi el meglio (2) impari

nem in prontu porrigo ex hoc tibi ℭ *Quod per hanc nobis inter extrema medium, et in pari quod melius, manifestat* ℭ *Preterea bene nosti, cara*

est dicere quod glosatum est et more humano metaphorice loquitur . *vilitatem* . hoc patenter est . verum quod postquam tibi est virtutum notitia et deseris earum consortium culpandus magis es quam qui earum notitia non haberet . de hoc habes multa notata superius parte prima documento .vj. ℟. de quibus *Si insuper* modo facit intermissionem et vult (3) quod si tu volueris plene scire qualiter hniusmodi valeas virtutibus inherere (4) lege per huius varias partes libri . *Nec timeas* modo vertit se ad sequentem dominam . patientiam scilicet et construe sic .℟. nec timeas hanc quam vides tollerare aliam volentem istam percutere ut sequaris testum vulgarem . Sed quare dicit nec timeas hanc scilicet patientiam vult dicere . forte aliqui pueri timerent in patientie sequelam intrare videntes quod ipsa permictit se sic ab iniuria verberari . dicerent enim forte sic et nos verberabimur si erimus patienties et de nimia iniurie severitate timerent et eius monitis instrui non curarent . ℭ Ingenia enim puerorum ut dicit Quintilianus de oratoria institutione libro secundo nimia emendationis severitate deficiunt . Nam et desperant et dolent et novissime oderunt, et quod maxime nocet dum omnia timent nichil conantur . rationem tamen non timendi narrat sequens .℟. dicens quod non permictit se vilitate percuti sed virtute . Sed quero qua virtute Respondeas patientie et humilitatis . hoc enim agit ut amplius exaltetur . Unde dictum est qui se humiliat exaltabitur . et folchet de marsilia per deu amors ben sabes veramen quan plus dessen plus poia humilitaz et orgoill chay o plus alt es poiaz . et vide quid superius parte prima in glosis prohemij de humilitate plenissime dictum est . *hic* . idest ibi scilicet in prohemio partis ipsius patientie nam ita finis istius cum principio sequentis .℟. coniuntus est quod bene valeat ita loqui . et

aliquid de p[atientia]

(1) *B* meççọ (2) *B* melglio (3) *Manca evidentemente* dicere (4) *Il ms.* inherę

Esai ben che son cari
tutti andamenti oscuri
per selva ignota (1) daver guida curi
Dunqua sella cinsegna (2)
discerner parte degna (3)
madre edi quelle che perlei vedemo

singula itinera que obscura ¶ *Per ingnotam silvam, habere niteris conductorem .* ¶ *Si ergo hec nos cdocet, dignam partem eligere, mater est illa-*

hoc narrat vere .ꝑ. ultimus ibi in presentia eiusdem Sed de uno ate quero, quod ego in ultimo reservavi cum tibi occurrit eligere de re aliqua veritatem quis est modus melior eligendi . dicas quod .vij. volenti videre quod melius in re una plures partes habente necessaria dinoscuntur primum habitus Secundum potentia tertium discretio Quartum sollicitudo Quintum continuatio Sextum delectatio Septimum et ultimum singularis eius quod intendis prosecutio et investigatio de quibus omnibus plene superius habuisti parte secunda quasi per totam tam in testu quam in glosa Sed ultimum quod dictum est ad opera perficienda quelibet magis confert ut obmissis aliis ad unicum et singulare quod queris dirigas mentem tuam . de quo supra notate concordantie in parte preallegata sunt multe . Seneca quidem in declamationum libro .iij°. inquid magna quoque genia non plus quam in uno eminerunt . Virgilium illa ingenij felicitas in oratione soluta quid ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit . hic virgilius quia sumus in civitate sua Mantuana ex casu partem istam glosantes ut dicit Augustinus in de civitate dei . libro .xl°. prophetavit de ..... iam nova progenies celo dimictitur alto et te duce si qua manent sceleris vestigia nostri (4) irrita perpetua solvent formidine terras . Quibus versibus Virgilij addit Augustinus quod inquid non ase ipso dixit in egloge ipsius per illud ultima cumei venit iam carminis etas unde inquid hoc acumea sibilla dictum esse incuntanter apparet Jeronimo quidem hec non placent ut scilicet dicta virgilij et similia prophetica dicantur a nobis . hic quidem

(1) *B* ingnota (2) *B* cinsengna (3) *B* dengna (4) *D'assai incerta lettura.*

Digitized by Google

Che noi mai non faremo
vertu se non sappiamo
se ben omal neloverar facciamo
Se non comel demente
cherro odritto non sente
non alaude di ben ne di mal pena
Volgiti qui affrena
se puoi cotal notitia
per lei aver da tutto mal tisvitia

c. 63 b.

rum quas novimus propter eam . ‖ ℂ Nam virtutem nunquam, facimus ingnorantes, si bonum ex opere facimus sive malum ℂ Nisi veluti demens quidam, qui errorem vel debitum non cognoscit . ℂ Nec de bono laudem, nec de malo colligit penam talis ℂ Volvete, hic freno te arcens, si poteris ob eandem talem notitiam obtinere, ab omni reddit vi-

c. 63 b.

virgilius cum obiceretur ab invidis quod alienos versus suo opere inserebat Respondit magnarum esse virium clavam de manu herculis extorquere . Iste brundusij ‖ clausit oculos anno Augusti .xxv°. ossa cuius Neapolim translata sunt et in .ij°. ab urbe miliario sepulta sunt cum versibus Mantua me genuit calabri rapuere tenet nunc partenope cecini pascua rura duces . hic absque dubio subtilissimus homo fuit et gaudeat hec civitas tantum se hominem habuisse . Quesivi ab istis dominis Mantuanis quare cum Mantua sic utiliter sit fundata totque habeat prope se loca ubi remote subtilia poterat iste homo tractare, discessit ab istis partibus ipse Virgilius . Responderunt quod cum sibi extra Mantuam locum quendam pro mansione solitarium elegisset quia quedam (1) alba vaccha quam habebat ibidem fuit illi furto subtracta in loco iniuriarium Sibi fas quiescere posse non novit mox abiit loca querens in quibus sue intentionis propositum posset melius immitari . hunc dante Arigherij in quodam suo opere quod dicitur comedia et de infernalibus inter cetera multa tractat commendat (2) protinus ut magistrum et certe siquis illud opus bene conspiciat videre poterit ipsum dantem super

c. 63 c.

(1) *Il ms.* queda (2) *Il ms.* commedat

Digitized by Google

Onde quinci sintende
che questa madre mostra
sue figlie a noi ma la presa e nostra
Epoi ci fa vedere
che le fanno cadere
o non avere (1) a noi li viçi contra

tio te immunem ¶ Quare hinc colligitur, quod mater hec monstrat, suas nobis filias, sed assumptio sola nostra . ¶ Postea vero nobis, eadem dat videre, quod illas a nobis cadere seu eis carere, faciunt vitia que obsistunt . ¶ Tu postmodum

ipsum Virgilium vel longo tempore studuisse vel in parvo
novum tempore plurimum profecisse . ¶ Nunc ate quero nunquid ista domina more aliarum in ista sua conclusione novum aliquod recitavit ¶ Et dicas quod cum lecturam partis sue totaliter perfecisset et subiunxisset laus deo patri qui tanta nobis gratiam commodavit ut ad nostre partis finem lecturam deducere valeremus . cridaverunt scolares ¶ Nova nova et ipsa que fatigata nimium videbatur inquid cum omnia huius partis dicta plana sint et per glosas etiam planiora ad quid amplius egetis exemplis vel ad dictorum probationem argumentis Nonne recordamini quod quintilianus . libro .v°. de oratoria institutione inquid ¶ In rebus apertis tam stultum est argumentari quam in clarissimum solem mortale lumen afferre . Adhuc rumor insonuit ¶ nova nova ¶ Tunc ipsa sic dicens cepit ¶ Vos scitis quod in libro qui dicitur brutus circa principium legitur quod brictania continet quicquid mortalium usui congruit ¶ et Iulius celsus dicit britones leporem aut gallinam aut anserem gustare fas non putant ¶ Si igitur garagraffulo gribolo eunti ad habitandam Britaniam et desideranti ad hesum anseres gallinas et lepores, huiusmodi venatio sit vetita, quid ei proderit ibi esse, omnium abundantiam rerum et per consequens anserum leporum et etiam gallinarum , nichil ¶ Attendite igitur vos habetis hoc libro variorum scripta novorum et etiam exemplorum Ite primo et illa discite quia nil vobis utilitatis afferret habere tot dona in diversis partibus huius libri et illa per negligentiam

(1) *B* aver

Digitized by Google

Tu poi se vuo timpronta
epigliale per mano
che son cortesi e non si contendrano
Esacci che maggiore
vilta se nole honore
poi chela madre le mostra eprofere

si volueris esto, sollicitus et capias illas manu . ¶ Sunt enim curiales ¶ Nec ullam tecum, contentionem facere in hoc scirent . ¶ Et maiorem noveris vilitatem, ex quo mater illarum, eas sic hostendit et offert, si has non debite honorares .

ingnorare ¶ cum vero illa sciveritis vobis alia ministrabo . tunc Garagraffulus gribolus surrexit et inquid cum licentia vestra loquar ¶ et illa inquid placet ¶ Non omnia scripta libri possumus sic in brevi memorie commendare ¶ Sed quod vos dixeritis, et simul cum aliis iam reconditis colligemus ¶ et postea si temporibus vite nostre illa plene concipimus non modicum laboramus . ¶ Et dicta domina videns quod novum non poterat commode preterire inquid ¶ Or audite licet laborum continuitas nos valde oppresserit proposuimus tamen annuere votis vestris ¶ Sed quia rarum esset quod intendimus dicere nisi avobis debite colligatur , ortamur devotionem vestram figere dictis nostris non aures tantummodo sed et mentem ¶ In etate .iij^{a}. tempore Abe- prophetia
sab scitius quod floruit eritheya sibilla que alias babillonica nuncupatur ¶ Ista quandam contulit prophetiam in suorum dictorum ordine per quam (1) prenoverant gentes cassandram postea nasciturum et dicturam mortalia carmina de virtutum interitu et conflictu quod ut ait ipsa refferre hominibus non audebat ¶ Cassandra vero veniens postea scripsit quamvaria et circa istam materiam quod dolenter referrimus locuta est altissime in hunc modum ¶ Inclinetur lux mundi et veniant tenebre super terram , operientes eius spetiem inetternum , Ruant montes et montium pulcritudo fiant valles deserte ac dubie Cadant volatilia et reptilia in interitum et omne quod cetui hominum deputatur ad usum , ut trahat necessitas in absentiam totum fedus humauum ante quam

(1) *Segue* postea *cancellato.*

Digitized by Google

Chegliera mal no avere
lor conosciute e peggio
e piu assai sele conosci e lassi
Se vuo saver li passi
come si vuole andare
con loro et come et in che guisa stare

¶ *Erat nanque malum, non novisse predictas, et peius est, satis si ipsas noveris et dimictis* ¶ *Si insuper volueris passus scire, quibus cum talibus eundum, nec non et quo modo, cum eis et qualiter*

videant diem illam piissimam , miserabilem , flebilem et invisam quam sic adversitas conturbabit ¶ Ecce video quod videre non spero , quia primo transeant dies mei , quam de celo visibiliter casum habet ordinatus et utilis numerus planetarum , Scindentur in casu et omnis eorum adventui et periculo terga vertet ¶ Et siquis hos forsitan in subsidium nititur commitari vilipenditur publico ac sepius lapidatur ¶ Veniunt rustici de Montibus orridis calcantes pedibus altitudinem solis et suffocantes mirabile lurum suum ¶ Planetis aliis sepultis in stabulis cridat populus multus extra , quid eorum ossa in memoriam reservamus , et veniunt pueri cum tumultu et impetu , quibus senium nequid resistere multitudo , eorum
c. 63 d. corpora levantes in pulverem || et dicentes animabus remedium innocentium de mundi gremio pellere quod putrescit ¶ Et portant hij scriptum in facie quisquis sua vanorum luminum labilis pulcritudo ¶ Surgunt ciconie varie contra istos et demum eis ad resistentiam impotentibus cuncta colla truncantur ¶ fugiunt sic undique pulli eorum ut nulli sit fas homini aliquem reperire ¶ Cum autem ex casu , ex ipsis duomilia pro subsidio congregati sint , tollit eis sanum consilium ut evadant pennas et pilos et mutant ad gemitum vocem suam . Ad quas denuo veniens serpens unus , parti defert pro libito et reliquis mortem infert ¶ Cibatur ex eis anno bino Tertio autem regem dat viventibus , et victum eis parat exiguum . Tunc omnis pars que habitat plana destruitur et montuosa colens usque ad tranquilla commoda reservatur ¶ Due hoc tempore civitates in adriatico mari site in quas quidam ex predictis confugiunt submerguntur et trahuntur in nichilum gentes ille , quoniam non est eis evasio , quia contrarij circumstantias omnes tenent , et quos capiunt faciunt servos pene ¶ hac

Digitized by Google

Laltre donne che stanno
in questo libro danno
ate la forma el modo se pon cura
Enon aver paura
di questa che soffrire
vedi quellaltra chela vuol ferire

commorandum. Alie domine in hoc libro sedentes, si recte conspexeris, tibi exhibent in hoc modum, insimul atque formam . ¶ Nec timeas hanc quam vides, volentem aliam, istam percutere tollerare

itaque vobis exhibita prophetia miramini si dolemus inquid ista discretio , cum quidam illam breviter sic exponant , quod casus huiusmodi planetarum nichil est aliud quam privatio singularum virtutum , quarum adhuc alique in hominibus forte remanserant . et ille sub periculo sunt cadendi . ¶ Creditis nos letari si nostrum exilium appropinquare cognovimus . veniat ex vobis omnibus unus et virtutum se habere consortium probet ¶ Appropinquat finis noster pro certo et omnium nostrarum sororum quarum insimul et nostra remotio tantum periculum in se continet mundo ut preces ad dominum effundamus quod non det nobis diem istum videre , Sed ante alias revocet ad se illam que semper penitus est cum eo ¶ Quibus sic dictis aliqui surrexerunt querentes et quando creditis hec ventura , ¶ Respondit iam enim (1) vidistis signa multa precedere ¶ Igitur tantum restat ut signata succedant ¶ Postea ijdem quesiverunt et que sunt ille que debent ruere civitates . Respondit . vos ibitis et videbitis alias varias prophetias tendentes ad idem quas si ad concordiam revocare velitis clarum erit vobis casus et periculum earundem ¶ Iam enim vident quod eis absque dubio non procedit et nichilominus acquiescunt satis suis et tantum cogitant de futuro quantum sue credunt vite (2) sufficere non suorum . Et erunt qui letentur super destructionem illarum et letati videbunt incommoda sua ¶ quoniam usque ad montes bibet aquas in abundantia terra per latitudinem duodecim dietarum ut omnis qui fuerit in medio comprimatur hoc dicitur subsequenter in cassandre dictis post alia memorata .

(1) *Segue* vist *cancellato.* (2) *Segue* q *cancellato.*

Digitized by Google

Che non si lassa dare
per vilta ma per fare
vertu di patiença
come dimostra ben la sua seguença
leggete pur qui nela sua presença

℄ *Cum ipsa non substineat vilitate sed ut virtutem patientie amplectatur prout ad plenum ..... narrat eius* ℄ *Legatis igitur in presentia hic eiusdem .*

Et ibi exprimitur terra una que aquis et fontibus est abundans . et alia que magno populo est fulcita . Post hec dixit scolaribus siquis vobis crederet nunquam partem sui poneret ad quietem Ite cum domino et ab omnibus sotiata et apaucis admissa in cameram se reduxit .

Digitized by Google

INCIPIT V^{a} PARS DOCUMENTORUM AMORIS SUB PATIENTIA QUE HABET DOCUMENTA IIIJ^{or} . PROHEMIUM AD HANC PARTEM c. 64 a.

La patiença
qui comença
efacci dimostrança
che soffrença (1)
par che vença
eparte edi costança

PROHEMIUM. c. 64 a.

Patientia hic summit initium . hostenditque nobis quod tollerantia obtinere videtur . par-

Sequitur de .v^{a}. parte cui presidet patientia de qua primo quid sit videndum est et unde dicatur Secundo quid sit eius effectus Tertio que sibi forma detur et quare Quarto et ultimo quare huic parti potius adaptetur et utrum ad alias pertineat et ad quas . Et dicendum est circa primum quod patientia virtus est contumeliarum et omnis adversitatis impetus equanimiter tollerans . et dicitur fortitudinis filia secundum quod superius in prohemio constantie habuisti in glosa . Tullius autem in .ij^{o}. rethorice illam partem fortitudinis appellavit . Et dicit quod patientia est honesta- c. 64 a.

(1) *B* sofrença

Digitized by Google



sque constantie comprobatur ℭ *Sed ob hoc quod amor eam a latere quintam mictit, fac illam audias. ut ex eo, firmior in te sistat* ℭ *Secura eius siquidem stat figura, ad quandam aliam que videtur, genatam unam, intentione inferre non bona*

tis aut utilitatis causa rerum ordinarium ac difficilium voluntaria et diutina perpessio Hec est circa qua augustinus infer ferro iniurias securus esto . faciet enim dominus misericordias et iudicium omnibus iniuriam patientibus . Cum hac vincis robustum unde Ambrosius si taceas plus ille rumpitur victum se putat Si respondeas superiorem se arbitratur quia parem invenit . Sic enim parti vincunt fugiendo Et facit illud Salomonis in parabolis .xiiij. capitulo qui patiens est multa gubernatur prudentia qui autem impatiens est exaltat stultitiam suam . Gregorius in moralibus inquid Si boni estis quamdiu in hac vita subsistitis equanimiter tollerate malos Nam siquis malos non tollerat ipse qui per intollerantiam suam testis est ..... non est et ..... .iij°. de nugis phylosophorum quod Aristipus cuidam maledicenti Sibi dixit ut tu .... gne tue sit ego mearum auriuni d..... sum . Item in eodem çenophon inquid cuidam tu maledicere didicisti et ego consc[ientia] teste didici maledicta contempnere . Diogenes cum ei nuntiasset amicus dicens te amici cuncti vitu-

(1) *Fra* te *e* pinta *è in A una piccola abrasura di circa due lettere, coperta con un trattino di penna.*

Digitized by Google

Quinci prendi
se contendi
al gran ferir damore
no averai
ne troverrai
del suo sommo dolçore (1)
Veste aspernata
chelle stata
da molti percossa
cosi pensa
graça offensa
se damor la mossa

¶ *Accipe hinc exemplum, si grandibus amoris vulneribus te opponis, nec habebis, neque reperies de dulcoris dulcedine, summa sui* ¶ *Vestem induit laceratam . eo quod ipsam plurimi percusserunt . Sicque tu extima, offensam gratiam, si provenit ab amore .*

perant Respondit opportet sapientiam ab insipientibus ..... esse enim meliorem iudicat mala lingua quam carpit . Item circa hanc Gregorius in moralibus pena quippe interrogat si quietus quis veraciter amat . Et idem in dialago libro .i°. capitulo .v°. quasi quisque apud se la.... contumelia inlata probat De hac quidem dicitur quod patientia est stimulus pungens impellens ad paradisum . Item est sal quod arcet a venenibus carnes et conservat a putredine peccati . Hec est de qua dicitur proverbiorum .viij°. capitulo . Responsio mollis || frangit iram . Et sicut in arca thesaurus c. 64 b.
sic anime in patientia custoditur . Et Seneca contra impatientes infert dicens Nisi ad regulam prava non corriges . Et idem libro .iij°. de ira recitat quod Cicero de laudibus cesaris ait, quod nichil solebat oblivisci nisi iniurias . facit ad hec multum patientia quam colligitur habuisse Theodoxius imperator ex lege illa codice siquis Imperatori maledixerit lege una. Ubi talis est testus O Siquis modestie nescius et pudoris ignarus improbo petulantique maledicto nomina vestra credi-

(1) *B* dolcore

Digitized by Google

DOCUMENTUM .I. SUB PATIENTIA

Coninciare
qui vedian fare
questa donna soffrente
lo documento
primo intento
afar ciascun piagente

PRIMUM.

Incipere, hic videmus, ad documentum primum, hanc dominam patientem . ut placen-

derit lotescenda, atrenulantia turbulentas obtrectator temporum fuerit eum pene nolumus subiugari . neque durum aliquid nec asperum substinere Quod si id ex levitate processit contemnendum est si ex insania miseratione dignissimum . si ab iniuria remictendum . Unde integris omnibus ad nostram scientiam referatur ut ex personis hominum dicta pensemus . Et utrum pretermicti an exquiri recte debeat censeamus . Et faciunt ad hec multa que de principibus notantur infra in parte prudentie documento .xviij. in glosis circa principium . vide illa si placet . ibi enim tractat testus qualiter habet se gerere qui vadit ad dominium alicuius civitatis vel ville . Item facit ad hanc partem et conformatur figuris prepositis diffinitio subsequens si tibi libeat tolle illam . Patientia est virtus ad adversa non pavida, in adversis non mutata, et super adversis inultis non turbata vilitate non tollerans sed virtute, que facit de humilitate probitatem . Et dicitur patientia quasi patiens .... cuiuscumque sint nature ad que patientia sit habenda ¶ Sequitur de secundo videre ut pote de effectu qui potest breviter et plenius colligi ex predictis sed nichilominus potest dici quod patientie est effectus aspera vincere ac quod maius est se ipsum ut inquid Massenius Et adde quod patientia magna causa est admotionis tristitie ut idem dicit verum sub predictis verbis possunt anima comprehendi Sequitur de tertio scilicet de forma quod ut sequemur licteram ultimo reservemus . dicentes de quarto quare ista domina huic parti preponitur et utrum ad alias pertineat et ad quas .... de quarum primo dicendum est quod di-

Digitized by Google



tem faciat ex hoc omnem . ℂ Vis hanc dominam habere pro domina, quicquid appetis, extima totum minus quodque soles in desiderio gerere (1) *semper maius ℂ Cito te cogita exiturum, finemque capturum ex re qualibet ponderosa ℂ Crede leve, quod est grave . sicque rei levitas conferetur ||*

gne preposuit eam amor huic parti ut postquam per partem precedentem elegisti quid de amore apparendum sit et de aliis rebus cum velle non idem sit quod posse dicit ista pars quod si quicquam desideras quod habere non potes patientia multum te adiuvat ad habendum ut videlicet cum ad aliqua tendis ardua et difficilia optinenda, patiaris sinistra per ..... et propterea non diversas . de secundo autem dic quod non solum hec domina pertinet ad hanc partem verumtamen ad secundam . tertiam . quartam .vi. .vij. nonam . decimam et undecimam libri huius sed qualiter hoc licet verum ate ipso perpende . Nos autem veniamus ad tertium reservatum ut de forma videre insimul testus licteram consequentes *patientia* vide eam que sedet est illa . *quod tollerantia* idem est quod patientia et vult dicere quod tollerando ad propriam intentionem pervenimus *parsque constantie* de hoc vide supra circa principium .iij°. partis in glosa . *audias* supple et intelligas *secura* etc . modo vertit se ad formam dic secura quia intendit tollerare patienter *ad quandam aliam* .

(1) *Il ms.* gere

Digitized by Google

c. 64 b.

Lo primo vedi
esemi credi
damor riceverai
e composto
molto tosto
asuo piager serai
Un ta detto
ben sebretto
se con suo piagere
servo aquella
tanto bella
ti credi vedere

c. 64 b. ℂ *Primum itaque intuere . sique michi credideris, recipies ab amore . Ad cuius eris compositus beneplacitum cito satis* ℂ *Dixit tibi aliquis insipiens es omnino, si te servum videre, credis illius, que pulcritudine tanta fulget ? cum eius maxime volun-*

scilicet iniuriam que recta stat apta ut percutiat cuius effigiem vides turpem quia iniuriantes displicent cornuta est quia semper ut ledat nititur capillis habet in altum et [ir]tis quod signamur in illa fore superbia vestem habet coloris rubei et ..... primum ob calore tumoris secundum ob conscien-
c. 64 c. tie remorsum || remordet enim semper conscientia iniuriante unde coloris paliditas hoc presentat . *Accipe etc* . dicit in summa lictera istius .ℨ. quod si velis de donis amoris non decet te ob adversitates retrahi asequela eiusdem sed tunc fortius illum sequi . *vestem etc* . *laceratam* . rationem habes in testu et monitum per exemplum . et est eius vestis coloris bisij per quod notatur quod non in vestis coloribus sed in animi fortitudine regnat virtus et preterea color iste religiosorum est magis in quibus si despexerunt mundum maior patientia reperitur . Velata est ut adversa videat pauciora ℂ in guarnachia tantum est ut cum multos labores ferat onus eam vestis similiter non fatiget ex clamide . Iuvenis ut sit fortior ad honera supportanda quod improprium videtur nam hic de mentis loquimur firmitate (1) que consistens in animo

(1) *Il ms.* firmite

Digitized by Google

Allor ti pensa
che gran rensa
talora si mette
per ornato
in basso strato
e tu per quello aspecte (1).
Voi assediate
una cittate
ragion in voi ponete
che possenti
iresistenti
trovar non dovete

tate . ℭ Tu itaque tunc specialiter cogitabis, quod quandoque magna, rensa extenditur, in stratum minimum ad ornatum ℭ Tuque per simile ob hoc speras ℭ Ad unam exercitum ponitis civitatem, facite in vestris cordibus rationem, quod potentes

magis in senibus esse solet . dic quod amor materiale posuit exemplum ut Iuvenes attingerent facilius motum suum . et possumus aliam inducere rationem ut quod de Iuventute dicimus positum sit quia propter carnis tentationem magis egeat Iuvenis hac virtute . et dic Iuvenis supra .xxv. annum . Sequitur ammodo de primo huius partis documento videre.

Incipere etc . prohemium est et verba sunt prohemiantis non patientie vel amoris usque ad .ℨ. qui incipit primum itaque etc . Et ista lictera sit tibi pro casu ut videas de quibus in hac parte amor tractare intendit postea redeas ad primum quod ponitur in dicto .ℨ. qui sequitur modo hic . ℨ *primum itaque etc* . Ammodo verba amoris per patientiam relata incipiunt Sed quero a te quomodo ista domina incepit Respondeo quod remota iniuria cum auxilio constantie atque prudentie et iustitie revolvit se ad scolares nos sedentes ante eam et inquid ℭ Fuit in herminia vir quidam nomine Malaches qui atartaris conversus ad fidem sub rege herminie Iongo tempore militavit . ℭ et auxit peculium suum novum

(1) *B* aspette

Digitized by Google



inveniatis minime resistentes ℂ *Repetito quod mutuo tradidisti cogita si tibi non redditur, illud leve . seu quod ceciderit tibi idem* ℂ *Affectas forsan aliquod ornamentum, illius tamen habendi potentiam iam non habes, dampnosum tibi subito*

valde ℂ habuit quoque ex pantea muliere christiana quam accepit uxorem filios decem et filias tres ℂ huic erant Iumentorum et pecudum numerositates immense, ut iam in divitiis Regnicolas superaret ℂ Ceperat ex hiis iste elemosinas magnas dare ℂ ac vitam suam honorificam ducere ac suorum ℂ Anno quidem .xxx°. post conversionem eiusdem .vj. mensium spatio ista sua animalia morbo supervenienti quodam ut nullum remanserit ceciderunt ℂ Pantea mulier super se ac virum filiosque suos et filias dampna hec plorabat continue ℂ vir autem semper laudabat ex omnibus deum magnum . ℂ tuncque mulier amplius in gemitus prorumpebat dicens unde nobis nullam artem habentibus (2) tibique iam seni necessaria ministrentur non video ℂ cui respondebat vir semper, qui dedit et austulit poterit iterum nobis dare, qui huc usque nos pavit poterit iterum nos nutrire ℂ Contigit (3) post premissa, quod infra secundum annum .v. sui filij obierunt ℂ et tertio quedam domus quam cum familia habitabat dum reliqui tam filij quam filie ipso et uxore

(1) *La prima* d *su rasura.* (2) *Segue* teque *cancellato.* (3) *Segue* postea *cancellato.*

Digitized by Google

Edel cibo
simile scribo
equesti exempli oposti
che reducti (1)
glialtri tutti
con questi raccosti

crede illud . ¶ Preterea et de cibo simile scribo tibi . cui posui hec exempla, ut aliis exquisitis similibus . colliges hec cum illis .

ratione missarum audiendarum absentibus ruit subito super illos quorum quarumque nullus evaxit . ¶ rediens mulier hoc invento dolens et gemens conversa est ad virum irata et inquid ¶ tolle patientiam tuam quid meruit apud deum et quasi desperata occidere se volebat ¶ Ad quam inquid hic vir , plorabas olim cur divitias nostras austulerat nobis deus, de nutriendis filiis non confidens ¶ ecce remedium quod paravit altissimus . traxit ad se illos , qui habundat in rebus et poterit alere hos et omnes ¶ nec per ista omnia unquam hic vir cor vel faciem comprehensus est ab homine immutasse ¶ Veniebant ad eum aliqui ex coniuntis qui eundem ad fidem secuti non fuerant et dicebant ¶ ecce munera dei tui ¶ Respondebat autem hic ad eos hoc quidem modo perficitur omnis virtus . et indecens esset absque tribulatione precedenti mereri . ¶ vanus est omnis homo qui propter hec temporalia converteretur ad viam per quam ducimur in etternam gloriam ¶ vel ob eorum perditionem retrocederet iam conversus ¶ Absit enim me ob ista viam vestram erroneam dimisisse ¶ dicebant illi si mala fecisses minime miraremur . cum autem bona secundum fidem quam adeptus es faceres cogimur admirari . ¶ Respondebat . Saltem mala feci cum post congnitionem veritatis vobiscum morans tandiu meam conversionem retardavi ¶ Cum quoque patientia hominis huius ex fama circumvolanti pervenisset ad regem, vocavit rex illum per nuntios suos . quem examinans perfectiorem invenit quam fama ipsa referret ¶ Donavit igitur illi terras et animalia plura et inquid vade quiesce ¶ Respondit melius quiescebam sine rerum custodia ¶ Sed

(1) *B* redutti

Digitized by Google

DOCUMENTUM .IJ. SUB PATIENTIA

Poi redurai
et amente avrai
molte cose chai facte (1)
le quai no avere
credea potere
et ale afine tracte (2) .

.IJ.

Post hec quidem reducens multa que feceris, ea mente revolvas, que habere posse antea non credebas, et ad finem nichilominus deduxisti

quia sotia data est in sorte impatiens, consolor de muneribus propter eam et inclinato ad regem, domum aliam quam a bono viro gratis conduxerat venit ad sotiam, dicens hec deus noster fecit nobis que non mereris impatiens ℭ quod meditans mulier . collaudavit altissimum et steterunt simul per annos tres quorum quolibet nati sunt eis filij tres ℭ cum quibus et continuo divitiarum augmento annis postea .xiij. vi[xit vir] et .xvj. mulier memorata ℭ hij quoque replerunt unam alam magnam herminie que [antea vi]debatur inculta ℭ et facti sunt omnes hij viri magne probitatis et virtutis et in ar[mis] strenui et invicti et pugnantes pro fide semper victoriam reportabant ℭ et mirabatur ‖ super actus eorum omnis natio circumsistens ℭ Adhuc quoque qui ex illius Ale lateribus oriuntur meliores per omnia comprobantur ℭ Et volunt quidam dicere quod deficiente semel successione ad regnum, is qui regnavit ex gente descenderat memorata ℭ Videte igitur tam per hoc quam per alia exempla plurima que ponuntur infra eadem parte per totam quid in gentibus patientia operatur ℭ hiis dictis inquid ℭ patientiam quidam rudes reputant vilitatem ℭ errant enim cum ubi vilitate vel timore quis patitur virtus patientie non habetur ℭ ubi enim maior est potentia resistendi virtus hec excellentior esse convincitur ℭ Ammodo vero quia hora est ad licteram descendamus . que talis

c. 64 d.

(1) *B* fatte (2) *B* trare

Digitized by Google

Vogliotor (1) dire
del tosto uscire
dele cose gravose
chela credença
desta accidença
le fa men penose
Extimando
camminando
migliaro (2) la giornata
non tavedi
che tu siedi
amagion prepensata

℄ *Nunc autem dicere tibi volo, de cito transitu ex gravaminibus mundi huius* (3) *. Nam fiducia rei talis, illas efficit leviores .* ℄ *Si dietam* (4) *extimes, miliarium, per camminum, non perpendis, quod in mansione te invenis prepensata .* ℄ *Di-*

est *sique michi credideris* . ista lictera cum toto suo .ℨ. prohemium est ad sequentia *dixit tibi etc* . modo ponit illud primum de quo premisit . cuius respondendo consilium est in .ℨ. sequenti . Sed quero ate de qua domina intelligat testus iste . Et si velimus dicere quod intelligat de aliqua domina quam mundane amas dicas quod loquitur exemplicative . Si velis etiam dicas quod loquitur expressive et hoc casu vide quod per hanc licteram habes formam eius quod debes adomina postulare quamvis per indirectum sic loquatur . in eo quod dicit si te servum etc . non dicit si eam haberes quod esset eam non amare et in sequenti .ℨ. ponit verba que ad spem dominam sequentem pertinere videntur . Sed hoc ponit dubitans ne forte deficiamus dat igitur nobis consilium hiis adherendi per que animum ad patientiam adiuvemus vel dicas quod hoc loco de sapientia loquitur de qua superius parte prima in glosa .xxiiij. documenti plurima sunt notata et in locis aliis libri huius . vel dicas et bene quod potest intelligi de beata virgine quo casu .ℨ. secun-

(1) *B* volgliotor (2) *B* milglaro (3) aminibus mundi huius *su rasura.*
(4) *Segue* per *cancellato ed espunto.*

Digitized by Google

Ma tu poresti
dir che questi
desta donna non sono
documenti
mo ti penti
evedi perche ypono
Tu se homo
esai ben como
tu se fermo eforte
si che pongo
qui da longo
provedençe accorte

cere tamen posses, quod non huius sunt hec domine documenta . ℭ *Sed dic contra, illa respiciens qua re pono* ℭ *Tu es homo, et nosti plene, constans qualiter es et fortis* ℭ *Qua de re alonge hic reduco, quasdam providentias et cautelas .* ℭ *Ad*

dum sic expone magna rensa . idest . ista magna domina in stratum minimum . idest in hominem non merentem cum sit refugium peccatorum . Et quoniam de tanta domina cepit sermo haberi circa laudem eius aliquantulum insistamus maxime cum ipsa virtutem hanc patientie habuerit et causam habuerit super omnes . de hac inquid Ieronimus quod sicut in comparatione dei nemo bonus ita in comparatione matris domini nulla invenitur perfecta quantumcumque eximia virtutibus comprobetur . Et idem totam impleverat spiritus sancti gratia totam candidaverat divinus amor ita quod nichil esset arcanum quod violaret affectum . sed amor continuus . Et idem . super illud luce primo ave gratia plena . vere plena quia ceteris per partes marie vero se totam infudit gratie plenitudo . Et bernardus Virgo regia gemmis ornata . virtutum gemino decore prefulgida specie sua et pulcritudine sua in celestibus cognita celi civium in se provocavit aspectum . ita ut regem omnium in sui concupiscentiam inclinaret et celestem nuntium ad se de summis attraheret . et hoc ipsum ideo si diligenter inspicias nichil virtutis est nichil speciositatis nichil candoris et glorie . quod vero in ea resplendeat erat enim multis candidata meritorum virtutibus et dealbata nive

de lau[dibus] vir[ginis] be-[ate]

Digitized by Google

Epiu togli (1) c. 65 a.
che se accogli
con questa sperança
che vien poi
averen noi
di questa piu lusança
Eveggio bene
chi maior tene
noia pena etormento
ama piu questa
donna honesta
epiu meritamento

hec amplius cum hoc, ‖ *summe, quod si recepta* c. 65 a.
veris, cum hac domina, spem sequentem, istius habebimus consuetudinem firmiorem . ℂ *Video equidem, quod qui maioribus premitur, pena tedio ac tormento, hanc honestam dominam magis amat . et*

candidius spiritus sancti muneribus simplicitatem columbe in omnibus representans . De hac Augustinus inquid beatior quippe fuit maria percipiendo fidem christi quam concipiendo carnem christi . Et idem sileat alaudibus tuis virgo beata quicumque te advocatam in suis non invenerit necessitatibus adiutricem . De hac inquid hugo de sancto victore concepit Maria de spiritu sancto non quod de substantia spiritus ‖ sancti semen partus acceperit sed quia per amorem et opera- c. 65 a.
tionem spiritus sancti ex carne virginis divino partui nature substantiam ministravit nam quia in corde eius amor spiritus sancti singulariter ardebat ideo in carne eius virtus spiritus sancti mirabilia faciebat cuius dilectio quia in corde illius non suscepit sotium operatio in carne non habebat exemplum. Et Anselmus in libro de conceptione virginali . capitulo .xviij°. decebat ut illius hominis conceptio de matre purissima fieret . nempe decens erat , ut ea puritate qua maior sub deo nequid intelligi virgo illa niteret . de ipsa quedam alia vide supra parte secunda . documento tertio .ℓ. quoniam . Sed adhuc quia hic de patientia agitur si ista fuit patiens novit

(1) *B* tolgi

Digitized by Google

Ma come odetto
io o suspecto (1)
del romper la dura
che meglio (2) ene
alquanto bene
chescir di drictura (3).

maius assequitur meritamen . ℂ *Sed suspicor ut predixi, de constantie rumpimento .* ℂ *Melius et enim boni modicum percensetur, quam a rectitudine deviare .*

deus et mundus . Damascenus inquid dolores quos effugit patiens hos (4) tempore passionis substinuit Et ambrosius fugientibus discipulis mater christi ante crucem stabat et piis obtutibus spectabat filij vulnera magis attendens mundi redemptionem quam filij mortem . Denique insistere laudibus et patientie ac virtutum relationibus tante virginis bonum esset sed eis nequaquam sufficeret liber iste igitur ad sequentem licteram descendamus . que talis est . *Ad unam etc* . et adhuc ante quam de ista tractes lictera superaddas in honorem excellentissimi partus scriptam quamdam amultis probatam contra hylium dolorem et asanctis patribus inventam . que talis est ℂ ✠ per summum partum quem divina virtns acunctis fecit ex utero virginali doloribus alienum virtutem virginis et incarnationis miraculum etterne maiestatis potentia et virtute dolores ylium et reclusa ventositatum obstacula et omnis meroris incommoda in meis lateribus dissolvantur et dissoluta conversave in nichilum absque pena vel alio ullo modo seu alieno periculo dispergantur deleantur et nunquam amplius revertantur Mater dei mater christi spiritus sancti gratia illustrata virgo virginum sponsa felix anima excelsa corpus glorificatum , meam per tam excellentissimi partus similitudinem gloriosam non dedigneris liberationem que nunquam cessas pro indignis ad dominum dulci prece adsistere velud mater ad filios que illos non deserit etiam delinquentes ✠ credo spero surgo ✠ . Modo redeamus ad licteram supra sumptam *ad unam etc* . istud

(1) *B* osuspetto (2) *B* melglio (3) *B* didrittura (4) *Segue* tempus *cancellato.*

Digitized by Google

DOCUMENTUM .IIJ. SUB PATIENTIA

Mo guarda in giu
e vedi il piu
di tutta questa parte
leve portare
ogni (1) penare
e tolli exemplo alarte

.IIJ.

Nunc quippe intuitum verte iursum . ℂ Et quod adest maius, totius respice partis huius ℂ leviter tollerare quod grave ℂ Tolle quoque rei

non videtur tutum consilium quod iste .ꝯ. impartitur Sed dic quod loquitur ut te instruat ea credere que te (2) magis faciant sapientem sed tu sane intelligas hunc .ꝯ. scilicet et fac te nichilominus bona providentia commitetur . *Repetito etc* , Et istud est aureum consilium postquam alia tibi via non est ad id quod mutuaveras rehabendum . *Affectas etc* . similis hic glosa cadit . *Simile* ad id quod proxime de ornamento aliquo dictum est . hec exempla etc . Ista verba remictunt te ad similia et dicas quod totum istud presens documentum quasi glosa est ut te ad patientiam habendam facilius inducat et glosis aliquibus non egeret . Sequitur documentum secundum .

Post hec quidem etc . Istud similiter documentum secundum, si bene inspiciatur nil aliud est quam glosa inducens te ad propositum partis huius et glosis aliquibus non egeret sed bonum est illud saltem in aliquibus adiuvemus *deduxisti* . Istud sepius michi contigit ut multa facienda summerem que vix postea prosequens perficere posse credebam et si a principio credidissem . demum me reperij quod in vanum desperaveram de re illa . *de cito transitu etc.* iuxta illud omnem crede diem tibi diluxisse suppremam etc quod sepius dictum est . *Si dictam* et hoc te pariter facit ad patientiam magis agilem . *dicere etc* . modo infert

(1) *B* ongni (2) *Segue* ad *espunto.*

Digitized by Google

Ma prima vedi
eguarda ecredi
cha questa vien constança.
adar soccorso
in ogni (1) corso
cha seco amistança .
Prima ti vengo
aquel chio tengo
debito grande anoi
di quel cha dio
piace chaggia io
diro deglialtri (2) poi .

huius exemplum . Sed ante vide respice atque credas, quod in cursu quolibet, ut succursum impendat, constantia, ad hanc venit ℭ *Eo quod secum amicitia colligatur* ℭ *Descendo primitus, ad id quod debitum reputo grande nostrum .* ℭ *De hoc videlicet, quod deo placuerit me habere* ℭ *De*

quandam questionem que fieri posset ad quam respondet infra in .ℨ. tu es homo et in .ℨ. sequenti et loquitur respondens tu es homo quasi dicat tua fragilitas nisi coadiuvetur hoc modo subsistere forsitan non valeret . et dic super illa lictera *tu es homo* recurre supra ad partem proxime precedentem documento primo in testu et glosa . et ad loca
c. 65 b. ad que ibidem remicteris et adde ‖ ut non videaris parva despicere quod dicitur in quodam (3) libello quo utuntur pueri ultramontani qui dicitur titulet alias theodoret . loquente certo loco de homine nam cinnis in cinnerem nature mutat honorem . *spem* . immo istud est necessarium monimentum ut per spei virtutem que nos confortat facilius patiamur . *magis amat* . idest . magis exercet hanc virtutem quia sine dubio maior est virtus habere patientiam in gravibus quam in levibus planum est . *meritamen* et hoc dignum est quod qui maiore pertulit maiora reportet . *Sed suspicor* redit ad .ℨ. tu es homo . *melius enim etc* . quid vult dicere ista lictera dico tibi supra dicit quod qui grandiora patitur

(1) *B* ongni (2) *B* delglialtri (3) *Il ms.* quoda

Digitized by Google



reliquis postea subiunturus . ℂ Morte itaque naturali, talis tibi visitatio ministratur . transit pater, materque tui, et quisque qui tibi, similiter est coniuntus ℂ Statumque quem tibi (1) *contulerat deus perdis ℂ Nocensque te multa, persequitur gens et mala . ℂ Hiis omnibus cede latus .*

maiora meretur postea dicit quod suspicatur etc . quasi dicat nisi suspicarer etc . non darem tibi monita ista quia tunc gravius ferens maiora pertingeres nunc ista que tibi do subsidia tibi quia levius fers alleviant meritum . Unde dicit iste finis quod melius est minus propter ista subsidia quam stare in periculo fragilitatis humane . Sequitur tertium documentum .

patienter ferre

Nunc quippe etc . Istud tertium documentum tangit maiorem huius documenti partem ferre scilicet leviter quod est grave . ad licteram admodo veniamus quia postea nil agit aliud quam exemplificare ad istud *leviter tollerare etc* Super ista lictera latius insistamus quamvis que supra de patientia dicta sunt parte ista possent sufficere siquis vellet . Sed aut superiores auctoritates hiis adcumules aut istas potius illis reddas dicit prudentius de conflictu virtutum et vitiorum ecce modesta gravi stabat patientia vultu . et infra desine grande loqui frangit deus omne superbum magna cadunt inflata crepant tumefacta premuntur . Et phylosophus he-

(1) *Segue* deus *espunto.*

Digitized by Google



in corde proprio dicens tuo, dominus ipse meus, quid faciat non ingnorat ℭ *Aut quippe movetur, quia honoris cognitio in me silet* ℭ *Vel ob mei minus incommodum spoliati* ℭ *Nam in terra is dominus, quem diligit amplius, magis torquet .*

ticorum primo ut enim vere bonum et sapientem omnes existimamus fortunas decenter ferre et ex existentibus semper operari quemammodum ex datis et ducem bonum presentem exercitu uti maxime bellicose Quintilianus in libro causarum causa .v^a^. humane infirmitatis ista natura est ut ex omnibus accidentibus gravissimum putet quisque quod patitur . et idem in .x^a^. causa nullum habemus nisi ab impatientia dolorem et ut aliquid crudele sit metus facit plato autem dicit totius ..... (4) robur patientia est . Iste plato ut dicit Ieronimus super Matheum . duas corporis summitates docuit non esse velandas nec assuefieri debere mollitie capitisque pedum . cum enim habuerint firmitatem cetera robustiora sunt quod est notabile et ad licteram redeamus Ovidius in .iiij^o^. de tristibus tot premor adversis fert sapiens omnes casus patienter amaros . frena nec indomiti more recusat equi . et idem in epistolis leviter et merito quic-

(1) *B* singnore (2) *B* chelgli *con la prima* l *espunta.* (3) *B* dolglia (4) *Parola scritta su rasura e punto chiara:* fortitudinis? *La copia ha* inferendis

Digitized by Google

Eper questo
guarda nel testo
che costança porge
poi si da volta
allaltra colta
chassai ben ti scorge .

℄ *Per hec etiam, in testum constantie intuere* ℄ *Te quoque ad aliam* (1) *collectam, que te bene dirigit demum volve* . (2)

quid patiare ferendum est . publicus phylosophus feras non culpes quod vitari non potest furor sepe fit illesa patientia . et asperum medicum intemperans eger facit Iste auctoritates aliter et aliter s[ump]te faciunt ad licteram et ad partem si bene recenseris *constantia* immo dicas quod sine constantia patientia non subsisteret . *transit pater etc* Augustinus de amore carnali eius super amico defunto Sine me domine et da michi (3) circuire memoria presenti preteritos circuitos erroris mei et immolare sibi hostiam iubilationis et infra . et idem de oratione ipsius cetera vero huius vite tanto magis flenda sunt quanto minus fletur in eis et Seneca de remediis fortuitorum stultus est qui deflet mortem mortalium . nichil hoc novum aut mirum est . Et Vallerius libro .v°. dicit Anaxagoras audita morte filij nichil inquid michi inexpectatum enuntias ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem unde simacus in epistolis Anaxagoram malus de filio nuntius adisputatione non retraxit . Iste ut dicit Vallerius libro . viij°. post longam peregrinationem pro studio sapientie in patriam reversus cum possessiones suas desertas videret non essem ego inquid salvus nisi iste perissent . Et claudianus in minori omnia mors equat tu dampnatura nocentes tu requiem datura piis dissuasor honesti luxus et humanas obliviat copia mentis *statumque etc . perdis* cum hoc tibi contigit cum paupertate convenias de qua hoc libro sepius dictum est . Audi catonem quod magnum est fugito parvo gaudere memento tuta magis p... est (4) modico que flumine

(1) *Prima e dopo questa parola due trattini in alto, come virgolette.* (2) demum volve *su rasura.* (3) et da michi *è ripetuto nel ms., ma la seconda volta è cancellato.* (4) *Segue* que *cancellato.*

Digitized by Google

DOCUMENTUM .IIIJ. SUB PATIENTIA



.IIIJ.

Adversitates tibi adiversis lateribus porriguntur . quod licet ob tui malitiam sit quando-

fertur . et illud eiusdem infantem nudum cum te natura creavit paupertatis honus patienter ferre memento et fortunatus poeta pauper in angusto ..... habendo deum . et accedit ad hoc illud tullij de natura deorum multa sunt incommoda in vita que sapientes commodorum compensatione
c. 65 c. leniunt stulti nec vitare venientia nec [ferre] ‖ presentia possunt . maxima etenim morum est ut dicit cato semper patientia virtus Sed sic dicit Alanus in de plantu nature sicut contra ratam firmamenti volutionem motu contradictorio exercitus militat planetarum sic in homine sensualitatis rationisque continua reperitur hostilitas . tu tamen ut dicit oratius equam memento rebus in adversis servare mentem . Et nichilominus ut dicit cato ne tibi quid desit quesitis utere parce utque quod est serves semper tibi deesse putato . Et si tibi pro meritis nemo respondet amicus incusare deum noli sed te ipse coherce . Multe autem ut dicit Aristotiles heticorum primo transmutationes fiunt et omnimode fortune secundum vitam et contingit maxime habundante magnis calamitatibus incidere in senetute quemammodum in eroicis de priamo narratur . et sicut dicit oratius in poetica debemus mori nos nostraque mortalia facta peribunt et adhuc sub iudice lix est ut ridentibus arrident ita flentibus assunt humani vultus si me vis flere dolendum est primo ipsi tibi . Et pone illud quod legitur in tobia qui incipit ex agro veteri virtutum semina morum etc . in capitulo hoc tibi paupertatis onus honor

(1) *B* Aversitati (2) *B* dattorno

Digitized by Google


Cancora (1) dei
pensar che y rei
non anno modi prima
delor forfatti (2)
ne suoi ma (3) tracti
di vendetta cima

c. 65 b.

que, redeo quod adhuc, te decet nichilominus ‖ *cogitare quod non nunc prius, in eorum mali nefandis actibus, de suis ultionem recipiunt forefactis* ¶ *De-* c. 65 b.

est patientibus immo semina virtutum insidiosa facit . non defectus opum sed desperatio confert pauperiem mentis deficiente statu . non rerum cumulus sed sufficientia mentis etc . *nocensque etc* . et totum istud est de persecutionibus mundi huius in quibus tibi est patientia medicina . *cede latus* bonum consilium quia veterem feriendo iniuriam invitas novam ut dicit publicus phylosophus . pacem habeto ut dicit seneca de moribus cum hominibus cum vitiis bellum . quia nomen certe pacis ut dicit tullius in .ij. phylippica dulce est et ipsa res salutaris nec est aliud quam tranquilla libertas . *non ingnorat* hoc evangelium est et sequens lictera usque in finem hanc licteram glosat in testu , Sequitur quartum documentum quod est tale. pax

Adversitates etc . Istud .iiij. documentum tractat breviter de adversitatibus que ad culpam vel ingnorantiam tuam tuleris , de inde de levibus tangit et demum ad conclusionem se convertit . Et cito veniamus ad licteram *ob tui malitiam etc* . hoc tibi gerere patienter debere planum est omnibus et hoc lictera sequens dicit . Et illud quod merito pateris patienter ferre memento cum reus tibi sis ipsum te iudice dampna . *quasi gratum* sicut e contra que venit indigne pena dolenda venit . et redeas ibi supra *ultionem recipiunt* quia fraus et dolus alicui patrocinari non debent . .xxx^{a}. questione prima dictum . extra de rescriptis ex tenore cum multis similibus . *patiens magis* . et merito et frater considera quod homo es si peccasti et poteris penitere . Audi Augustinum in libro de confessione peccati infantie . quis michi commemoraret peccatum infantie mee quia nemo mun-

(1) *B* Chancora (2) *B* forfacti (3) *B* mai

Digitized by Google

Dei cio soffrire (1)
quasi e gradire
che srai piu abstenente
etal fiata
ti vien cansata
pero la piu cocente



bes hoc ideo tollerare (2) *ac gerere quasi gratum . ℂ Nam ob hoc patiens magis eris . ℂ Quandoque similiter et ob istud periculum vitas maius .*

dus a peccato cuius unum dici est vita super terram . *vitas maius* quod sepe contingit ut si de huiusmodi puniaris delito abstines postmodum amaiori cuius penam lueres graviorem *quod hominis est errare* et de hoc qui mirabitur , humauum est peccare diabolicum perseverare . *tollerare* tollerantia d[i]f[initur] aliene improbitatis moleste sufferentia . *offensas leves etc.* Sed ut dicit Iulius celsus vix utetur conditionibus pacis qui superior videtur nec equa parte contentus erit qui se omnia habiturum sperat . Volet igitur improbus et leves vindicare et graves *prudentie pars* verum est . rationes autem assignat lictera sequens . *convertuntur in graves* unde facit ad hoc dictum catonis adversum notum noli contendere . verbis lis verbis animis interdum maxima crescit . et de hoc plenius dictum est supra parte prima documento .xij. ℔ at qui . *Facisque* et de hoc .℔. etiam vide infra . *De itinere etc .* Convertit se modo ad spem dominam subsequentem et hic ponitur hoc loco pro ibi propter propinquitatem ipsarum dominarum de hoc etiam in locis aliis dictum est . Et licet in hoc fine sequentis domine laudibus insistatur ego tamen quia infra in parte sua de ipsa latius dicitur non fatigor de illis . Sed quero ate nunquid hee tribulationes omnibus consideratis nobis sunt utiles et dicas quod sic . unde gregorius maius beneficium confert deus homini quando ipsum affligit quam cum ipsum prosperari permictit . plus enim confert qui puerum corrigit quam qui libitum eius facit et frenetico vel insano qui ipsum ligat quam qui eius insaniam non refrenat . Et idem quis nesciat quod melius est ardere igne febrium quam igne vitiorum et tamen cum febre

de utilitate tribulationum

(1) *B* sofrire (2) *Segue* quasi *cancellato ed espunto*.

Digitized by Google

Se cio tavegna
forse che tegna
mal gliocchi aprovedere
ragion dei fare
che duomo errare
e vertu sostenere

℄ *Si autem tibi ob malam providentiam id contingat, quod hominis est errare, decet te facere rationem .* ℄ *Ac quod virtus est penitus tollerare .* ℄ *Est*

corripimur murmuramus quando estum vitiorum qui occupare nos poterat negligimus . unde secundum eundem gregorium durum non extimes quod pateris dum ab etternis cruciatibus interna passione libereris . facta quidem ut idem dicit precedentium recolamus et non erunt gravia que tolleramus quidam enim sunt similes simie que inveniens amaritudinem in nucis cortice proicit illam et ideo non gustat de nuclei dulcedine . sic et aliqui infelices amaritudinem tribulationibus et penitentie sentientes exterius eam proiciunt et ideo consolationem interius non sentiunt . et illud Iob .xxviij°. probavit me quasi aurum . et in ecclesiastico .xxvij°. vasa figuli probat fornax et homines iustos tentatio tribulationis . Et in ecclesiastico .xx° capitulo a contrario facit ad hoc qui hodit correctionis vestigium est peccatoris et ad hoc facit illud gregori oculos quos culpa claudit pena aperit . Et illud ysaye .xxviij. sola vexatio dabit etc . et illud Mathei .v°. bene qui persecutionem etc . Et ysydorus Adversa corporis anime remedia sunt . egritudo carnem macerat mentem curat langor enim vitia extorquet vires libidinis frangit . et Seneca mors exilium luctus non sunt supplicia sed tributa vivendi que debeo solvere si paratus sum ubi me fenerator appellaverit . Et bernardus multi vident nostras tribulationes sed non nostras unctiones . Et idem quantumcumque seviat tribulatio ne putes te derelictum sed me ‖ mineris c. 65 d.
scriptum cum ipso sum in tribulatione . Et gregorius linum per multas tensiones venit ad candorem et anima per tribulationes . Et seneca in libro de providentia . Miserum esse iudico qui nunquam fuit miser . transisti sine adversario vitam nemo sciet quid potueris nec tu quidem opus enim ad notitiam sui experimento venit . quod quisque possit non nisi temptando didicit Et idem ibidem nichil est

Digitized by Google



insuper manifestum, quod patientia summa est, offensas leves, hostendere non curare . ℂ *Ut et prudentie pars hec est .* ℂ *Nam leves postea convertuntur in graves ' siquis eas hostenderit se vidisse* ℂ *Facisque aliquando inhonorabilem ultionem, in*

infelicius eo cui nichil unquam evenit adversi non licuit illi se experiri Et gregorius in marcum . sicut aromata suam fragrantiam non nisi cum incenduntur expandunt . ita sancti viri omne quod virtutibus redolent in tribulationibus innotescunt . Et sic cum viri sancti multum se super tribulationum status commendationem extenderint multe ad hoc et infinite possent auctoritates adduci . Sed hec ad presens
novum dicta sufficiant ℂ Tu quoque dic michi Nunquid ista domina in ipsa sua conclusione novum aliquod recitavit Et dicas quod sic Nam instantibus ex scolaribus quibusdam , de novis Ipsa humiliter ut infra sequitur coram omnibus est locuta ℂ Domini et fratres mei dicit illa . legimus in quodam libello qui dicitur patientia senum quod in ungaria fuit quidam comes qui habuit duos filios ℂ unum nomine Anthonium alium nomine Aymericum ℂ Anthonius iste fuit spetiosus valde ℂ fuitque magna patientie ac humilitatis virtute dotatus ℂ Aymericus autem turpissime statura fuit impatiens vinosus rixosus et furibundus ℂ Comes autem super istorum filiorum suorum dissimilitudine mirabatur ℂ Quesivit a quibusdam probis de patria illa consilium ℂ Nam Anthonium ille alius gravabat sepius et varias in eum iniurias

Digitized by Google

Poremo dire
assai del gire
che si fa sotto questa
ma vo dar volta
alei (1) che tolta
ma pena che qui presta



verecundiam predictarum ℂ *De itinere denique, quod fit sub hac domina, dicere plurimum valeremus, sed volvere me intendo, ad hanc que hic*

inferebat ℂ et ille Antonius ferebat omnia patienter ita quod ista imparitas vicinis omnibus displicebat ℂ quia maxime Anthonium diligebant et alium hodiebant ℂ datum consilium fuit patri ℂ quod quia videbatur iniquum ut bonus mali austutia lederetur, filios asua solveret potestate daretque cuilibet partem suam . ℂ Quod fecit Iste ℂ Antonius cui terre in partem fuerunt date difficiles tam ad regimen quam ad situm humilitate ac patientia magna suis non solum in bona tranquillitate servavit sed earum plurimum auxit statum ℂ Aymericus qui planas et regimini faciles terras obtinuit infra annum suis iniquitatibus et superbia sic tractavit quod omnes contra eum subditi conspirarent et die quadam terras omnes armaverunt subito contra eum . et ordinatis insidiis eum capere crediderunt ℂ Tunc iste impatiens ad patriam fratris fugit et quasi per violentiam , unum ex castris eius fortissimum voluit introire . ℂ Cumque in castro illo tunc esset frater scilicet Antonius ma[ncippa]tus . adventum fratris audiens atque modum vocatis superstitibus castri sui venit ad portam et ibi cum Aymericus iam unum famulum qui aperire noluerat vulnerasset ille . A . fratrem cepit et carceri mancippavit Cumque duceretur ad carceres inferebat magna ..... contra fratrem ℂ venit ad eum semel Anthonius visitandum et cum ille peiora peioribus cumularet dixit Anthonins Ista omnia que tu dicis mea patientia parum curat ℂ cave tamen et roga altissimum quod ille non moriatur quem pridie vulnerasti ℂ nam sicut novi per patientiam tollerare sic per iustitiam vindicare ℂ tunc aymericus dixit te non timeo quia quod asseris non auderes ℂ tunc ille ad aliud non re-

(1) *B* allei

Digitized by Google

Cio e sperança
di molti amança
e conforto di quegli
che vanno estanno
dicon e fanno
sia pur chi vuol egli

ponitur, que admovet a me penam . spem scilicet que tam euntium quam stantium, loquentium et facientium, sint qui volunt . solatium dinoscitur et dilectum .

spondens recessit ¶ die illa decessit qui fuerat vulneratus ¶ Tunc Anthonius fratrem illum ad se fecit deduci et querebat qualiter (1) iustitiam .... ei iurisdictio competeret exerceret ¶ dicebant omnes et pater qui ob hoc venerat parce carni tue ¶ Iste nullo modo parcere intendebat ¶ Instabant illi dicentes ubi est patientia tua et humilitas tua Respondit non habent hic esse nec credat aliquis patientem virtute debilem ad virtutem . quo dicto tulit in eum sententiam capitalem et decollatus est ibi ¶ videte igitur quod talis patientia non poterat dici virtus .

(1) *Segue* aux *cancellato.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Deposito unico *delle pubblicazioni della* SOCIETÀ FILOLOGICA ROMANA *presso la Libreria* **E. Loescher e C.** *(W. Regenberg) Roma, Via Capo le Case, angolo Due Macelli.*

Prezzo di questo volume
lire 25.

PERUGIA
UNIONE TIPOGRAFICA COOPERATIVA
(PALAZZO PROVINCIALE)

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

DUE JAN 31 '47

DUE MAY 24 '48

SEP - 4 '58 H

WIDENER

SEP 26 1996

BOOK DUE

WIDENER

SEP 26 1996

CANCELLED

Digitized by Google